7 ἐοικυίας. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα ἔλεγε, τὰ μὲν ἄλλα ἐπαινοῦσα τοῦ συγγράμματος, ἓν δὲ τοῦτο οὐ φέρουσα, ὅτι θεαῖς αὐτὴν Ἥρᾳ καὶ Ἀφροδίτῃ εἰκάσας. ὑπὲρ ἐμὲ γάρ, φησι, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ ἅπασαν ἀνθρωπίνην φύσιν τὰ τοιαῦτα. ἐγὼ δέ σε οὐδ' ἐκεῖνα ἠξίουν, ταῖς ἡρωΐναις παραθεωρεῖν με, Πηνελόπῃ, καὶ Ἀρήτῃ, καὶ Θεανοῖ, οὐχ ὅπως θεῶν ταῖς ἀρίσταις, καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε πάνυ ἔφη, τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς δεισιδαιμόνως καὶ ψοφοδεῶς ἔχω. δέδια τοίνυν μὴ κατὰ τὴν Κασσιέπειαν εἶναι δόξω, τὸν τοιοῦτον ἔπαινον προσιεμένη. καίτοι Νηρεΐσιν ἐκείνη ἀντεξετάζετο, Ἥραν δὲ καὶ Ἀφρο-

11 Παραθεωρεῖν με) Ἀντὶ τοῦ παραβάλλειν, συγκρίνειν. V.

14 Τὴν Κασσιέπειαν) Τὴν Κηφέως λέγει γαμετήν. V.

maxime, qui pulchriore illos ſpecie exprimunt: eſſe autem, qui iniungant etiam artificibus, aut auferre quid a naſo, aut nigriores pingere oculos, aut ſi quid aliud adeſſe ſibi cupiant: deinde imprudentes coronare ſigna aliena, & nihil ſibi ſimilia. Haec vero ac talia dicebat mulier, reliqua laudans in libro, unum autem hoc non ferens, quod Deabus illam Iunoni & Veneri comparaſti. Supra me enim, inquit, quin humanam ſupra omnem naturam ſunt talia. Ego vero nec illud volebam, ut cum Heroinis me contenderes, Penelope, & Arete, & Theano, nedum ut cum Dearum praeſtantiſſimis. Etenim iſtud quoque omnino dixit, Religioſe admodum & meticuloſe adverſum Deos animo affecta ſum. Metuo igitur, ne Caſſiepeiae fatum ſimile ſuſtinere videar, laudem eiuſmodi ſi admiſero. Et tamen ſolis illa ſe conferebat Nereidibus: Iunonem autem & Ve-

δίτην ἔσεβεν. Ὥστε, ὦ Λυκῖνε, μεταγράψαι σε τὰ 8
τοιαῦτα ἐκέλευσεν, ἢ αὐτὴ μὲν μαρτύρασθαι τὰς θεὰς,
ὡς ἀκούσης αὐτῆς γέγραφας, σὲ δὲ εἰδέναι ὅτι ἀνιάσει
αὐτὴν τὸ βιβλίον οὕτω περινοστοῦν, ὥσπερ νῦν σοι διά-
κειται, οὐ μάλα εὐσεβῶς οὐδὲ ὁσίως τὰ πρὸς τοὺς θεούς.
ἐδόκει τε ἀσέβημα ἑαυτῆς καὶ πλημμέλημα τοῦτο δό-
ξειν, εἰ ὑπομένοι τῇ ἐν Κνίδῳ καὶ τῇ ἐν Κῆποις ὁμοία λέ-
γεσθαι. καί σε ὑπεμίμνησκε τῶν τελευταίων ἐν τῷ βι-
βλίῳ περὶ αὐτῆς εἰρημένων, ὅτι μετρίαν καὶ ἄτυφον ἔφης
αὐτὴν, οὐκ ἀνατεινομένην ὑπὲρ τὸ ἀνθρώπινον μέτρον, ἀλ-
λὰ πρόσγειον τὴν πτῆσιν ποιουμένην. ὁ δὲ ταῦτα εἰπὼν,
ὑπὲρ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἀναβιβάζεις τὴν γυναῖκα, ὡς καὶ
θεαῖς αὐτὴν ἀπεικάζειν. Ἡξίου δέ σε μηδὲ ἀξυνετωτέ- 9
ραν αὐτὴν ἡγεῖσθαι τοῦ Ἀλεξάνδρου, ὃς τοῦ ἀρχιτέκτο-
νος ὑπισχνουμένου τὸν Ἄθω ὅλον μετασχηματίσειν, καὶ

14 Ἡγεῖσθαι τοῦ Ἀλεξάνδρου) Σημαίνει τὸ ἀκίμπαστον καὶ συνετὸν καὶ ἐχίφρον Ἀλεξάνδρου. V.

nerem colebat. Talia itaque, Lycine, reſcribere te & *immutare* iuſſit, alioquin ipſam ſe Deas teſtari, contra ſuam voluntatem te ſcripſiſſe, cum ſcias moleſtum ſibi eſſe libellum ita oberrantem, uti nunc compoſitus eſt, neque pietate erga Deos neque religione conſervata. Putabat autem impie a ſe factum, & ſuam culpam viſum iri, ſi Cnidiae, aut illi, quae in hortis *colitur*, *Veneri* ſimilem ſe dici patiatur: admonebatque te eorum, quae in fine libri de ipſa a te dicta ſunt, cum modeſtam & a faſtu alienam laudaſti, quae ultra humanam ſe menſuram non extenderet, ſed volatum faceret terrae vicinum: cum tu ſtatim poſt haec ipſa dicta, ſupra coelum ipſum mulierem extollas, ut ipſis etiam Deabus eam dicas ſimilem. Petebat porro, ne Alexandro imprudentiorem ſe putares, qui, pollicente architecto, ſe, toto Atho montis habitu immutato, formaturum eum

μορφώσειν πρὸς αὐτὸν, ὡς τὸ ὄρος ἅπαν εἰκόνα γενέσθαι τοῦ βασιλέως, ἔχοντα δύο πόλεις ἐν ταῖν χεροῖν, οὐ προσήκατο τὴν τερατείαν τῆς ὑποσχέσεως, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτὸν ἡγησάμενος τὸ τόλμημα, ἔπαυσε τὸν ἄνθρωπον, οὐ πιθανῶς Κολοσσοὺς ἀναπλάττοντα, καὶ τὸν Ἄθω κατὰ χώραν ἐᾶν ἐκέλευσε, μηδὲ κατασμικρύνειν ὄρος οὕτω μέγα πρὸς μικροῦ σώματος ὁμοιότητα. ἐπῄνει δὲ τὸν Ἀλέξανδρον τῆς μεγαλοψυχίας, καὶ ἀνδρίαντα μείζω τοῦτον τοῦ Ἄθω ἔλεγεν αὐτοῦ ἀνεστάναι, ἐν ταῖς τῶν ἀεὶ μεμνησομένων διανοίαις· οὐ γὰρ μικρᾶς εἶναι γνώ-
10 μης ὑπεριδεῖν οὕτω παραδόξου τιμῆς. Καὶ ἑαυτὴν οὖν τὸ μὲν πλάσμα σου ἐπαινεῖν, καὶ τὴν ἐπίνοιαν τῶν εἰκόνων, μὴ γνωρίζειν δὲ τὴν ὁμοιότητα· μὴ γὰρ εἶναι τῶν τηλικούτων ἀξίαν, μηδὲ ἔγγυς, ὅτι μηδὲ ἄλλην τινὰ γυναῖκά γε οὖσαν· ὥστε ἀφίησί σοι ταύτην τὴν τιμὴν, καὶ προσκυνεῖ σου τὰ ἀρχέτυπα παραδείγματα. σὺ δὲ τὰ

ad ipſius exemplum, ut univerſus mons ſtatua fieret regis, duas manibus urbes tenens; non admiſit portentoſum promiſſum, ſed ſupra ſe arbitratus audacem conatum, quieſcere hominem iuſſit, Coloſſos parum probabilier effingentem, & ut ſuo loco relinqueret Athon imperavit, nec montem ita magnum ad parvi corporis ſimilitudinem attenuaret. Laudabat vero illam Alexandri magnanimitatem, eamque maiorem ipſo Atho ſtatuam ſibi poſuiſſe aiebat, in eorum, qui ſemper illius recordaturi eſſent, mentibus. Neque enim parvi animi eſſe, incredibiliter magnum adeo honorem deſpicere. Se quoque ipſam igitur commentum illud tuum laudare, & excogitatas imagines; ſimilitudinem autem non agnoſcere: neque enim illis ſe, ac ne propemodum quidem, dignam, quin neque aliam, quae quidem ſit mulier. Itaque remittit tibi hunc honorem, adoratque primigenia illa tua exempla. Tu vero humanas illas ipſius vir-

ἀνθρώπινα ταῦτα ἐπαίνει αὐτὴν, μηδὲ ὑπὲρ τὸν πόδα ἔστω τὸ ὑπόδημα, μὴ καὶ ἐπιστομίσῃ με, φησιν, ἐμπεριπατοῦσαν αὐτῷ. κἀκεῖνο δέ σοι εἰπεῖν ἐνετείλατο. Ἀκούω, ἔφη, πολλῶν λεγόντων (εἰ δὲ ἀληθὲς, ὑμεῖς οἱ 11
ἄνδρες ἴστε) μηδ' Ὀλυμπιάσιν ἐξεῖναι τοῖς νικῶσι μείζους τῶν σωμάτων ἀνεστάναι τοὺς ἀνδριάντας, ἀλλ' ἐπιμελεῖσθαι τοὺς Ἑλλανοδίκας, ὅπως μηδὲ εἷς ὑπερβάλληται τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν ἀνδριάντων ἀκριβεστέραν γίγνεσθαι τῆς τῶν ἀθλητῶν ἐγκρίσεως. ὥστε ὅρα, ἔφη, μὴ αἰτίαν λάβωμεν ψεύδεσθαι ἐν τῷ μέτρῳ, κἄτα ἡμῶν ἀνατρέψωσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι τὴν εἰκόνα. Ταῦτα μὲν ἔλεγεν ἐκείνη. σὺ δὲ σκόπει, ὦ Λυκῖ- 12
νε, ὅπως μετακοσμήσῃς τὸ βιβλίον, καὶ ἀφαιρήσῃς τὰ τοιαῦτα, μηδὲ σφαλῇς πρὸς τὸ θεῖον, ὡς ἐκείνη πάνυ γε αὐτὰ ἐδυσχέραινε, καὶ ὑπέφριττε μεταξὺ ἀναγινωσκομένων, καὶ παρητεῖτο τὰς θεὰς ἵλεως εἶναι αὐτῇ, καὶ συγγνώμη, εἰ γυναικεῖόν τι ἔπαθε. καίτοι εἰ χρὴ

1 Μὴ δὶ ὑπὲρ τὸν πόδα) Παροι- τὰ καθ' ἑαυτοὺς πράγματα. δ' ποιεῖν
μία ἐπὶ τῶν ὑπερτείνειν ἀξιούντων φιλοῦσιν οἱ αὐχματίαι. V.

tutes lauda, neque pede maior ſit calceus, ne ſupplantet me, inquit, in illo incedentem. Etiam illud dicere me tibi praecepit. Audio, inquit, multis dicentibus, (utrum verum ſit, vos viri noſtis) neque Olympiae licere victoribus maiores corporibus ponere ſtatuas, ſed curari ab Hellanodicis, ne quis verum excedat, & accuratius ſtatuarum examen inſtitui, quam ipſorum receptionem athletarum. Ergo vide, inquit, ne accuſemur mendacii circa menſuram, ac noſtram deinde imaginem Hellanodicae deiiciant. Haec illa. Tu vero vide, Lycine, ut retractes librum, & talia auferas, neque in numen pecces: cum illa aegre admodum ea tulerit, & cohorruerit, dum legerentur, & Deas, ut propitiae ſibi eſſent, deprecata fuerit. Et ignoſcendum illi, ſi quid muliebre ei accidiſſet. Ac profecto, ſi verum faten-

τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ αὐτῷ ἐμοὶ τοιοῦτόν τι εἰπεῖν ἔδοξε. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἀκούων, οὐδὲν ἐπλημμέλησα, ἐνορῶν τοῖς γεγραμμένοις. ἐπεὶ δὲ ἐκείνη ἐπεσημήνατο, καὶ αὐτὸς ἄρχομαι τὰ ὅμοια γιγνώσκειν περὶ αὐτῶν· καὶ παραπλήσιόν τι ἔπαθον, οἷς ἐπὶ τῶν ὁρωμένων πάσχομεν. ἢν μὲν πάνυ ἐγγύθεν σκοπῶμέν τι, καὶ ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, οὐδὲν ἀκριβὲς διαγιγνώσκομεν· ἢν δὲ ἀποστάντες ἐκ τοῦ συμμέτρου διαστήματος ἴδωμεν, ἅπαντα σαφῶς καταφαίνεται τὰ εὖ, καὶ τὰ μὴ οὕτως ἔχον-
13 τα. Τὸ δὴ ἄνθρωπον οὖσαν Ἀφροδίτῃ καὶ Ἥρᾳ εἰκάσαι, τί ἄλλο, ἢ ἀντικρὺς ἐστιν εὐτελίζειν τὰς θεάς; ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις οὐχ οὕτω τὸ μικρὸν μεῖζον γίγνεται τῇ παραθέσει, ὡς τὸ μεῖζον ἀποσμικρύνεται, πρὸς τὸ ταπεινότερον καταστῶμενον· οἷον, εἴ τινες ἅμα βαδίζοιεν, ὁ μὲν μέγιστος, ὁ δὲ πάνυ τῇ ἡλικίᾳ χαμαίζηλος, εἶτα δεήσειεν ἀπισῶσαι αὐτοὺς, ὡς μὴ ὑπερέχειν θατέρου τὸν

dum eſt, mihi quoque ipſi tale quid dicendum videbatur. Nam primo quidem audiens *recitantem*, peccatum nullum in ſcriptis animadverti. At poſtquam illa ſuam ſignificavit ſententiam, ipſe quoque ſimilia de iis ſentire incipio. Atque ſimile quid mihi uſu venit iis, quae in rebus illis obſervamus, quas oculis cernimus. Si enim plane ex proximo, & ſub ipſis oculis, videmus aliquid, nihil accurate diſcernimus: ſi vero recedentes aliquantulum, ex iuſtae proportionis diſtantia ſpectemus, dilucide omnia apparent, quaeque recte, quaeque minus recte habent. Nimirum homo quae ſit, eam Veneri & Iunoni ſimilem pronuntiare, quid aliud eſt, quam aperte detrahere Deabus? In talibus enim non tam quod parvum eſt, maius fit illa compoſitione, quam minuitur maius, dum ad humilius deprimitur. Velut, ſi qui una eant, unus quidem admodum procerus, at alter ſtatura valde humili; deinde oporteat aequare

ἕτερον, οὐ τοῦ βραχυτέρου ὑπεραναπτεινομένου ταῦτο γένοιτ' ἂν, καὶν ὅτι μάλιστα ἀκροποδητὶ ἐπεγείρῃ ἑαυτόν. ἀλλ' εἰ μέλλουσιν ὁμήλικες φανεῖσθαι, ὁ μείζων ἐκεῖνος ἐπικύψει, καὶ ταπεινότερον ἀποφανεῖ ἑαυτόν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν ταῖς τοιαύταις εἰκόσιν, οὐχ οὕτως ἄνθρωπος μείζων γίγνεται, ἢν τις αὐτὸν θεῷ ἀπεικάζῃ, ὡς τὸ θεῖον ἀνάγκη ἐλαττοῦσθαι πρὸς τὸ ἐνδεὲς ἐπικλώμενον. καὶ εἰ μὲν ὑπὸ ἀπορίας τῶν ἐπιγείων, ἐπὶ τὰ οὐράνια ἐκτείνοιτό τις τὸν λόγον, ἤττονα ἂν ὁ τοιοῦτος αἰτίαν ἔχοι ὑπὸ ἀσεβείας αὐτὸ δρᾶν. σὺ δὲ τοσαῦτα ἔχων κάλλη γυναικῶν, Ἀφροδίτῃ καὶ Ἥρᾳ εἰκάσαι αὐτὴν ἐτόλμησας, οὐδὲν δέον. Ὥστε τὸ ἄγαν τοῦτο καὶ ἐπί- 14
φθονον ἀφαίρει, ὦ Λυκῖνε. οὐ γὰρ πρὸς τοῦ σοῦ τρόπου τὸ τοιοῦτον, ὃς οὐδὲ ἄλλως ῥᾴδιος πρὸς τοὺς ἐπαίνους καὶ πρόχειρος ὢν ἐτύγχανες· ἀλλὰ νῦν οὐκ οἶδ' ὅπως ἀθρόαν πεποίησαι τὴν μεταβολήν, ἐπιδεψιλευόμενος, καὶ ἐκ τοῦ τέως φειδομένου ἄσωτος ἐν τοῖς ἐπαίνοις ἀναπέφη-

illos, ne alter ſupra alterum emineat: non minore ſupra modum extendente ſe hoc fiat, ſi vel maxime in ſummos ſe digitos erigat: ſed ſi debent aequalis ſtaturae videri, maior ille inclinabit ſe *ſcilicet*, & ſe oſtendet humiliorem: ſic divinam naturam [*in tali comparatione*] minui neceſſe eſt, & ad imbecillius infringi. Ac ſi prae inopia terreſtrium, ad coeleſtia ſermonem extendat aliquis, minorem ille culpam ſuſtinuerit, quaſi prae impietate hoc faciat: tu, tot cum habeas mulierum formas, Veneri illam & Iunoni ſimilem dicere auſus es, ſine ulla neceſſitate. Itaque quod nimium eſt & invidioſum aufer, Lycine: neque enim tuorum tale quid morum eſt, qui neque alias facilis ad laudes & promtus eſſe ſoleas, ſed nunc, neſcio quomodo, ſubitam mutationem feceris iſta liberalitate, atque ex parco ad illum diem prodigus in laudando exſtiteris. Verum neque illud te pu-

ναις. ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνο αἰσχυνθῇς, εἰ μεταρυθμιεῖς τὸν λόγον ἤδη διαδεδομένον· ἐπεὶ καὶ Φειδίαν φασὶν οὕτω ποιῆσαι, ὁπότε ἐξειργάσατο τοῖς Ἠλείοις τὸν Δία. στάντα γὰρ αὐτὸν κατόπιν τῶν θυρῶν, ὁπότε τοπρῶτον ἀναπετάσας ἐπεδείκνυε τὸ ἔργον, ἐπακούειν τῶν αἰτιωμένων τι, ἢ ἐπαινούντων· ἠτιᾶτο δὲ, ὁ μὲν τὴν ῥῖνα, ὡς παχεῖαν, ὁ δὲ ὡς ἐπιμηκέστερον τὸ πρόσωπον, ὁ δὲ ἄλλος ἄλλο τι. εἶτ' ἐπειδὴ ἀπηλλάγησαν οἱ θεαταὶ, αὖθις τὸν Φειδίαν, ἐγκλεισάμενον ἑαυτὸν, ἐπανορθοῦν καὶ ῥυθμίζειν τὸ ἄγαλμα πρὸς τὸ τοῖς πλείστοις δοκοῦν. οὐ γὰρ ἡγεῖτο μικρὰν εἶναι συμβουλὴν δήμου τοσούτου, ἀλλ' ἀεὶ ἀναγκαῖον ὑπάρχειν τοὺς πολλοὺς περιττότερον ὁρᾶν τοῦ ἑνὸς, κἂν Φειδίας ᾖ. ταῦτά σοι ἀπ' ἐκείνης κομίζω, καὶ αὐτὸς παραινῶ, ἑταῖρός τε, καὶ εὔνους ὤν.

15 ΛΥΚ. Πολύστρατε, οἷος ὢν ῥήτωρ ἐλελήθεις με. ῥῆσιν γοῦν οὕτω μακρὰν, καὶ κατηγορίαν τοσαύτην ἐξενήνοχας κατὰ τοῦ συγγράμματος, ὥστε μηδὲ ἐλπίδα μοι

deat, ſi retractes librum iam in vulgus editum: quandoquidem etiam Phidiam ſic feciſſe aiunt, cum Iovem Eleis elaboraſſet. Stantem enim poſt valvas *aediculae*, cum primum illis remotis opus oſtenderet, audiſſe reprehendentes aliquid, aut laudantes. Reprehendebat autem alius quidem naſum, ut nimis craſſum, alius faciem longiorem, alius aliud quid. Deinde cum diſceſſiſſent, rurſus Phidiam incluſum emendaſſe & correxiſſe ſignum de plurium ſententia. Neque enim putabat, parvum eſſe conſilium tanti populi, ſed neceſſe ſemper eſſe, ut multi plus videant uno, ſi vel ſit Phidias. Haec tibi ab illa affero, & ipſe hortor ſodalis tuus atque amicus.

Lyc. Quantum te oratorem, Polyſtrate, ignoravi! Orationem quidem adeo longam, & tantam contra ſcriptum meum accuſationem protuliſti, ut neque ſpes mihi defen-

ἀπολογίας ἔτι καταλείπεσθαι· πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνό γε οὐ δικαστικὸν ἐποιήσατε, καὶ μάλιστα σὺ, ἐρήμην καταδιαιτήσας τοῦ βιβλίου, μὴ παρόντος αὐτῷ τοῦ συνηγόρου. ῥᾷστον δὲ, οἶμαι, τοῦτό ἐστι, κατὰ τὴν παροιμίαν, Μόνον θέοντα κρατεῖν· ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἡμεῖς ἐάλωμεν, οὔτε ὕδατος ἡμῖν ἐγχυθέντος, οὔτε ἀπολογίας ἀποδοθείσης. μᾶλλον δὲ τοῦτο πάντων ἀποπώτατον, οἱ αὐτοὶ κατήγοροι καὶ δικασταὶ ἦτε. πότερα δ' οὖν ἐθέλεις, ἀγαπήσας τοῖς ἐγνωσμένοις ἡσυχίαν ἄγω, ἢ, κατὰ τὸν Ἱμεραῖον ποιητὴν, παλινῳδίαν τινὰ συγγράφω; ἢ δώσετέ μοι ἐφέσιμόν τινα γενέσθαι τὴν δίκην;

ΠΟΛ. Νὴ Δί', ἥπερ ἔχεις τι δίκαιον εἰπεῖν. οὐ γὰρ ἀντιδίκοις, ὡς σὺ φῂς, ἀλλ' ἐν φίλοις ποιήσῃ τὴν ἀπολογίαν. ἐγὼ δὲ, καὶ συνεξετάζεσθαί σοι ἕτοιμος ἐπὶ τῆς δίκης.

ΛΥΚ. Ἀλλ' ἐκεῖνο ἀνιαρὸν, ὦ Πολύστρατε, ὅτι μὴ 16

10 Ἱμεραῖον ποιητὴν) Τὸν Στησίχορον λέγει. G.

sionis ulla relicta sit. Verum enimvero hoc non pro forma & consuetudine iudiciorum feciſtis, tu maxime, quod indicta cauſa iudicium dediſti contra libellum, non praesente ipsius advocato. Facillimum autem, puto, hoc est ex proverbio, vincere, cum solus curras. Itaque nihil mirum, si & nos cauſa cecidimus, neque aqua nobis infusa, neque conceſſa cauſae dicendae facultate. Potius autem, quod quidem omnium minime conveniebat, accuſatores iidem fuiſtis & iudices. Utrum igitur vis, contentus decreris *vestris* quieſcam, an Himerenſis poëtae exemplo palinodian ſcribam; an vero provocandi mihi copiam dabitis?

Pol. Per Iovem, ſiquidem habueris, quod de iure dicas. Neque enim adverſariis, ut tu vocas, ſed inter amicos cauſam dices. Ego vero idem iudicium tecum ſubire paratus ſum.

Lyc. At illud moleſtum, Polyſtrate, quod non illa prae-

ἐκείνης παρούσης ποιήσομαι τοὺς λόγους· μακρῷ γὰρ ἂν οὕτως ἄμεινον ἦν. νῦν δὲ ἀνάγκη ἀπ' ἐντολῆς ἀπολογήσασθαι· ἀλλ' εἴ μοι τοιοῦτος ἀγγελιαφόρος γένοιο πρὸς αὐτὴν, οἷος παρ' ἐκείνης πρὸς μὲ γεγένησαι, τολμήσω ἀναρρίψαι τὸν κύβον.

ΠΟΛ. Θάρρει, ὦ Λυκῖνε, τούτου γε ἕνεκα, ὡς οὐ φαῦλόν με ὑποκριτὴν ἕξων τῆς ἀπολογίας, πειρώμενος διὰ βραχέων εἰπεῖν, ὡς ἂν μάλλον μνημονεύσαιμι.

ΛΥΚ. Καὶ μὴν πάνυ μὲν ἔδει μοι μακρῶν τῶν λόγων, πρὸς οὕτω σφοδρὰν τὴν κατηγορίαν. ὅμως δὲ, σοῦ ἕνεκα ἐπιτρέπω τὴν ἀπολογίαν· καὶ παρ' ἐμοῦ τοίνυν τάδε αὐτῇ ἀπάγγελε.

ΠΟΛ. Μηδαμῶς, ὦ Λυκῖνε, ἀλλ' ὥσπερ αὐτῆς ἐκείνης παρούσης λέγε τὸν λόγον, εἶτ' ἐγὼ μιμήσομαί σε πρὸς αὐτήν.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὕτω σοι δοκεῖ, ὦ Πολύ-

sente habebo orationem: longe enim sic esset melius. Iam vero necesse est mandata alteri causa defungi. Verum si talis mihi ad illam internuntius fueris, qualis ab illa ad me fuisti, iacere aleam audebo.

Pol. Bono animo, quantum ad hoc, esto, Lycine: nec enim malum me defensionis tuae apud illam actorem habebis, si breviter dicere studeas, quo facilius memoria complectar.

Lyc. Atqui longissima mihi oratione opus erat, adversus vehementem adeo accusationem. Verumtamen tua causa in compendium mittam defensionem. A me igitur ista illi renuntia.

Pol. Nequaquam, Lycine. Sed tanquam illa praesente habe orationem: tum ego apud illam te imitabor.

Lyc. Igitur quando ita tibi videtur, Polystrate, ipsa iam

στρατε, ἡ μὲν πάρεστι, καὶ προείρηκε δηλαδὴ ἐκεῖνα, ὁπόσα σὺ παρ' αὐτῆς ἀπήγγειλας· ἡμᾶς δὲ χρὴ τῶν δευτέρων λόγων ἐνάρχεσθαι. καίτοι, οὐ γὰρ ὀκνήσω πρὸς σὲ εἰπεῖν ὃ πέπονθα, οὐκ οἶδ' ὅπως Φοβερώτερόν μοι τὸ πρᾶγμα πεποίηκας, καὶ, ὡς ὁρᾷς, ἰδρῶ τε ἤδη, καὶ δέδοικα, καὶ μονονουχὶ καὶ ὁρᾶν αὐτὴν οἶμαι, καὶ τὸ πρᾶγμα πολλήν μοι τὴν ταραχὴν πεποίηκεν. ἄρξομαι δ' ὅμως· οὐ γὰρ οἷόν τε ἀναδῦναι, ἤδη παρούσης.

ΠΟΛ. Καὶ, νὴ Δία, πολλὴν τὴν εὐμένειαν ἐπιφαίνει τῷ προσώπῳ· φαιδρὰ γάρ, ὡς ὁρᾷς, καὶ προσηνής· ὥστε θαῤῥῶν λέγε τὸν λόγον.

ΛΥΚ. Ἐγώ σε, ὦ γυναικῶν ἀρίστη, μεγάλα, ὡς 17
φῂς, καὶ πέρα τοῦ μέτρου ἐπαινέσας, οὐχ ὁρῶ ὅτι τηλικοῦτον ἐπῄνεσα, ἡλίκον αὐτὴ σὺ τοῦτο ἐγκώμιον ὑπὲρ σεαυτῆς ἐξενήνοχας, τὴν πρὸς τὸ θεῖον τιμὴν ἐν μεγάλῳ τιθεμένη. σχεδὸν γὰρ ἁπάντων τοῦτο μεῖζον, ὧν εἴρηκα

adeſt, & prior dixit nimirum, quaecunque tu ab ipſa mihi renuntiaſti: nos autem oportet altero iam loco dicere incipere. Quamquam, neque enim dicere apud te piget, quid mihi acciderit, terribilius mihi, neſcio qua ratione hoc negotium reddidiſti: atque, ut vides, ſudo iam, & pertimui, ac tantum non videre etiam ipſam mihi videor, multamque mihi perturbationem haec res obiecit. Verumtamen incipiam: nam ſubducere me, ipſa iam praeſente, non eſt integrum.

Pol. Ac multam, ita me Iuppiter, benevolentiam ipſo vultu prae ſe fert. Hilaris enim, ut vides, & propitia eſt. Itaque fidenter orationem habe.

Lyc. Ego te, mulierum praeſtantiſſima, cum vehementer, ut ais, & ultra modum laudaverim, non video, qua in re laudaverim tantum, quantum ipſa de te praeconium illud protuliſti, quod magni adeo facis honorem numinis. Prope enim

περὶ σοῦ, καὶ συγγνώμη, εἰ μὴ καὶ ταύτην σοι προσεγραψα τὴν εἰκόνα, ὑπ' ἀγνοίας με διαλαθοῦσαν. οὐ γὰρ ἂν ἄλλην πρὸ αὐτῆς ἐγραψάμην· ὥστε ταύτῃ γε οὐχ ὅπως ὑπερβάλλεσθαι τοὺς ἐπαίνους, ἀλλὰ πολὺ καταδεέστερόν μοι δοκῶ τῆς ἀξίας εἰρηκέναι. σκόπει γοῦν, ἡλίκον τοῦτο παρέλιπον, ὡς παμμέγεθες εἰς ἐπίδειξιν τρόπου χρηστοῦ, καὶ γνώμης ὀρθῆς· ὡς ὅσοι τὸ θεῖον μὴ ἐν παρέργῳ σέβουσιν, οὗτοι καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους ἄριστοι ἂν εἶεν. ὥστε εἰ πάντως μεταποσμῆσαι δέοι τὸν λόγον, καὶ τὸ ἄγαλμα ἐπανορθώσασθαι, ὠφελεῖν μὲν οὐκ ἄν τι τολμήσαιμι αὐτοῦ· προσθήσω δὲ καὶ τοῦτο, ὥς τινα κεφαλὴν τοῦ παντὸς ἔργου, καὶ κορυφήν. ἐπ' ἐκείνων μέντοι καὶ πάνυ πολλὴν σοι εἰδέναι τὴν χάριν ὁμολογῶ. ἐμοῦ γὰρ ἐπαινέσαντος τὸ μέτριον τοῦ σοῦ τρόπου, καὶ ὅτι μηδὲν ὑπερπετὲς, μηδὲ τύφου μεστὸν ἐνεποίησέ σοι ὁ παρὼν ὄγκος τῶν πραγμάτων, σὺ τὰ τοι-

illis, quae de te dixi, omnibus illud maius eſt: & venia mihi *debetur*, ſi non hanc quoque tibi imaginem depinxi, quae propter ignorantiam me fugerit. Neque enim aliam ante illam pinxiſſem. Itaque hac quidem parte adeo non exceſſiſſe modum in laudando mihi videor, ut potius multo tenuius, quam pro dignitate, dixerim. Conſidera igitur, quantum hoc *ſit*, *quod* praetermiſi, quam immenſum ad boni moris, & recti animi demonſtrationem; quatenus, quicunque divinum numen non obiter colunt, iidem etiam adverſus homines optimi fuerint. Itaque ſi omnino retractare orationem oporteat, & ſimulacrum corrigere; auferre quidem de illo nihil auſim, ſed illud tanquam caput totius operis atque verticem adiecerim. Verum eo nomine gratiam tibi me, & magnam quidem, habere fateor. Cum enim illam animi tui moderationem laudaverim, & quod nihil in te ſuperbum, nihil tumidum praeſens rerum amplitudo produxit; tu ta-

αὗτα αἰτιασαμένη τοῦ λόγου, ἐπιστώσω τοῦ ἐπαίνου τὴν ἀλήθειαν. τὸ γὰρ μὴ προαρπάζειν τὰ τοιαῦτα τῶν ἐγκωμίων, ἀλλ' αἰδεῖσθαι ἐπ' αὐτοῖς, καὶ μείζω ἢ κατὰ σὲ εἶναι λέγειν, μετρίας καὶ δημοτικῆς τινος διανοίας δεῖγμά ἐστι. πλὴν ἀλλ' ὅσῳ περ ἂν πρὸς τὸ ἐπαινεῖσθαι αὐτὸ οὕτω διακειμένη τυγχάνεις, τοσούτῳ ἀξιωτέραν ὑπερεπαινεῖσθαι ἀποφαίνεις σεαυτήν. καὶ σχεδὸν ἐς τὸν τοῦ Διογένους λόγον περιελήλυθέ σοι τὸ πρᾶγμα, ὃς ἐρομένου τινὸς, ὅπως ἄν τις ἔνδοξος γένοιτο; εἰ δόξης, ἔφη, καταφρονήσειε· Φαίην γὰρ ἂν καὶ αὐτὸς, εἴ τις ἔροιτό με, Τίνες εἰσὶ μάλιστα ἐπαίνου ἄξιοι; ὁπόσοι ἐπαινεῖσθαι μὴ θέλουσιν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐξαγώνια, καὶ πόρρω τοῦ πράγματος. ὑπὲρ δὲ οὗ χρὴ ἀπολογήσασθαι, τοῦτό ἐστιν, ὅτι τῇ ἐν Κνίδῳ, καὶ κήποις, καὶ Ἥρᾳ, καὶ Ἀθηνᾷ, τὴν μορφὴν ἀναπλάττων εἴκασα. ταῦτά σοι ἔκμετρα ἔδοξε, καὶ ὑπὲρ τὸν πόδα. περὶ 18

les ob cauſas libellum accuſans, veritatis fidem laudationi feciſti. Etenim non avide rapere ad ſe talia praeconia, ſed pudore propter ea confundi, & maiora, quam quae tibi conveniant, dicere, *id ipſum vero* moderati & civilis animi ſpecimen eſt. Verum quanto magis ad ipſas laudes ſic affecta animo es, tanto te demonſtras ſummis laudibus digniorem. Ac paene ad illud Diogenis dictum tibi res pervenit, qui, interrogante quodam, Quomodo gloriam quis poſſet conſequi? ſi gloriam, inquit, contemſerit. Nam ipſe quoque, ſi quis ex me quaerat, Qui ſint maxima laude digni? dixerim, qui laudari minime volunt. Sed iſta forte extra quaeſtionem ſunt, & a cauſa ſeiuncta. Pro quo autem nunc iam cauſa dicenda, illud eſt, quod Cnidiae *Veneri*, & *quae* in Hortis *colitur*, & Iunoni, & Minervae ſimilem dixi, cum formam tuam effingerem: haec modum tibi pedemque excedere viſa ſunt: de his igitur ipſis dicam.

αὐτῶν δὴ τούτων ἐρῶ. καίτοι παλαιὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀνευθύνους εἶναι ποιητὰς καὶ γραφέας. τοὺς δὲ ἐπαινοῦντας καὶ μᾶλλον, οἶμαι, εἰ καὶ χαμαὶ καὶ βάδην, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ μέτρων φέροιντο. ἐλεύθερον γάρ τι ὁ ἔπαινος, οὐδ' ἔστιν αὐτοῦ μέτρον εἰς μέγεθος ἢ βραχύτητα νενομοθετημένον, ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἐξάπαντος ὁρᾷ, ὅπως ὑπερθαυμάσεται, καὶ ζηλωτὸν ἀποφανεῖ τὸν ἐπαινούμενον. οὐ μὴν ταύτην ἐγὼ βαδιοῦμαι, μὴ καὶ σοὶ δόξω ὑπ' ἀπορίας αὐτὸ δρᾶν. Ἐκεῖνο δέ σε φημὶ, τοιαύτας ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐπαινετικῶν τούτων λόγων, ὡς χρὴ τὸν ἐπαινοῦντα, καὶ εἰκόσι καὶ ὁμοιώσεσι προσχρῆσθαι, καὶ σχεδὸν ἐν τούτῳ τὸ μέγιστόν ἐστιν εὖ εἰκάσαι· τὸ δὲ εὖ, ὧδε μάλιστα κρίνοιτο· οὐκ ἄν τις τοῖς ὁμοίοις παραβάλλῃ, οὐδ' ἂν πρὸς τὸ ὑποδεέστερον ποιῆται τὴν παράθεσιν, ἀλλ' ἄν τις πρὸς τὸ ὑπερέχον, ὡς οἷόν τε, προσβιβάζῃ τὸ ἐπαινούμενον. οἷον, ἄν τις κύνα ἐπαι-

Quamquam antiquum illud dictum eſt, ad cauſam dicendam non vocari poëtas, & pictores, & qui laudant, hoſque minus etiam, puto, etſi humi & pedeſtri, ut nos, oratione, non per metra ferantur. Liberum enim quiddam laus eſt: nec eſt modus illius ad magnitudinem aut brevitatem lege conſtitutus: ſed hoc ſolum videt undique, ut in ſumma admiratione ponat, & aemulatione dignum oſtendat eum, qui laudatur. Verum hac non incedam equidem, ne *alterius* conſilii inopia hoc facere tibi etiam videar. At illud dico, tales *eſſe* nobis laudandi locos & formas, ut is, qui laudat, imaginibus ſimilitudinibuſque utatur. Et in hoc *laudandi opere* illud fere maximum, bene comparare. Porro illud bene, ſic maxime iudicetur, non ſi quis paribus aliquid comparet, neque ſi ad vilius quid collationem inſtituat; verum ſi quis ad aliquid excellentius, quantum eius fieri poteſt, illud, quod laudatur, admoveat. Velut ſi quis

νῶν εἴποι ἀλώπεκος μείζω εἶναι αὐτὸν, ἢ αἰλούρου, ἆρά σοι ὁ τοιοῦτος δοκεῖ ἐπαινεῖν εἰδέναι; οὐκ ἂν εἴποις. ἀλλὰ μὴν οὐδ' εἰ λύκῳ φαίη ἴσον αὐτὸν ὑπάρχειν, οὐδὲ οὕτω μεγάλως τι ἐπῄνεσεν. ἀλλὰ ποῦ τὸ ἴδιον τοῦ ἐπαίνου ἀποτελεῖται; ἢν ὁ κύων τῷ λέοντι ἐοικέναι λέγηται, καὶ μέγεθος καὶ ἀλκήν. ὡς τὸν Ὡρίωνος κύνα ἐπαινῶν, ἔφη ποιητὴς λεοντοδάμαν αὐτόν· οὗτος γὰρ δὴ κυνὸς ἐντελὴς ἔπαινος. καὶ πάλιν εἴ τις Μίλωνα τὸν ἐκ Κρότωνος ἢ Γλαῦκον τὸν ἐκ Καρύστου, ἢ Πολυδάμαντα ἐπαινέσαι θέλων, ἔπειτα λέγοι ἰσχυρότερον ἕκαστον αὐτῶν γυναικὸς γενέσθαι, οὐκ ἂν οἶει γελασθῆναι αὐτὸν ἐπὶ τῇ ἀνοίᾳ τοῦ ἐπαίνου; ὅπου γε εἰ καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς ἔλεγεν ἀμείνω εἶναι αὐτὸν, οὐδὲ τοῦτο ἀπέχρησεν ἂν πρὸς ἔπαινον; ἀλλὰ πῶς ἐπῄνεσε ποιητὴς εὐδόκιμος τὸν Γλαῦκον, οὐδὲ Πολυδεύκεος βίαν φήσας ἀνατείνασθαι ἂν αὐτῷ ἐναντίας τὰς χεῖρας; οὐδὲ σιδάρεον Ἀλκμάνας τέκος; ὁρᾷς ὁποίοις αὐτὸν θεοῖς εἴκασε; μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν

in laude canis dicat, illum vulpe maiorem esse, aut fele; numquid talis videtur tibi laudare scire? Non sane dixeris. Sed neque si lupo dicat parem illum esse, neque sic magno opere quidquam laudaverit. Sed ubi id, quod proprium est laudis, efficitur? Si canis leoni par dicatur & magnitudine & robore. Ut Orionis canem laudans poëta *leonum domitorem* vocavit. Haec enim sane perfecta canis laus est. Et rursus si quis Milonem Crotoniaten, aut Glaucum ex Caryſto, aut Polydamantem laudare volens, deinde dicat, fortiorem unumquemque illorum fuisse muliere, non derisum illum iri putas ob laudis vecordiam? cum etiam si uno illum viro superiorem esse diceret, neque hoc satis esset ad laudem. Sed quomodo laudavit Glaucum nobilis poëta? *Neque Pollucis vim*, dicens, *protensuram adversarias illi manus, neque ferreum Alcmenae natum.* Vides, qualibus illum Diis com-

ἐκείνων ἀμείνω ἀπέφηνε. καὶ οὔτε αὐτὸς ὁ Γλαῦκος ἠγανάκτησε τοῖς ἐφόροις τῶν ἀθλητῶν θεοῖς ἀντεπαινούμενος, οὔτε ἐκεῖνοι ἠμύναντο ἢ τὸν Γλαῦκον, ἢ τὸν ποιητήν, ὡς ἀσεβοῦντα περὶ τὸν ἔπαινον, ἀλλὰ εὐδοκίμουν ἄμφω, καὶ ἐτιμῶντο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων· ὁ μὲν ἐπὶ τῇ ἀλκῇ ὁ Γλαῦκος, ὁ δὲ ποιητὴς, ἐπί τε τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ μάλιστα τῷ ἄσματι. μὴ δὴ θαυμάσῃς, εἰ καὶ αὐτὸς εἰκάσαι βουλόμενος, ὅπερ ἦν τῷ ἐπαινοῦντι ἀναγκαῖον, ὑψηλοτέρῳ ἐχρησάμην τῷ παραδείγματι, τοῦτο ὑποβαλόντος τοῦ λόγου. Ἐπεὶ δὲ καὶ κολακείας ἐπεμνήσθης, ὅτι μὲν καὶ σὺ μισεῖς τοὺς κολακικοὺς, ἐπαινῶ μέν σε, καὶ οὐκ ἐχρῆν ἄλλως. ἐθέλω δέ σοι διακρῖναι, καὶ ὁρίσαι τό, τε τοῦ ἐπαινοῦντος ἔργον, καὶ τὴν τοῦ κόλακος ὑπερβολήν. ὁ μὲν οὖν κόλαξ, ἅτε τῆς χρείας ἕνεκα τῆς ἑαυτοῦ ἐπαινῶν, ἀληθείας δὲ ὀλίγον ποιούμενος τὴν πρόνοιαν, ἅπαντα ὑπερεπαινεῖν οἴεται δεῖν, ἐπιψευδόμενος καὶ προστιθεὶς παρ' αὐτοῦ τὰ

paraverit, vel potiorem etiam fecerit. Et neque Glaucus indignatus eſt, ſe praeſidibus athletarum Diis oppoſitum laudari; neque illi vel Glaucum vel poëtam ulti ſunt, tanquam impie ſe circa laudem illam gerentes; ſed in gloria & honore ambo apud Graecos fuere, alter roboris cauſa, Glaucus; poëta vero cum propter alia, tum propter hoc ipſum maxime carmen. Noli ergo admirari, ſi & ipſe, comparatione uti cum vellem, quod erat laudaturo neceſſarium, exemplo uſus ſum altiore, ratione hoc ipſa ſubiiciente. Quandoquidem autem adulationis mentionem feciſti; quod odio habes adulatores, laudo te equidem, neque aliter oportebat. Volo autem tibi iam diſcernere, ac finire cum laudantis opus, tum adulatoris exceſſum. Adulator igitur, quippe qui ſuae ipſius utilitatis cauſa laudet, veritatis autem parvam admodum curam habeat, ſupra modum lau-

πλείω, ὡς μὴ ἂν ὀκνῆσαι καὶ τὸν Θερσίτην εὐμορφότερον ἀποφῆναι τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ τὸν Νέστορα φάναι τῶν ἐπὶ Ἴλιον στρατευσάντων, τὸν νεώτατον εἶναι. διομόσαιτο δ' ἂν καὶ τὸν Κροίσου υἱὸν ὀξυηκοώτερον εἶναι τοῦ Μελάμποδος, καὶ τὸν Φινέα ὀξύτερον δεδορκέναι τοῦ Λυγκέως, ἤπερ μόνον κερδᾶναί τι ἐλπίσῃ ἐπὶ τῷ ψεύσματι. ὁ δέ γε αὐτὸ τοῦτο ἐπαινῶν, οὐχ ὅπως οὐδ' ἂν ψεύσαιτό τι, ἢ προσθείη τῶν μηδ' ὅλως προσόντων, τὰ δ' ὑπάρχοντα αὐτῷ φύσει ἀγαθὰ, κἂν μὴ πάνυ μεγάλα ᾖ, παραλαβὼν ἐπηύξησε, καὶ μείζω ἀπέφηνε, καὶ τολμήσειεν ἂν εἰπεῖν, ἵππον ἐπαινέσαι θέλων, φύσει κοῦφον ὧν ἵσμεν ζώων, καὶ δρομικὸν, ὅτι

Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέεν, οὐδὲ κατέκλα.

καὶ πάλιν οὐκ ἂν ὀκνήσειε φάναι, Ἀελλοπόδων δρόμον ἵππων. καὶ ἢν οἰκίαν ἐπαινῇ καλὴν, καὶ ἄριστα κατεσκευασμένην, εἴποι ἄν

4 Ὀξυηκοώτερον) Ὅτι ὁ Μελάμπους ὀξυήκους. V.

dando cenſet omnia: mentiens plurima ac de ſuo addens, ut neque Therſiten Achille pulchriorem pronuntiare pigretur, & Neſtorem dicat eorum, qui ad Ilium pugnarunt, maxime iuvenem fuiſſe: iuraverit autem etiam, Croeſi filium audire acutius Melampode, & Phineum acutius cernere Lynceo; modo lucrifacere aliquid mendacio ſuo ſperet. At alter, qui id ipſum quoque facit, ut laudet, non ille quidem is eſt, qui mentiatur quidquam vel addat eorum, quae plane non adſunt; ſed quae natura illi bona inſunt, etiamſi non nimis magna fuerint, ea ſumit, auget, & facit maiora. Et auſit ille dicere, cum equum laudare vult, levem inter ea, quae novimus, animalia, & ad curſum aptum,

Per ſummas currat, nec eas confringat ariſtas:

& rurſus non dubitet dicere procellipedum curſum equorum: &, ſi domum laudet pulchram & optime aedificatam, dicat:

Ζηνός που τοιῆδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή.

ὁ δὲ κόλαξ τοῦτο τὸ ἔπος, κἂν περὶ τῆς συβώτου καλύβης εἴποι, εἰ μόνον τι παρὰ τοῦ συβώτου λαβεῖν ἐλπίσειεν· ὅπου Κύναιθος ὁ Δημητρίου τοῦ Πολιορκητοῦ κόλαξ, ἀπάντων αὐτῷ τῶν πρὸς τὴν κολακείαν καταναλωμένων, ἐπήνει ὑπὸ βηχὸς ἐνοχλούμενον τὸν Δημήτριον,
21 ὅτι ἐμμελῶς ἐχρέμπτετο. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο ἑκατέρου αὐτῶν γνώρισμά ἐστι, τὸ τοὺς μὲν κόλακας οὐκ ὀκνεῖν, καὶ ψεύσασθαι τοῦ χαρίσεσθαι ἕνεκα τοῖς ἐπαινουμένοις, ἐξαίρειν δὲ τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ ὑπάρχοντα πειρᾶσθαι· ἀλλὰ κἀκείνῳ οὐ σμικρῷ διαλλάττουσιν, ὅτι οἱ μὲν κόλακες, ἐφ' ὅσον οἷόν τε αὐτοῖς, χρῶνται ταῖς ὑπερβολαῖς, οἱ ἐπαινοῦντες δὲ, καὶ ἐν αὐταῖς ταύταις σωφρονοῦσι, καὶ ἐντὸς τῶν ὅρων μένουσι. ταῦτά σοι ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα κολακείας καὶ ἐπαίνου ἀληθοῦς διάγματα, ὡς μὴ πάντας ὑποπτεύῃς τοὺς ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ διακρίνῃς, καὶ παραμετρῇς τῷ οἰκείῳ μέτρῳ ἑκάτερον.

Talis nimirum Iovis intus Olympii aula eſt.

At adulator hunc verſum etiam de ſubulci tugurio dicat, ſi modo accipere aliquid a ſubulco ſperet: cum Cynaethus Poliorcetae Demetrii adulator, omnibus adulandi rationibus conſumtis, laudaverit vexatum a tuſſi Demetrium, quod modulate ſcrearet. Non ſolum autem hic utriuſque generis character eſt, quod adulatores non dubitant mentiri etiam in gratiam eorum, quos laudant; laudatores autem extollere ſtudent, quae adſunt: verum etiam illa re non parva diſtant, quod adulatores, quantum poſſunt, uruntur hyperbolis; laudatores autem in his ipſis quoque ſobrii ſunt, & intra terminos ſe continent. Haec tibi pauca de multis *ſunto* adulationis ac verae laudis ſpecimina, ne omnes omnino laudantes ſuſpectos habeas, ſed diſcernas, & ſua utrum-

Φέρ' οὖν, εἰ δοκεῖ, πρόσαγε τοῖς ὑπ' ἐμοῦ εἰρημένοις τοὺς 22
κανόνας ἀμφοτέρους, ὡς μάθοις εἴτε τούτῳ εἴτ' ἐκείνῳ
ἐοίκασιν. ἐγὼ γὰρ εἰ μέν τινα ἄμορφον οὖσαν ἔθην τῷ
ἐν Κνίδῳ ἀγάλματι ὁμοίαν, γόης ἂν, καὶ τοῦ Κυναίθου
κολακικώτερος ὄντως νομιζοίμην. εἰ δὲ τοιαύτην ὑπάρχου-
σαν, οἵαν πάντες ἴσασιν, οὐ πάνυ ἐκ πολλοῦ διαστήμα-
τος ἦν τὸ τόλμημα. Τάχα οὖν φαίης, μᾶλλον δὲ ἤδη εἰ- 23
ρηκας, ἐπαινεῖν μέν σοι ἐς τὸ κάλλος ἐφείσθω· ἀνεπί-
φθονον μέντοι ποιήσασθαι τὸν ἔπαινον ἐχρῆν, ἀλλὰ μὴ
θεαῖς ἀπεικάζειν ἄνθρωπον οὖσαν. ἐγὼ δὲ, ἤδη γάρ με
προάξεται τἀληθὲς εἰπεῖν, οὐ θεαῖς γε, ὦ βελτίστη, εἴ-
κασα, τεχνιτῶν δ' ἀγαθῶν δημιουργήμασι, λίθου, καὶ
χαλκοῦ, ἢ ἐλέφαντος πεποιημένοις. τὰ δὲ ὑπ' ἀνθρώπων
γεγενημένα, οὐκ ἀσεβὲς, οἶμαι, ἀνθρώποις εἰκάζειν·
ἐκτὸς εἰ μὴ σὺ τοῦτο εἶναι τὴν Ἀθηνᾶν ὑπείληφας, τὸ
ὑπὸ Φειδίου πεπλασμένον, ἢ τοῦτο τὴν Οὐρανίαν Ἀφρο-

que mensura metiaris. Age igitur, si videtur, admove his; quae dicta a me sunt, regulam utramque, ut videas, huicne an illi conveniant. Etenim si deformem quandam statuae Cnidiae similem dicam, impostor sane, & Cynaetho ipso magis adulator vere habear: si vero talem, qualem omnes norunt, non sane magni ille ausus intervalli fuerit. At forte iam dixeris, quin iam dixisti, laudare quidem pulchritudinis nomine tibi permissum esto. Verum invidiae non obnoxiam oportebat laudationem facere, nec similem Deabus dicere hominem. Verum ego, iam enim *ipsum* me verum ad se dicendum invitabit, non profecto Deabus, o praestantissima, similem dixi *hominem*, sed bonorum artificum operibus, e lapide, & aere, vel ebore perfectis. Quae autem facta sunt ab hominibus, ea similia hominibus dicere, non puto impium: nisi forte hoc tu Minervam existimas, quod est effictum a Phidia, aut illud Coelestem Venerem,

δίτην, ὃ ἐποίησε Πραξιτέλης ἐν Κνίδῳ, οὐ πάνυ πολλῶν ἐτῶν. ἀλλ' ὅρα μὴ ἄσεμνον ᾖ, τὰ τοιαῦτα περὶ τῶν θεῶν δοξάζειν, ὧν τάς τε ἀληθεῖς εἰκόνας ἀνεφίκτους εἶναι ἀν-
24 θρωπίνῃ μιμήσει ἔγωγε ὑπολαμβάνω. Εἰ δὲ καὶ ὅ, τι μάλιστά σε αὐταῖς ἐκείναις εἴκασα, οὐκ ἐμὸν τοῦτο, οὐδὲ ἐγὼ πρῶτος ταύτην ἐτεμόμην τὴν ὁδόν, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ποιηταί· καὶ μάλιστα ὁ πολίτης ὁ σὸς Ὅμηρος, ὃν καὶ νῦν ἀναβιβάσομαι συναγορεύσοντά μοι· ἢ οὐδεμία μηχανή, μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν σὺν ἐμοὶ ἀλῶναι. ἐρήσομαι τοίνυν αὐτόν, μᾶλλον δὲ σὲ ὑπὲρ αὐτοῦ, (καὶ γὰρ διαμνημονεύεις, εὖ ποιοῦσα, τὰ χαριέστατα τῶν ἐρραψῳδημένων αὐτῷ) Τί σοι ἐκεῖνο δοκεῖ, ὁπόταν περὶ τῆς αἰχμαλώτου λέγῃ τῆς Βρισηΐδος, ὅτι χρυσῇ Ἀφροδίτῃ ἰκέλη; ἐπένθει τὸν Πάτροκλον; εἶτα μετὰ μικρὸν, ὡς οὐχ ἱκανὸν εἰ μόνῃ τῇ Ἀφροδίτῃ ἐοικυῖα ἔσται·

Εἶπε δ' ἄρα (φησὶ) κλαίουσα γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν.

quod in Cnido fecit Praxiteles ante annos non ita multos. Sed vide, ne parum deceat, talia de Diis sentire, quorum veras imagines supra humanam imitationem esse positas, equidem arbitror. Si vero vel maxime illis ipsis *Deabus* similem te dixissem, non meum istuc fuerit, neque primus ego istam viam secuerim; sed multi ac boni poëtae, & maxime civis ille tuus Homerus, quem nunc etiam advocatum mihi excitabo, aut fieri non potest, quin ipse mecum damnetur. Interrogabo igitur illum, potius vero te pro illo, (meministi enim, in quo bene facis, venustissima quaevis illius carminum) quid de illo tibi videtur, cum de captiva dicit Briseide, illam aureae Veneri similem luxisse mortem Patrocli: tum paulo post, quasi non satis foret, si soli similis Veneri sit,

Sic fatur, inquit, *lacrimans par sanctis femina Divis.*

ὁπόταν οὖν τοιαῦτα λέγῃ, μισεῖς κἀκεῖνον, καὶ ἀπορρίπτεις τὸ βιβλίον, ἢ οἴδως αὐτῷ ἐλευθεριάζειν ἐν τῷ ἐπαίνῳ; ἀλλὰ κἂν σὺ μὴ δῷς, ὅγε τοσοῦτος αἰὼν δέδωκεν, οὐδ' ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ ἠτιάσατο, οὐδὲ ὁ μαστίξαι τολμήσας αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, οὐδὲ ὁ τὰ νόθα ἐπισημηνάμενος τῶν ἐπῶν ἐν τῇ παραγραφῇ τῶν ὀβελῶν. εἶτα ἐκείνῳ μὲν ἐφεθήσεται, βάρβαρον γυναῖκα, καὶ ταῦτα, κλαίουσαν, τῇ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ εἰκάσαι· ἐγὼ δ', ἵνα μὴ τὸ κάλλος εἴπω, διότι μὴ ἀνέχῃ ἀκούουσα, οὐκ ἂν παραβάλλοιμι εἰκόσι θεῶν γυνεῖκα φαιδρὰν, καὶ μειδιῶσαν τὰ πολλὰ, ὅπερ θεοῖς ὅμοιον ἄνθρωποι ἔχουσιν. Ἐπὶ μέν τοι τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὅρα ὅσην αὐτὸς Φειδὼ ἐποιήσατο τῶν θεῶν, καὶ ὡς ἐταμιεύσατο τὰς εἰκόνας ἐς τὸ σύμμετρον, ὡς ὄμματα μέν, φησι, καὶ κεφαλὴν ἴκελον αὐτὸν εἶναι τῷ Διΐ, τῷ Ἄρει δὲ τὴν ζώνην, στέρνον δὲ τῷ Ποσειδῶνι, διαιρῶν τὸν ἄνθρωπον κατὰ 25

4 Οὐδὲ ὁ μαστίξαι) Ὁμηρομάστιξ ὁ Ζηνόδοτος ἐπεκλήθη, ἐβελίσας καὶ ἀθετήσας πολλὰ τῶν Ὁμήρου ἐπῶν. V.

Cum igitur dicit talia, odiſtine ipſum quoque, & abiicis librum, an das illi, ut libertate in laudando utatur? Verum etſi tu non dederis, tantum certe aevum illi dedit, nec eſt, qui hoc illum nomine accuſaverit, neque iſte, qui flagellis caedere ſtatuam ipſius auſus eſt, neque qui obelis adſcribendis ſuppoſititios illius verſus notavit. Deinde huic licebit, barbaram mulierem, eamque plorantem, aureae Veneri dicere ſimilem: ego vero, ne de pulchritudine dicam, quod audire non ſuſtines, non comparem ſtatuis Dearum mulierem laeti vultus & frequenter ſubridentem, quod Deorum ſimile habent homines. Verum in Agamemnone vide, quam Diis ipſe pepercerit, & quam illorum imagines proportione quadam diſpenſarit, *qui oculis quidem & capite ſimilem eum dicat Iovi, quod ad balteum autem Martii, ac pectus Neptuno*, in ſua hominem membra dividens pro toti-

μέλη πρὸς τοσούτων θεῶν εἰκόνας· καὶ αὖ πάλιν, βροτολοιγῷ Ἄρει, φησὶν, ὅμοιον εἶναι, καὶ ἄλλον ἄλλῳ, θεοειδῆ τὸν Φρύγα τὸν τοῦ Πριάμου, θεοείκελον πολλάκις τὸν Πηλέως. ἀλλὰ ἐπάνειμι αὖθις ἐπὶ τὰ γυναικεῖα τῶν παραδειγμάτων· ἀκούεις γὰρ δήπου αὐτοῦ λέγοντος·

Ἀρτέμιδι ἰκέλη, ἠὲ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ, καὶ,
Οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος.

26 Οὐ μόνον δὲ τοὺς ἀνθρώπους αὐτοὺς θεοῖς ἀπεικάζει, ἀλλὰ καὶ τὴν Εὐφόρβου κόμην ταῖς Χάρισιν ἀπείκασε, καὶ ταῦτα, αἵματι δεδευμένην. καὶ ὅλως, τοσαῦτά ἐστι τὰ τοιαῦτα, ὡς μηδὲν εἶναι τῆς ποιήσεως μέρος, ὃ μὴ ταῖς θείαις εἰκόσι διακεκόσμηται· ὥστε ἢ κἀκεῖνα ἐξαληλίφθω, ἢ καὶ ἡμῖν τὰ ὅμοια τολμᾶν ἐφείσθω. οὕτω δὲ τὸ κατὰ τὰς εἰκόνας καὶ τὰς ὁμοιώσεις ἀνεύθυνόν ἐστιν, ὥστε Ὅμηρος καὶ τὰς θεὰς αὐτὰς οὐκ ὤκνησεν ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων ἐπαινέσαι. τοὺς γοῦν τῆς Ἥρας

dem Deorum imaginibus. Ac rurſus *homicidae Marti ſimilem* ait eſſe, & alium alii: *Dei ſpecie* Phrygem Priami, *Dei ſimilem* ſaepe *natum* Pelei. Sed redeo rurſus ad exempla muliebria. Audis enim ſane illum dicentem:

Dianae ſimilis, vel quae Venus aurea fertur, &
Qualis Diana in montibus errat.

Non ſolum autem ipſos homines Diis facit ſimiles, ſed Euphorbi etiam comam *Gratiis ſimilem* dixit, eamque infectam ſanguine. Atque in univerſum tot ſunt in hoc genere, ut nulla poëſeos pars ſit, quin divinis imaginibus exornetur. Itaque aut illa etiam deleantur, aut nobis quoque audere ſimilia conceſſum eſto. Adeo autem illa imaginum & ſimilitudinum ratio a cenſura libera eſt, ut Homerus Deas ipſas non dubitaverit laudare a deterioribus. Iunonis

ὀφθαλμοὺς, τοῖς τῶν βοῶν εἰκασεν. ἕτερος δέ τις ἰοβλέφαρον τὴν Ἀφροδίτην ἔφη· τὴν μὲν γὰρ ῥοδοδάκτυλόν τις ἀγνοεῖ, τῶν καλῶν ἐπ' ἐλάχιστον τῇ Ὁμήρου ποιήσει ὡμιληκότων; Καίτοι τὰ μὲν τῆς μορφῆς ἔτι μετριώτερα, εἴ 27
τις θεῷ ἐοικέναι λέγηται· ἀλλὰ τὰς προσηγορίας αὐτὰς πόσοι ἐμιμήσαντο τὰς τῶν θεῶν, Διονύσιοι, καὶ Ἡφαιστίωνες, καὶ Ζήνωνες, καὶ Ποσειδώνιοι, καὶ Ἑρμαῖοι προσαγορευόμενοι; Λητὼ δὲ, γυνή τις ἐγένετο Εὐαγόρου τοῦ Κυπρίων βασιλέως, καὶ ὅμως οὐκ ἠγανάκτησεν ἡ θεὸς, δυναμένη λίθον αὐτὴν ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀπεργάσασθαι. ἐῶ γὰρ τοὺς Αἰγυπτίους, οἵπερ καὶ δεισιδαιμονέστατοί εἰσι πάντων, ὅμως τοῖς θείοις ὀνόμασιν εἰς κόρον ἐπιχρωμένους. σχεδὸν γοῦν τὰ πλεῖστα αὐτοῖς ἐξ οὐρανοῦ ἐστιν. Ὥστε οὐ πρόσγε σοῦ τὸ τοιοῦτον, ψοφο- 28
δεῶς διακεῖσθαι πρὸς τὸν ἔπαινον. εἰ γάρ τι ἐν τῷ συγγράμματι πεπλημμέληται ἐς τὸ θεῖον, σὺ μὲν ἀνεύθυ-

enim *oculos* comparavit *bubulis*: alius autem aliquis *superciliis violaceis* Venerem dixit: *roſeis* enim *digitis inſignem* quis eorum ignorat, qui vel pauxillum in Homeri poëmatibus verſati ſunt? Quamquam, quae ad formam pertinent, adhuc moderatiora ſunt iis, ſi quis Deo ſimilis eſſe dicatur: verum ipſas appellationes Deorum quot *iam* imitati ſunt, Dionyſii, & Hephaeſtiones, & Zenones, & Poſidonii, & Hermaei cognominati? Latona autem mulier quaedam fuit Evagorae Cypriorum regis: & tamen non indignata eſt Dea, cum poſſet illam, Niobes inſtar, lapidem facere. Omitto enim Aegyptios, qui quidem omnium ſunt ſuperſtitioſiſſimi, tamen divinis nominibus ad ſatietatem abutentes. Fere enim pleraque apud illos de coelo ſunt. Itaque tuum non eſt, meticuloſe adeo affectam eſſe ad laudes. Si quid enim in ſcripto adverſus numen peccatum ſit, tu quidem

νος αὐτοῦ, ἐκτὸς εἰ μή τινα νομίζεις ἀκροάσεως εὐθύνην εἶναι· ἐμὲ δὲ ἀμυνοῦνται οἱ θεοὶ, ἐπειδὰν πρὸ ἐμοῦ τὸν Ὅμηρον καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς ἀμύνωνται. ἀλλ' οὐδέπω οὐδὲ τὸν ἄριστον τῶν φιλοσόφων ἠμύναντο, εἰκόνα θεοῦ τὸν ἄνθρωπον εἰπόντα εἶναι. Πολλὰ ἔτι ἔχων πρὸς σὲ εἰπεῖν, Πολυστράτου ἕνεκα τούτου παύσομαι, ἵνα καὶ ἀπομνημονεῦσαι δυνηθῇ τὰ εἰρημένα.

29 ΠΟΛ. Οὐκ οἶδα, εἴ μοι τοῦτο δυνατὸν ἔτι, ὦ Λυκῖνε· μακρὰ γὰρ εἴρηταί σοι καὶ ταῦτα καὶ ὑπὲρ τὸ ὕδωρ τὰ ἐγχυνόμενον· πειράσομαι δ' ὅμως ἐπιμνησθῆναι αὐτῶν. καὶ ὡς ὁρᾷς, ἤδη ἀποστρέφω παρ' αὐτὴν, ἐπιβυσάμενος τὰ ὦτα, ὡς μή τι παρεμπεσὸν ἄλλο συγχέῃ τὴν τάξιν αὐτῶν, εἶτά μοι συρίττεσθαι συμβῇ πρὸς τῶν θεατῶν.

ΛΥΚ. Αὐτῷ σοὶ μελήσει, ὦ Πολύστρατε, ὅπως ἄριστα ὑποκρίνῃ· ἐγὼ δὲ, ἐπείπερ ἅπαξ σοι τὸ δρᾶμα παραδέδωκα, νῦν μὲν ἐκ ποδῶν ἀποστήσομαι· ἀπέραν δὲ

4 Ἄριστον τῶν φιλοσόφων) Τὸν Πλάτωνα δηλονότι. G.

rea minime illius es: niſi quam putas etiam auditionis poenam eſſe. Me vero tum Dii punient, cum ante me Homerum & alios poëtas ulti fuerint. At illi nondum nec optimum philoſophorum ulti ſunt, qui Dei imaginem eſſe dixit hominem. Multa adhuc ad te dicenda cum habeam, Polyſtrati huius cauſa deſinam, ut meminiſſe poſſit dictorum.

Pol. Neſcio, ſi adhuc poſſim hoc, Lycine. Longa enim a te habita eſt oratio, idque ultra infuſam tibi aquam. Studebo tamen illorum meminiſſe, &, ut vides, iam ad illam abire feſtino, obturatis auribus, ut ne quid incidens aliud ordinem illorum confundat, ac deinde accidat mihi, ut exſibiler a ſpectatoribus.

Lyc. Ipſi tibi curae erit, Polyſtrate, ut optime agas. Ego vero, quandoquidem ſemel perſonam tibi tradidi, nunc ſta-

τὰς ψήφους ἀνακηρύττωσι τῶν κριτῶν, τότε ἤδη καὶ αὐτὸς παρέσομαι, ὀψόμενος ὁποῖόν τι τὸ τέλος τοῦ ἀγῶνος ἔσται.

tim diſcedam. Cum vero ſententias renunciabunt iudicum, tum iam ipſe quoque adero, viſurus, quis certaminis exitus futurus ſit.

ΤΟΞΑΡΙΣ Η ΦΙΛΙΑ.

ΜΝΗΣΙΠΠΟΣ ΚΑΙ ΤΟΞΑΡΙΣ.

ΜΝΗΣ. Τί φῂς, ὦ Τόξαρι; θύετε Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ὑμεῖς οἱ Σκύθαι, καὶ θεοὺς εἶναι πεπιστεύκατε αὐτούς;

ΤΟΞ. Θύομεν, ὦ Μνήσιππε, θύομεν· οὐ μὴν θεούς γε οἰόμενοι εἶναι, ἀλλὰ ἄνδρας ἀγαθούς.

ΜΝΗΣ. Νόμος δὲ ὑμῖν καὶ ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἀποθανοῦσι θύειν ὥσπερ θεοῖς;

ΤΟΞ. Οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσι τιμῶμεν αὐτούς.

ΜΝΗΣ. Τί θηρώμενοι παρ' αὐτῶν; οὐ γὰρ δὴ ἐπ' εὐμενείᾳ θύετε αὐτοῖς, νεκροῖς γε οὖσιν.

ΤΟΞ. Οὐ χεῖρον μέν ἴσως, εἰ καὶ οἱ νεκροὶ ἡμῖν εὐμε-

TOXARIS SEU AMICITIA.

MNESIPPUS ET TOXARIS.

Mnef. AIN' tu, Toxari, ſacra facitis Oreſti ac Pyladi vos Scythae, & Deos eſſe illos creditis?

Tox. Sacra facimus, Mneſippe, ſacra facimus: verum non quo Deos arbitremur eſſe, ſed viros bonos.

Mnef. Lex autem apud vos viris etiam bonis poſt mortem factificare tanquam Diis?

Tox. Non *hoc* modo, ſed diebus feſtis etiam celebritatibuſque illos honoramus.

Mnef. Quid inde venantes? Neque enim ſane, ut propitii vobis ſint, ſacrificatis illis, utpote mortuis.

Tox. Fortaſſe neque iſtuc male, ſi mortui etiam ſint no-

νεῖς εἶεν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν, μεμνημένοι τῶν ἀρίστων, καὶ τιμῶντες ἀποθανόντας. ἡγούμεθα γὰρ οὕτως ἂν ἡμῖν πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐθελῆσαι γενέσθαι.

ΜΝΗΣ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀρθῶς γινώσκετε. Ὀρέστην δὲ καὶ Πυλάδην, τίνος μάλιστα θαυμάσαντες ἰσοθέους ἐποιήσασθε, καὶ ταῦτα, ἐπήλυδας ὑμῖν ὄντας, ἢ τὸ μέγιστον, πολεμίους; εἶγε, ἐπεὶ σῴας ναυαγίᾳ περιπεσόντας οἱ τότε Σκύθαι συλλαβόντες ἀπῆγον, ὡς τῇ Ἀρτέμιδι καταθύσοντες, ἐπιθέμενοι τοῖς δεσμοφύλαξι, καὶ τῆς φρουρᾶς ἐπικρατήσαντες, τόν τε βασιλέα κτείνουσι, καὶ τὴν ἱέρειαν παραλαβόντες, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἄρτεμιν αὐτὴν ἀποσυλήσαντες, ὤχοντο ἀποπλέοντες, καταγελάσαντες τοῦ κοινοῦ τῶν Σκυθῶν νόμου. ὥστε εἰ διὰ ταῦτα τιμᾶτε τοὺς ἄνδρας, οὐκ ἂν φθάνοιτε πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐξεργασάμενοι. καὶ τοὐντεῦθεν αὐ-

15 Οὐκ ἂν φθάνοιτε) Ἀντὶ τοῦ, τάχιστα ἂν πάντας ἐπὶ τὰ ὅμοια παρακαλέσαντε. V.

bis propitii. Verumtamen etiam viventium ratione melius nos arbitramur facturos, si memoriam virorum praestantissimorum usurpemus, mortuos etiam honore prosequentes: putamus enim, sic futurum, ut plures nobis illorum similes velint fieri.

Mnes. Recte ista statuitis. Sed quo inprimis nomine admirati Orestem ac Pyladen honore Diis aequastis, idque, apud vos advenae cum essent, &, quod maximum, hostes? qui quidem, cum illos naufragio eiectos, qui tum erant Scythae, comprehensos abduxissent, immolandosque Dianae, insidiati carceris custodibus, superatoque praesidio, & regem interfecerint, & adscita sibi sacerdote, quin ipsa derepta Diana, navigio, derisa communi Scytharum lege, evaserint. Itaque propter ista si honoratis illos viros, fieri non potest, quin multos illis reddatis similes. Atque hinc

τοὶ ἤδη πρὸς τὰ παλαιὰ σκοπεῖτε, εἰ καλῶς ἔχει ὑμῖν πολλοὺς εἰς τὴν Σκυθίαν Ὀρέστας καὶ Πυλάδας καταίρειν. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖτε τάχιστα ἂν οὕτως ἀσεβεῖς αὐτοὶ καὶ ἄθεοι γενέσθαι, τῶν περιλοίπων θεῶν τὸν αὐτὸν τρόπον ὑμῶν ἐκ τῆς χώρας ἀποξενωθέντων· εἶτ', οἶμαι, ἀντὶ τῶν θεῶν ἁπάντων, τοὺς ἐπ' ἐξαγωγῇ αὐτῶν ἥκοντας ἄνδρας ἐκθειάσετε καὶ ἱεροσύλοις ὑμῶν οὖσι θύσετε
3 ὡς θεοῖς. Εἰ γὰρ μὴ ἀντὶ τούτων Ὀρέστην καὶ Πυλάδην τιμᾶτε, ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο, ὦ Τόξαρι, ἀγαθὸν ὑμᾶς εἰργάσαντο, ἀνθ' ὅτου πάλαι οὐ θεοὺς εἶναι δικαιώσαντες αὐτοὺς, νῦν τὸ ἔμπαλιν θύσαντες αὐτοῖς, θεοὺς εἶναι νενομίκατε, καὶ ἱερείοις ἀλίγου δεῖν τότε γενομένοις ἱερεῖα νῦν προσάγετε; γελοῖα γὰρ ἂν ταῦτα δόξειε, καὶ ὑπεναντία τοῖς πάλαι.

ΤΟΞ. Καὶ ταῦτα μὲν, ὦ Μνήσιππε, γενναῖα τῶν

ipsi iam ad antiqua respicite, utrum bene vobis eveniat, multos in Scythiam Orestes & Pyladas appellere. Etenim mihi quidem videmini quam celerrime hac ratione impii ipsi & sine Diis futuri, si reliqui Dii eodem modo e vestra vobis regione in peregrinam abducantur. Nempe deinde puto, pro Diis omnibus viros, qui eorum educendorum causa venerint, consecrabitis, & sacrilegi qui apud vos fuerint, iis tanquam Diis sacra facietis. Quod si enim non harum rerum causa Orestem ac Pyladen honoratis; verum aliud forte, Toxari, beneficium vobis praestitere; quo tandem nomine illos, cum olim Deos non haberetis, iam contra ea sacrificando Deos iudicastis, atque his, qui parum aberat, quin ipsi fierent tum victimae, victimas nunc offertis? Ridicula enim istaec videri possunt, & rebus olim gestis contraria.

Tox. Etiam ista quidem, Mnesippe, generosa illorum vi-

ἀνδρῶν ἐκείνων, ἃ κατέλεξας. τὸ γὰρ, δύο ὄντας, οὕτω μέγα τόλμημα τολμῆσαι, καὶ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς αὐτῶν ἀπάραντας, ἐκπλεῦσαι εἰς τὸν Πόντον, ἀπείρατον ἔτι τοῖς Ἕλλησιν ὄντα, πλὴν μόνων τῶν ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς ἐς τὴν Κολχίδα στρατευσάντων, μὴ καταπλαγέντας, μήτε τοὺς μύθους τοὺς ἐν αὐτῷ, μήτε τὴν προσηγορίαν καταδείσαντας, ὅτι ἄξενος ἐκαλεῖτο, οἶα, οἶμαι, ἀγρίων ἐθνῶν περιοικούντων· καὶ ἐπειδὴν ἐάλωσαν, οὕτως ἀνδρείως χρήσασθαι τῷ πράγματι, καὶ μὴ ἀγαπῆσαι εἰ διαφεύξονται μόνον, ἀλλὰ τιμωρησαμένους τὸν βασιλέα τῆς ὕβρεως, καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀναλαβόντας, ἀποπλεῦσαι· πῶς ταῦτα οὐ θαυμαστὰ, καὶ θείας τινὸς τιμῆς ἄξια παρὰ πάντων, ὁπόσοι ἀρετὴν ἐπαινοῦσιν; ἀτὰρ οὐ ταῦτα ἡμεῖς Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ἐνιδόντες, ἥρωσιν αὐτοῖς χρώμεθα.

ΜΝΗΣ. Λέγοις ἂν ἤδη ὅ, τι σεμνὸν καὶ θεῖον ἄλλο 4

rorum *facta*, quae enarrasti. Quod enim, duo cum essent, magnum adeo facinus ausi, longam adeo a sua patria navigationem ingressi, expeditionem in Pontum suscepere, intentatum adhuc Graecis, praeter illos, qui Argo *vecti* bellum Colchidi intulerant; nec perhorrescentes *portentosas* de illo fabulas, neque appellationem timentes, cum Inhospitalis vocaretur, feris nimirum, ut interpretor, populis circum eum habitantibus; quod, capti cum essent, viriliter adeo in ea re se gesserunt, nec satis habuere, si incolumes ipsi evaderent, verum, vindicata regis iniuria, & ablata Diana, inde solverunt: quomodo haec non admiranda, non divino quodam apud omnes, qui virtutem laudant, honore digna? Verum non ista nos in Oreste & Pylade spectantes pro Heroibus illos tractamus.

Mnes. Dic ergo iam, quid praeclarum & divinum aliud

ἐξειργάσαντο. ἐπεὶ ὅσον ἐν τῷ πλῷ καὶ τῇ ἀποδημίᾳ, πολλοὺς ἄν σοι θειοτέρους ἐκείνων ἀποδείξαιμι τοὺς ἐμπόρους, καὶ μάλιστα τοὺς Φοίνικας αὐτῶν, οὐκ ἐς τὸν Πόντον, οὐδὲ ἄχρι τῆς Μαιώτιδος καὶ τοῦ Βοσπόρου μόνον ἐκπλέοντας, ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς Ἑλληνικῆς καὶ βαρβαρικῆς θαλάττης ναυτιλλομένους· ἅπασαν γὰρ οὗτοι ἀκτὴν, καὶ πάντα αἰγιαλὸν, ὡς εἰπεῖν, διερευνησάμενοι καθ' ἕκαστον ἔτος, οἴκαδε τοῦ μετοπώρου εἰς τὴν αὐτῶν ἐπανίασιν. οὓς κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον θεοὺς νόμιζε, καὶ ταῦτα, καπήλους καὶ ταριχοπώλους, εἰ τύχοι, τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ὄντας.

5 ΤΟΞ. Ἄκουε δή, ὦ θαυμάσιε, καὶ σκόπει καθ' ὅσον ἡμεῖς οἱ βάρβαροι εὐγνωμονέστερον ὑμῶν περὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίνομεν, εἴγε ἐν Ἄργει μὲν καὶ Μυκήναις, οὐδὲ τάφον ἔνδοξόν ἐστιν ἰδεῖν Ὀρέστου ἢ Πυλάδου· παρ' ἡμῖν δὲ καὶ νεὼς ἀποδέδεικται αὐτοῖς ἅμα ἀμφοτέροις, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἑταίροις γε οὖσι· καὶ θυσίαι προσάγον-

perfecerint. Quantum enim ad navigationem profectionemque, multos ego tibi diviniores illis mercatores oftenderim, & inter hos maxime Phoenices, non in Pontum modo, neque ad Maeotida uſque & Boſporum navigantes, ſed utique & Graecum mare percurrentes & Barbarum. Omne enim iſti litus, & oram omnem, ut ita loquar, perſcrutati ſingulis annis, ſero autumni domum ſuam revertuntur. Hos tu eadem ratione Deos puta, idque, cum caupones & ſalſamentarii ſint eorum forte plerique.

Tox. Quin audi, cariſſime, & vide, quantum barbari nos aequius de bonis viris, quam vos, iudicemus: quandoquidem Argis & Mycenis neque monumentum nobile videre eſt Oreſtae aut Pyladis; apud nos autem & templum illis exſtructum eſt ſimul ambobus, ut conveniebat ſodalibus, & ſacrificia offeruntur, & alius omnis honos *habetur*. Ne-

ται, καὶ ἡ ἄλλη τιμὴ ἅπασα· κωλύει τε οὐδέν, ὅτι ξένοι ἦσαν, ἀλλὰ μὴ Σκύθαι, ἀγαθοὺς κεκρίσθαι. οὐ γὰρ ἐξετάζομεν ὅθεν οἱ καλοὶ καὶ ἀγαθοί εἰσιν, οὐδὲ φθονοῦμεν, εἰ μὴ φίλοι ὄντες ἀγαθὰ εἰργάσαντο· ἐπαινοῦντες δὲ ἃ ἔπραξαν, οἰκείους αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἔργων ποιούμεθα. ὃ δὲ δὴ μάλιστα καταπλαγέντες τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐπαινοῦμεν, τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἡμῖν ἔδοξαν φίλοι οὗτοι δὴ ἄριστοι ἁπάντων γεγενῆσθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις νομοθέται καταστῆναι, ὡς χρὴ τοῖς φίλοις ἁπάσης τύχης κοινωνεῖν, καὶ ὑπὸ Σκυθῶν τῶν ἀρίστων θεραπεύεσθαι. Καὶ ἃ γε μετ' ἀλλήλων, ἢ ὑπὲρ ἀλλήλων ἔπαθον, ἀναγράψαντες οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἐπὶ στήλης χαλκῆς, ἀνέθεσαν εἰς τὸ Ὀρέστειον, καὶ νόμον ἐποίησαντο, πρῶτον τοῦτο μάθημα καὶ παίδευμα τοῖς παισὶ τοῖς σφετέροις εἶναι τὴν στήλην ταύτην, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς γεγραμμένα διαμνημονεῦσαι. θᾶττον γοῦν τοὔνομα ἕκαστος αὐτῶν 6

que quidquam obſtat, quod peregrini, non Scythae fuerunt, quo minus boni viri iudicati ſint. Neque enim inquirimus, cuiates honeſti bonique viri ſint, neque invidemus, licet amici non fuerint, ſi honeſta perpetrarunt. Dum vero quae fecere laudamus, noſtrates, quantum ad res geſtas, facimus. Quod autem maxime attoniti in viris illis laudamus, hoc eſt, quod nobis viſi ſunt amici hi optimi omnium fuiſſe, & velut legislatores aliis conſtituti, quomodo oporteat in ſocietatem omnis fortunae cum amicis venire, & *ſic* ab optimis quibuſque Scytharum coli. Et, quae ſecum invicem aut pro ſe ſubierunt, ea relata in literas maiores noſtri in aerea columna dedicarunt in Oreſteo, lata lege, primam diſciplinam & inſtitutionem pueris noſtris eſſe hanc columnam, & quae ſcripta in illa ſunt, uti memoria comprehendant. Itaque facilius ſui patris no-

ἐπιλάθοιτο τοῦ πατρὸς, ἢ τὰς Ὀρέστου καὶ Πυλάδου πράξεις ἀγνοήσειεν· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ νεὼ τὰ αὐτὰ, ὁπόσα ἡ στήλη δηλοῖ, γραφαῖς ὑπὸ τῶν παλαιῶν εἰκασμένα δείκνυται· πλέων Ὀρέστης ἅμα τῷ Φίλῳ, εἶτα ἐν τοῖς κρημνοῖς διαφθαρείσης αὐτῶν τῆς νεὼς συνειλημμένος, καὶ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένος, καὶ ἡ Ἰφιγένεια ἤδη κατάρχεται αὐτῶν· καταντικρὺ δὲ ἐπὶ τοῦ ἑτέρου τοίχου, ἤδη ἐκδεδυκὼς τὰ δεσμὰ γέγραπται, καὶ φονεύων τὸν Θόαντα, καὶ πολλοὺς ἄλλους τῶν Σκυθῶν· καὶ τέλος ἀποπλέοντες, ἔχοντες τὴν Ἰφιγένειαν, καὶ τὴν θεόν. οἱ Σκύθαι δὲ, ἄλλως ἐπιλαμβάνονται τοῦ σκάφους ἤδη πλέοντος, ἐκκρεμαννύμενοι τῶν πηδαλίων, καὶ ἐπαναβαίνειν πειρώμενοι, εἶτ' οὐδὲν ἀνύσαντες, οἱ μὲν αὐτῶν τραυματίαι, οἱ δὲ καὶ δέει τούτου, ἀπονήχονται πρὸς τὴν γῆν. ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἴδοι τις ἂν ὁπόσην ὑπὲρ ἀλλήλων εὔνοιαν ἐπεδείκνυντο ἐν τῇ πρὸς τοὺς Σκύθας συμπλοκῇ. πεποίηκε γὰρ ὁ γρα-

men unuſquiſque illorum obliviſcatur, quam Oreſtae atque Pyladis facta ignoret. Sed in conſepto etiam templi eadem, quae columna indicat, picturis expreſſa ab antiquis, oſtenduntur; navigans Oreſtes ſimul cum amico; deinde inter rupes fracta illorum navi comprehenſus, & ad ſacrificium paratus; & Iphigenia iam illos immolat; e regione vero in altero muro, iam exutus vinculis depictus eſt, Thoantem interficiens, & Scytharum multos alios; ac denique ut ſolvunt, Iphigeniam habentes ac Deam; Scythae autem fruſtra manus iniiciunt navi iam eunti, ſuſpenſi e gubernaculis, ac tentantes inſcendere; tum ut nihil proficiunt, partim iam vulnerati, partim eius rei metu, terram natatu repetunt. Hic vero vel maxime videat aliquis, quantam ſibi invicem benevolentiam in conflictu cum Scythis exhibuerint. Fecit enim pictor utrumque, negligentem oppoſitos

Φεὺς ἑκάτερον, ἀμελοῦντα μὲν τῶν καθ' ἑαυτὸν πολεμίων, ἀμυνόμενον δὲ τοὺς ἐπιφερομένους θατέρῳ, καὶ πρὸ ἐκείνου ἀπαντᾶν πειρώμενον τοῖς τοξεύμασι, καὶ παρ' οὐδὲν τιθέμενον, εἰ ἀποθανεῖται, σώσας τὸν φίλον, καὶ τὴν ἐπ' ἐκεῖνον φερομένην πληγὴν προαρπάσας τῷ αὐτοῦ σώματι. Τὴν δὴ τοσαύτην εὔνοιαν αὐτῶν, καὶ τὴν ἐν τοῖς 7
δεινοῖς κοινωνίαν, καὶ τὸ πιστὸν, καὶ φιλέταιρον, καὶ τὸ ἀληθὲς, καὶ βέβαιον τοῦ πρὸς ἀλλήλους ἔρωτος, οὐκ ἀνθρώπινα ταῦτα ᾠήθημεν εἶναι, ἀλλά τινος γνώμης βελτίονος, ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς τούτους ἀνθρώπους, οἳ μέχρι μὲν κατ' οὖρον ὁ πλοῦς εἴη, τοῖς φίλοις ἀγαπακτοῦσιν, εἰ μὴ ἐπίσης κοινωνήσουσι τῶν ἡδέων· εἰ δέ τι καὶ μικρὸν ἀντιπνεύσειεν αὐτοῖς, ὄιχονται, μόνους τοῖς κινδύνοις ἀπολιπόντες. καὶ γὰρ οὖν καὶ τόδε ὅπως εἰδῇς, οὐδὲν Σκύθαι φιλίας μεῖζον οἴονται εἶναι, οὐδέ ἐστιν ἐφ' ὅτῳ ἂν τις Σκύθης μᾶλλον σεμνύναιτο, ἢ ἐπὶ τῷ συμπονῆσαι φίλῳ ἀνδρὶ, καὶ κοινωνῆσαι τῶν δεινῶν· ὥσπερ οὐδὲν

7 Φιλέταιρον) Φιλέτερος καὶ φιλεταῖρος. G.

sibi hostes, depellentem autem, qui irruunt in alterum, & pro illo occurrere tentantem telis, & nihili curantem, si ipse moriatur, modo servet amicum, & intentatam illi plagam suo corpore *velut* praeripiat. Hanc nempe tantam illorum benevolentiam, & malorum communionem, & fidem, & socialitatem, & veritatem firmitatemque amoris mutui, haec, inquam, non humana esse putavimus, sed praestantioris cuiusdam animi, quam est in plerisque his hominibus, qui, dum secundus est cursus, indignantur amicis, si non in aequam iucundorum partem veniant: si vero vel paulum quiddam illis reflaverit, *illicet* abeunt, solos periculis relinquentes. Etenim, ut hoc etiam scias, nihil Scythae amicitia maius esse existimant; nec est, in quo Scythes magis sibi placeat, quam si cum amico laborare illi contingat, & in societatem adversorum illius venire: quem-

ὄνειδος μεῖζον παρ' ἡμῖν, τοῦ προδόντην φιλίας γεγενῆσθαι δοκεῖν. διὰ ταῦτα Ὀρέστην καὶ Πυλάδην τιμῶμεν, ἀρίστους γενομένους τὰ Σκυθῶν ἀγαθὰ, καὶ ἐν φιλίᾳ διενεγκόντας, ὃ πρῶτον ἡμεῖς ἁπάντων θαυμάζομεν, καὶ τοὔνομα ἐπὶ τούτοις αὐτῶν ἐθέμεθα, Κοράκους καλεῖσθαι· τοῦτο δέ ἐστιν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι, φίλιοι δαίμονες.

8 ΜΝΗΣ. Ὦ Τόξαρι, οὐ μόνον ἄρα τοξεύειν ἀγαθοὶ ἦσαν Σκύθαι, καὶ τὰ πολεμικὰ τῶν ἄλλων ἀμείνους, ἀλλὰ καὶ ῥῆσιν εἰπεῖν ἁπάντων πιθανώτατοι. ἐμοὶ γοῦν τέως ἄλλως γιγνώσκοντι, ἤδη καὶ αὐτῷ δίκαια ποιεῖν δοκεῖτε, οὕτως Ὀρέστην καὶ Πυλάδην ἐκθειάσαντες. ἐλελήθεις δέ με, ὦ γενναῖε, καὶ γραφεὺς ἀγαθὸς ὤν. πάνυ γοῦν ἐναργῶς ἐπέδειξας ἡμῖν τὰς ἐν τῷ Ὀρεστείῳ εἰκόνας, καὶ τὴν μάχην τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὰ ὑπὲρ ἀλλήλων τραύματα. πλὴν ἀλλ' οὐκ ᾠήθην ἂν οὕτω ποτὲ περισπού-

admodum maius nullum apud nos probrum, quam si quis prodidiſſe amicitiam videatur. Propter haec Oreſtem honoramus & Pyladem, qui praeſtiterint Scytharum bonis, & in amicitia eminuerint, quod primum omnium admiramur. Etiam nomen propterea illis poſuimus, ut Coracos appellaremus: id autem eſt noſtra lingua, ut ſi quis praeſides amicitiae genios dicat.

Mneſ. Igitur non ſagittis modo, Toxari, boni fuerunt Scythae, & rebus bellicis praeſtantiores aliis, verum etiam in dicendo maxime omnium probabiles. Mihi quidem, aliter ad hunc diem ſentienti, iam & ipſi recte facere videmini, cum divinis adeo honoribus Oreſtem Pylademque afficitis. Sed neſciebam, vir optime, te pictorem etiam bonum eſſe. Lucidiſſime enim nobis, quae ſunt in Oreſteo, imagines oſtendiſti, & pugnam virorum, & *quae* pro ſe invicem *excepere* vulnera. Verum neque hoc putabam, ita flu-

δαστον εἶναι Φιλίαν ἐν Σκύθαις· ἅτε γὰρ ἀξένους καὶ ἀγρίους ὄντας αὐτοὺς, ἔχθρα μὲν ἀεὶ συνεῖναι, καὶ ὀργὴ καὶ θυμῷ, Φιλίαν δὲ μηδὲ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους ἐπαναιρεῖσθαι· τεκμαιρόμενος τοῖς τε ἄλλοις ἃ περὶ αὐτῶν ἀκούομεν, καὶ ὅτι κατεσθίουσι τοὺς πατέρας ἀποθανόντας.

ΤΟΞ. Εἰ μὲν καὶ τἆλλα ἡμεῖς τῶν Ἑλλήνων καὶ δι- 9
καιότεροι τὰ πρὸς τοὺς γονέας καὶ ὁσιώτεροι ἐσμεν, οὐκ ἂν ἐν τῷ παρόντι Φιλοτιμηθείην πρὸς σέ· ὅτι δὲ οἱ Φίλοι Σκύθαι πολὺ πιστότεροι τῶν Ἑλλήνων Φίλων εἰσὶ, καὶ ὅτι Φιλίας λόγος πλείων παρ' ἡμῖν, ἢ παρ' ὑμῖν, ῥᾴδιον ἐπιδεῖξαι· καὶ πρὸς θεῶν τῶν Ἑλλήνων, μὴ πρὸς ἀχθηδόνα μου ἀκούσῃς, ἢν εἴπω τι ὧν κατανενόηκα, πολὺν ἤδη χρόνον ὑμῖν συγγινόμενος. ὑμεῖς γάρ μοι δοκεῖτε τοὺς μὲν περὶ Φιλίας λόγους ἄμεινον ἄλλων εἰπεῖν ἂν δύνασθαι, τὰ ἔργα δὲ αὐτῆς, οὐ μόνον οὐ κατ' ἀξίαν τῶν λό-

dioſe coli inter Scythas amicitiam: quippe ut inhoſpitales & agreſtes, in inimicitiis ſemper verſari *illos arbitrabar*, & ira, & excandeſcentia; amicitiam vero neque inter coniunctiſſimos ſuſcipi; colligens *iſta* tum e reliquis, quae de iis audimus, tum inde, quod parentes mortuos in cibo habent.

Tox. Utrum in reliquis etiam nos & iuſtiores adverſum parentes Graecis, & religioſiores ſimus, de eo in praeſenti tecum non contenderim. Amicos autem Scythas multo Graecis amicis fideliores eſſe, & maiorem amicitiae rationem inter nos eſſe, quam apud vos, demonſtratu facile eſt. Et, per ego te Graecorum Deos oro, ne moleſte me audias, ſi quid eorum dixero, quae, poſtquam diu inter vos verſor, obſervavi. Vos enim mihi videmini verba quidem de amicitia melius aliis poſſe facere; at opera illius non tantum non pro dignitate illorum verborum meditari atque

γων ἐκμελετᾷν, ἀλλ' ἀπόχρη ὑμῖν ἐπαινέσαι τε αὐτὴν, καὶ δεῖξαι ἡλίκον ἀγαθόν ἐστιν· ἐν δὲ ταῖς χρείαις προδόντες τοὺς λόγους, δραπετεύετε, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐκ μέσων τῶν ἔργων. καὶ ὁπόταν ὑμῖν οἱ τραγῳδοὶ τὰς τοιαύτας Φιλίας ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἀναβιβάσαντες δεικνύωσιν, ἐπαινεῖτε, καὶ ἐπικροτεῖτε, καὶ κινδυνεύουσιν αὐτοῖς ὑπὲρ ἀλλήλων οἱ πολλοὶ καὶ ἐπιδακρύετε, αὐτοὶ δὲ οὐδὲν ἄξιον ἐπαίνου ὑπὲρ τῶν Φίλων παρέχεσθαι τολμᾶτε, ἀλλ' ἤν του Φίλος δεηθεὶς τύχῃ, αὐτίκα μάλα, ὥσπερ τὰ ὀνείρατα, οἴχονται ὑμῖν ἐκ ποδῶν ἀποπτάμεναι αἱ πολλαὶ ἐκεῖναι τραγῳδίαι, τοῖς κενοῖς τούτοις καὶ κωφοῖς προσωπείοις ἐοικότας ὑμᾶς ἀπολιποῦσαι, ἃ διηρημένα τὸ στόμα, καὶ παμμέγεθες κεχηνότα, οὐδὲ τὸ σμικρότατον Φθέγγεται· ἡμεῖς δὲ ἔμπαλιν, ὅσον γὰρ δὴ λειπόμεθα ἐν τοῖς περὶ Φιλίας λόγοις, τοσοῦτον ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῖς πλεονεκτοῦμεν. Εἴγ' οὖν δοκεῖ, οὕτω νῦν ποιῶμεν, τοὺς μὲν παλαιοὺς Φίλους ἀτρεμεῖν ἐάσωμεν, εἴ τινας, ἢ ἠ-

exercere: sed sufficit vobis laudasse illam, & quantum sit bonum ostendisse. Cum autem opus *ea est*, proditores orationis vestrae, nescio quomodo mediis ex operibus transfugitis. Et quando vobis tragoedi tales amicitias in scenam productas ostendunt, laudatis & plauditis, illisque pro se invicem periclitantibus plerique etiam illacrimamini: ipsi vero nihil laude dignum praestare pro amicis audetis; sed si qua re indigeat forte amicus, subito, velut insomnia, aufugiunt vobis avolantque e vestigio multae illae tragoediae, inanibusque his & mutis personis similes vos destituunt, quae diducto rictu, & immane quantum hiantes, ne minimum quidem sonum edunt. Nos contra ea, quantumcunque disputationibus de amicitia habendis inferiores *forte* sumus, tantum rebus ipsis praestamus. Quare, si videtur, ita nunc agamus. Antiquos amicos patiamur quie-

μεῖς, ἢ ὑμεῖς τῶν πάλαι καταριθμεῖν ἔχομεν· ἐπεὶ κατά γε τοῦτο πλεονεκτοῖτε ἂν, πολλοὺς καὶ ἀξιοπίστους μάρτυρας τοὺς ποιητὰς παρεχόμενοι, τὴν Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου φιλίαν, καὶ τὴν Θησέως καὶ Πειρίθου, καὶ τὴν ἄλλην ἑταιρείαν, ἐν καλλίστοις ἔπεσι καὶ μέτροις ῥαψῳδοῦντας. ὀλίγους δέ τινας προχειρισάμενοι, τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς, καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν διηγησάμενοι, ἐγὼ μὲν τὰ Σκυθικὰ, σὺ δὲ τὰ Ἑλληνικά· καὶ ὁπότερος ἂν ἐν τούτοις κρατῇ, καὶ ἀμείνους παράσχηται τοὺς φίλους, αὐτός τε νενικηκὼς ἔσται, καὶ τὴν αὑτοῦ ἀγακηρύξει, κάλλιστον ἀγῶνα καὶ σεμνότατον ἀγωνισάμενος· ὡς ἔγωγε πολὺ ἥδιον ἄν μοι δοκῶ μονομαχῶν ἡττηθεὶς, ἀποτμηθῆναι τὴν δεξιὰν, ὅπερ τῆς Σκυθικῆς ἐπιτίμιόν ἐστιν, ἢ χείρων ἄλλου κατὰ φιλίαν κεκρίσθαι, καὶ ταῦτα Ἕλληνος, Σκύθης αὐτὸς ὤν.

ΜΝΗΣ. Ἔστι μὲν, ὦ Τόξαρι, οὐ φαῦλον τὸ ἔργον 11

scere, si quos aut nos, aut vos de prisco aevo annumerare possimus: nam hac quidem parte vos viceritis, multos eosque dignos fide testes dantes poëtas, qui Achillis & Patrocli amicitiam, & Thesei atque Pirithoi, reliquumque sodalitium, pulcherrimis versibus & numeris canant: sed paucos quosdam de his, qui nostro ipsorum tempore vixerunt, promamus, quorum enarremus facta, ego quidem Scythica, tu autem Graeca: & uter his vicerit, & meliores produxerit amicos, ille victor erit, suamque praeconio *patriam* ornabit, pulcherrimo & honestissimo peracto certamine. Nam multo equidem libentius mihi videor solitaria pugna superatus dextram praecidendam praebere, quae Scythicae *gentis* poena est, quam deterior alio in amicitia iudicari, idque Graeco, cum ipse Scytha sim.

Mnes. Est quidem, Toxari, opus minime contemtibile,

ἀνδρὶ οἵῳ σοὶ, πολεμιστῇ μονομαχῆσαι, πάνυ εὐστόχους καὶ τεθηγμένους παρεσκευασμένῳ τοὺς λόγους· οὐ μὴν ἀγεννῶς γε οὕτω καταπροδοὺς ἐν βραχεῖ τὸ Ἑλληνικὸν ἅπαν, ὑποχωρήσομαί σοι. καὶ γὰρ ἂν εἴη πάνδεινον, ὑπὸ δυοῖν μὲν ἐκείνοιν ἠττηθῆναι τοσούτους τῶν Σκυθῶν, ὁπόσους οἵ τε μῦθοι δηλοῦσι, καὶ αἱ ὑμέτεραι παλαιαὶ γραφαὶ, ἃς μικρῷ πρόσθεν εὖ μάλα ἐξετραγῴδησας· Ἕλληνας δὲ πάντας, τοσαῦτα ἔθνη, καὶ τοσαύτας πόλεις ἐρήμην ὑπὸ σοῦ ἁλῶναι. εἰ γὰρ τοῦτο γένοιτο, οὐ τὴν δεξιὰν ὥσπερ ὑμεῖς, ἀλλὰ τὴν γλῶτταν ἀποτμηθῆναι καλόν. πότερον δὲ ὡρίσθαι χρὴ τὸν ἀριθμὸν ἡμῖν τῶν φιλικῶν τούτων πράξεων, ἢ ὁπόσῳ ἄν τις πλείους ἔχῃ λέγειν, τοσούτῳ εὐπορώτερος δόξειεν ἂν πρὸς τὴν νίκην;

ΤΟΞ. Οὐδαμῶς. ἀλλ' ὡρίσθω μὴ ἐν τῷ πλήθει αὐτῶν τὸ κράτος, ἀλλ' εἰ ἀμείνους, καὶ εἰ τομώτεραι φαίνοιντο αἱ σαὶ τῶν ἐμῶν, ἴσαι τὸν ἀριθμὸν οὖσαι· καιριώ-

cum viro, qualis tu, bellatore pugnam ſolitariam inire, qui tam apta ad ſcopum, & acuta argumenta habeas. Verumtamen neque ego ignave adeo ac tam cito prodens omnem Graeciam, tibi conceſſero. Indigniſſimum enim fuerit, a duobus illis tantum Scytharum eſſe ſuperatum, quot fabulae indicant, & antiquae veſtrae picturae, quas paulo ante praeclare, velut in tragica ſcena enarraſti: Graecos vero univerſos, tot gentes, & tot urbes, deſerta cauſa a te ſuperari. Hoc enim ſi fiat, non dextram, ut apud vos, ſed linguam abſcindi, iuſtum fuerit. Utrum vero finiri nobis oportet numerum amicarum actionum; an quo plures quis proferendas habuerit, tanto ad victoriam videbitur inſtructior?

Tox. Nequaquam. Sed definitum *hoc* eſto, ne in multitudine earum inſit robur, ſed *in eo*, quae ſint praeſtantiores: & ſi penetrabiliores tuae *narrationes tanquam tela* meis, ae-

τερα δηλονότι ἐργάσονταί μοι τὰ τραύματα, καὶ θᾶττον ἐνδώσω πρὸς τὰς πληγάς.

ΜΝΗΣ. Εὖ λέγεις, καὶ ὡρίσθωσαν ὁπόσαι ἱκαναί. πέντε ἐμοιγε δοκοῦσιν ἑκατέρῳ.

ΤΟΞ. Καὶμοὶ δοκεῖ, πρότερος δὲ λέγε, ἀλλὰ ἐπομοσάμενος ἢ μὴν ἀληθῆ ἐρεῖν. ἄλλως γὰρ ἂν πλάττειν τὰ τοιαῦτα, οὐ πάνυ χαλεπὸν, καὶ ὁ ἔλεγχος ἀφανής. εἰ δὲ ὀμόσειας, οὐχ ὅσιον ἀπιστεῖν.

ΜΝΗΣ. Ὀμούμεθα, εἴ τι καὶ ὅρκου δεῖν νομίζεις. τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς ὁ Φίλιος;

ΤΟΞ. Καὶ μάλα· ἐγὼ δὲ τὸν ἐπιχώριον ὀμοῦμαί σοι ἐν τῷ ἐμαυτοῦ λόγῳ.

ΜΝΗΣ. Ἴστω τοίνυν ὁ Ζεὺς ὁ Φίλιος, ἢ μὴν ὁπόσα 12
ἂν λέγω πρὸς σὲ, ἢ αὐτὸς εἰδὼς, ἢ παρὰ ἄλλων, ὁπόσον οἷόν τε ἦν, δι' ἀκριβείας ἐκπυθανόμενος, ἐρεῖν, μηδὲν παρ' ἐμαυτοῦ ἐπιτραγῳδῶν. καὶ πρώτην γέ σοι τὴν Α-

quales licet numero, graviora nempe facient mihi vulnera, eoque celerius plagis concedam.

Mneſ. Recte dicis: & finiantur, quot ſatis ſint. Quinque mihi quidem unicuique videntur *ſufficere.*

Tox. Et mihi videtur. Dic prior, ſed iurato prius, te vera dicturum. Alioquin enim fingere talia non admodum difficile, & convincendi obſcura ratio. Si vero iuraveris, fidem negare irreligioſum fuerit.

Mneſ. Iuremus, ſi quid opus eſſe iurato arbitraris. Quis vero tibi Deorum noſtrorum — num idoneus eſt Philius?

Tox. Sane. Ego autem patrium tibi in mea oratione iurabo *iusiurandum.*

Mneſ. Audiat igitur Iuppiter Philius, me, quaecunque ad te dixero, aut, quae ipſe ſciam, dicturum, aut quae ab aliis, quanta fieri potuit cura, exquiſiverim, neque quidquam tragicae fabuloſitatis additurum. Ac primum Agatho-

γαθοκλέους καὶ Δεινίου Φιλίαν διηγήσομαι, ἀοίδιμον ἐν τοῖς Ἴωσι γενομένην. Ἀγαθοκλῆς γὰρ οὗτος ὁ Σάμιος οὐ πρὸ πολλοῦ ἐγένετο, ἄριστος μὲν ἐς Φιλίαν ὡς ἔδειξε, τἆλλα δὲ οὐδὲν ἀμείνων Σαμίων τῶν πολλῶν, οὔτε ἐς τὸ γένος, οὔτε ἐς τὴν ἄλλην περιουσίαν. Δεινίας δὲ τῷ Λυσίωνος Ἐφεσίῳ, Φίλος ἐκ παίδων ἦν· ὁ δὲ Δεινίας ἐπλούτει ἄρα εἰς ὑπερβολήν· καὶ ὥσπερ εἰκὸς, νεόπλουτον ὄντα, πολλοὺς καὶ ἄλλους εἶχε περὶ αὐτὸν, ἱκανοὺς μὲν συμπίειν, καὶ πρὸς ἡδονὴν συνεῖναι, Φιλίας δὲ πλεῖστον ὅσον ἀποδέοντας. τέως μὲν οὖν ἐν τούτοις καὶ ὁ Ἀγαθοκλῆς ἐξητάζετο, καὶ συνῆν, καὶ συνέπινεν αὐτοῖς, οὐ πάνυ χαίρων τῇ τοιαύτῃ διατριβῇ· καὶ ὁ Δεινίας οὐδὲν αὐτὸν ἐντιμότερον εἶχε τῶν κολάκων· τελευταῖον δὲ καὶ προσέκρουε, τὰ πολλὰ ἐπιτιμῶν. καὶ Φορτικὸς ἐδόκει, ὑπαμιμνήσκων ἀεὶ τῶν προγόνων, καὶ φυλάττειν παραγγέλλων, ἃ μετὰ πολλῶν καμάτων ὁ πατὴρ αὐτῷ κτη-

clis & Diniae amicitiam enarrabo, decantatam inter Iones. Nempe Agathocles hic Samius non diu eſt cum vixit, amicitiae quidem cauſa, ut oſtendit, praeſtantiſſimus, ceterum vulgo Samiorum nihil melior, neque genere, neque copiis aliis: Diniae autem, Lyſionis filio, Epheſio, amicus a pueris inde fuerat. Dives erat Dinias ultra fidem, &, quod facile credas de homine divitias nuper demum nacto, multos quoque alios circa ſe habebat, ad compotandum quidem idoneos, & voluptatem ſuo conviƈtu parandam, ab amicitia autem tantum, quantum eſt maximum, remotos. Adhuc quidem igitur in hiſce numerari etiam Agathocles, & una eſſe, & una potare, quamquam non valde illa conſuetudine gauderet. Dinias etiam nihilo maiore illum in pretio habere, quam adulatores. Tandem etiam offenſus eſt, quod crebro illum reprehenderet, & importunus viſus, qui maiorum illum admoneret ſuorum, & ſervare iu-

σάμενος κατέλιπεν· ὥστε διὰ ταῦτα οὐδὲ ἐπὶ τοὺς κώμους ἐπῆγεν ἔτι αὐτὸν, ἀλλὰ μόνος μετ' ἐκείνων ἐκώμαζε, λανθάνειν πειρώμενος τὸν Ἀγαθοκλέα. Καὶ δή 13
ποτε ὑπὸ τῶν κολάκων ἐκείνων ὁ ἄβλιος ἀναπείθεται, ὡς ἐρᾷη αὐτοῦ Χαρίκλεια, Δημώνακτος γυνὴ, ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς, καὶ πρώτου Ἐφεσίων τὰ πολιτικά· καὶ γραμματεῖά τε εἰσφοῖτα παρὰ τῆς γυναικὸς αὐτῷ, καὶ στέφανοι ἡμιμάραντοι, καὶ μῆλά τινα ἀποδεδηγμένα, καὶ ἄλλα ὁπόσα αἱ μαστροποὶ ἐπὶ τοῖς νέοις μηχανῶνται, κατὰ μικρὸν αὐτοῖς ἐπιτεχνώμεναι τοὺς ἔρωτας, καὶ ἀναφλέγουσαι τὸ πρῶτον ἐρᾶσθαι νομίζοντας. ἐπαγωγότατον γὰρ τοῦτό γε καὶ μάλιστα τοῖς καλοῖς εἶναι οἰομένοις, ἄχρις ἂν λάθωσιν εἰς τὰ δίκτυα ἐμπεσόντες. ἡ Χαρίκλεια δὲ ἦν ἀστεῖον μὲν γύναιον, ἑταιρικὸν δὲ ἐκτόπως, καὶ τοῦ προστυχόντος ἀεὶ, καὶ εἰ πάνυ ἐπ' ὀλίγῳ ἐθελήσειέ τις, καὶ εἰ προσίδοι τις μόνον, εὐθὺς ἐπέ-

beret, quae multo labore parta pater ipſi reliquiſſet. Itaque propter iſta neque ad comiſſationes amplius illum adhibuit, ſed ſolus cum iſtis potavit, ſubducereque ſe Agathocli ſtuduit. Iamque ab adulatoribus illis perſuaderi *aliquando* ſibi miſer patitur, amore ipſius accenſam Charicleam Demonactis uxorem, clariſſimi viri, & in civitate Epheſiorum primi. Iamque ventitant illi a muliere codicilli, & coronae ſemimarcidulae, & mala quaedam demorſa, & alia, quae machinantur contra adoleſcentulos lenae, dum paulatim ſuis artificiis amores illis inſtruunt, & accendunt ultro amari ſe putantes. Maxime enim hoc ad illiciendum valet apud eos praeſertim, qui pulchri ſibi videntur, dum imprudentes in retia incidant. Erat autem Chariclea muliercula haud illepida, ſed ſupra modum meretrix, quae eius ſemper eſſet, in quem forte incideret, etiamſi parvo admodum *amare* quis vellet: & ſi quis adſpiceret modo, innuebat ſtatim, nec un-

νευε, καὶ δέος οὐδὲν ἦν, μή ποι ἀντείποι Χαρίκλεια. δεινὴ δὲ καὶ τἄλλα τεχνίτις, παρ' ἣν τινα βούλει τῶν ἑταιρῶν ἐπισπάσασθαι ἐραστήν· καὶ ἀμφίβολον ἔτι ὄντα, ὅλον ὑποποιήσασθαι, καὶ ἐνεχόμενον ἤδη ἐπιτεῖναι, καὶ προσεκκαῦσαι, ἄρτι μὲν ὀργῇ, ἄρτι δὲ κολακείᾳ, καὶ μετὰ μικρὸν ὑπερορίᾳ, καὶ τῷ πρὸς ἕτερον ἀποκλίνειν δοκεῖν, καὶ ὅλη συγκεκροτητο ἀπανταχόθεν ἡ γυνή, καὶ πολλὰ μηχανήματα παρεσκεύαστο κατὰ τῶν ἐραστῶν.

14 Ταύτην οὖν τότε οἱ Δεινίου κόλακες παραλαμβάνουσιν ἐπὶ τὸ μειράκιον, καὶ τὰ πολλὰ ὑπεκωμῴδουν, συνωθοῦντες αὐτὸν εἰς τὸν ἔρωτα τῆς Χαρικλείας. ἡ δὲ πολλοὺς ἤδη νέους ἐκτραχηλίσασα, καὶ μυρίους ἔρωτας ὑποκρινομένη, καὶ οἴκους πολυταλάντους ἀνατρέψασα, ποικίλον τι καὶ πολυγύμναστον κακὸν, παραλαβοῦσα εἰς τὰς χεῖρας ἁπλοϊκὸν καὶ ἄπειρον τῶν τοιούτων μηχανημάτων νεανίσκον, οὐκ ἀνῆκεν ἐκ τῶν ὀνύχων, ἀλλὰ περι-

12 Ἐκτραχηλίσασα) Τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ παιζόμενον ἐκδειράσαι. V.

16 Ἐκ τῶν ὀνύχ.) Ὡς ἐπὶ ἀγρας ἱεράκων ἢ ἀετῶν μετηλθε τὸν λόγον. V.

quam metus, ne forte Chariclea repugnaret. Erat etiam alioquin mira artifex, supra quamvis meretricem, alliciendi amatorem, & ambiguus qui adhuc esset, subiugandi totum, & qui iam teneretur intendendi, & magis accendendi nunc ira, nunc adulatione, & paulo post fastidio, & simulata ad alium inclinatione: ac tota undique *ad haec* composita erat mulier, multasque paraverat ad amatores machinas. Hanc ergo tum adsciscunt Diniae adulatores contra adolescentem, & ut secundarum partium actores subserviunt, in Charicleae illum amorem impellentes. Illa vero, quae multos iam adolescentes supplantaverat, & mille amores simulaverat, & domus opulentas everterat, multiplex quoddam & subactum longa exercitatione infortunium; haec igitur nacta intra manus suas simplicem & imperitum talium artificiorum iuvenem, non dimisit ex un-

ἔχουσα παντα χόθεν, καὶ διαπείρασα, ὅτε ἤδη παντάπασιν ἐκράτει, αὐτή τε ἀπώλετο ὑπὸ τῆς ἄγρας, καὶ τῷ κακοδαίμονι Δεινίᾳ μυρίων κακῶν αἰτία ἐγένετο. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον εὐθὺς ἐκεῖνα ἐπ' αὐτὸν καθίει τὰ γραμμάτια, καὶ συνεχῶς πεμπομένη τὴν ἄβραν, ὡς ἐδάκρυσε, καὶ ἐπηγρύπνησε, καὶ τέλος, ὡς ἀπάγξει ἑαυτὴν ἡ ἀθλία ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, ἕως δὴ ὁ μακάριος ἐπείσθη καλὸς εἶναι, καὶ ταῖς Ἐφεσίων γυναιξὶ περιπόθητος. καί που συνηνέχθη πολλὰ ἱκετευθείς. Καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἤδη ῥᾴδιον, ὡς τὸ εἰκὸς, ἁλώσεσθαι ἔμελλεν ὑπὸ γυναικὸς καλῆς, καὶ πρὸς ἡδονήν τε ὁμιλῆσαι ἐπισταμένης, καὶ ἐν καιρῷ δακρύσαι, καὶ μεταξὺ τῶν λόγων ἐλεεινῶς ὑποστενάξαι, καὶ ἀπιόντος ἤδη λαβέσθαι, καὶ εἰσελθόντι προσδραμεῖν, καὶ κἀλλωπίζεσθαι, ὡς ἂν μάλιστα ἀρέσειε, καί που καὶ ᾄσαι, καὶ κιθαρίσαι· οἷς ἅπασι κατὰ τοῦ Δεινίου ἐκέχρητο. καὶ ἐπεὶ ἥσθετο πονήρως

guibus, ſed complexa undique & configens, cum iam ex omni parte illum teneret, & ipſa a ſua praeda periit, & miſero Diniae mille malorum cauſa fuit. Nam primo ſtatim illos demittit in eum *hami inſtar* codicillos, & allegatam ſubinde ancillam, ut lacrimetur, & vigilet, tandem ut ſuſpenſura ſe ſit prae amore miſera; donec perſuaſum eſt beatulo, pulchrum eſſe, & Epheſiorum uxoribus expetitum. Ac tandem multis precibus exoratus *cum ea* congreditur. Et hinc iam facile, ut apparet, fuit illum expugnari a pulchra muliere, quae ſciret ad voluptatem attemperare ſuos ſermones, & plorare opportune, & *inter* ſermones miſerabiliter ingemiſcere, & abeuntem iam complecti, & ingredienti occurrere, & eum ornatum adhibere, quo maxime placeret, & interdum canere etiam, ac citharam pulſare, quibus illa omnibus adverſus Diniam uſa eſt. Et cum ſenti-

ἔχοντα, καὶ διάβροχον ἤδη τῷ ἔρωτι, καὶ τακερὸν γεγενημένον, ἄλλο ἐπὶ τούτοις ἐπενόει, καὶ τὸν ἄβλιον ἀπώλλυε. κύειν τε γὰρ ἐξ αὐτοῦ σκήπτεται. ἱκανὸν δὲ καὶ τοῦτο, βλάκα ἐραστὴν προσεκπυρῶσαι. καὶ οὐκέτι ἐφοίτα πρὸς αὐτὸν, φυλάττεσθαι ὑπὸ τἀνδρὸς λέγουσα, πέπυσμένου τὸν ἔρωτα· ὁ δ' οὐκέθ' οἷός τε ἦν φέρειν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ ἠνείχετο μὴ ὁρῶν αὐτὴν, ἀλλὰ ἐδάκρυε, καὶ τοὺς κόλακας ἐσέπεμπε, καὶ τοὔνομα τῆς Χαριπλείας ἐπεβοᾶτο, καὶ τὴν εἰκόνα περιβαλὼν αὐτῆς (ἐπεπαίητο δὲ λίθου λευκοῦ) ἐκῶκυε, καὶ τέλος καταβαλὼν ἑαυτὸν εἰς τοὔδαφος ἐκυλίνδετο, καὶ λύττα ἦν ἀκριβὴς τὸ πρᾶγμα. τὰ μὲν γὰρ ὧρα, οὐ κατὰ μῆλα καὶ στεφάνους ἀντεδίδοτο αὐτῇ, ἀλλὰ συνοικίαι ὅλαι, καὶ ἀγροὶ, καὶ θεράπαιναι, καὶ ἐσθῆτες εὐανθεῖς, καὶ χρυσὸν ὁπόσον ἐθελήσειε. καὶ τί γάρ; ἐν βραχεῖ ὁ Λυσίωνος οἶκος ὀνομαστότατος τῶν ἐν Ἰωνίᾳ γενόμενος, ἐξήντλητο ἤδη, καὶ
16 ἐξεκεκένωτο. Εἶτα ὡς ἤδη αὖος ἦν, ἀπολιποῦσα αὐτὸν,

ret iam illum laborare, & maceratum ab amore mollitumque esse, aliud insuper excogitat, quo perderet miserum, nempe uterum se etiam ex illo gerere: valet autem hoc etiam ad stolidum amatorem magis accendendum: nec amplius ad illum ventitat, custodiri se a viro dicens, qui audierit de amore. At ille rem non ferre, neque pati posse, quod non videret illam, sed lacrimari, & intro mittere adulatores, & nomen Charicleae inclamare, eiusque statuam (de candido marmore facta erat) amplectens eiulare. Tandem humi se abiiciens volvitur, resque in confessum furorem exit. Dona enim non pro portione malorum & corollarum illi reddebantur, sed aedes totae, & agri, & servae, & vestes floridae, & auri, quantum vellet. Et quid multa? Brevi tempore Lysionis domus, nobilissima per Ioniam quae fuerat, exhausta iam & vacuefacta erat. Dein-

ἄλλον τινὰ Κρῆτα νεανίσκον τῶν ὑποχρύσων ἐθήρα, καὶ μετέβαινεν ἐπ' ἐκεῖνον, καὶ ἤρα ἤδη αὐτοῦ, κἀκεῖνος ἐπίστευεν. ἀμελούμενος δ' οὖν ὁ Δεινίας, οὐχ ὑπὸ τῆς Χαρικλείας μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν κολάκων, κἀκεῖνοι γὰρ ἐπὶ τὸν Κρῆτα ἤδη τὸν ἐρώμενον μετεληλύθεσαν, ἔρχεται παρὰ τὸν Ἀγαθοκλέα, καὶ πάλαι εἰδότα ὡς ἔχοι πονηρῶς τὰ πράγματα αὐτῷ. καὶ αἰδούμενος τὸ πρῶτον, ὅμως διηγεῖτο πάντα, τὸν ἔρωτα, τὴν ἀπορίαν, τὴν ὑπεροψίαν τῆς γυναικὸς, τὸν ἀντεραστὴν τὸν Κρῆτα, καὶ τέλος, ὡς οὐ βιώσεται μὴ οὐχὶ συνὼν τῇ Χαρικλείᾳ. ὁ δὲ ἄκαιρον εἶναι νομίσας ἐν τούτῳ ἀπομνημονεύειν τῷ Δεινίᾳ, διότι οὐ προσίετο μόνον αὐτὸν τῶν φίλων, ἀλλὰ τοὺς κόλακας αὐτοῦ προετίμα, τότε, ἣν μόνην εἶχε πατρῴαν οἰκίαν ἐν Σάμῳ, ἀπεμπολήσας, ἦκεν αὐτῷ τὴν τιμὴν κομίζων τρία τάλαντα. λαβὼν δὲ ὁ Δεινίας οὐκ ἀφανὴς εὐθὺς ἦν τῇ Χαρικλείᾳ, καλός ποθεν αὖθις γε-

de cum iam ficcus ille & aridus eſſet, eo relicto, alium quendam Cretenſem iuvenem, de auratis illis, venata, ad illum tranſiit: & illum iam amabat, & ille *amari ſe* credebat. Dinias igitur, neglectus iam non a Chariclea ſolum, ſed etiam ab adulatoribus, nam hi quoque iam ad Cretenſem illum amaſium tranſierant, venit ad Agathoclem, qui iam diu ſciret, quam malo loco res ipſius eſſent; ac primum non ſine pudore, enarrat tamen omnia, amorem, indigentiam, ſuperbiam mulieris, rivalem Cretenſem, & denique ſe vivere non poſſe, niſi eſſet cum Chariclea. At ille intempeſtivum ratus eo tempore exprobrare, quod ſolum ſe amicum non admiſiſſet, ſed praetuliſſet ſibi adulatores, tum vendita, quam ſolam habebat Sami, domo paterna, venit pretium illi ferens tria talenta. His acceptis Dinias iam non obſcurus eſſe Charicleae, pulcher quodam-

γενημένος· καὶ αὖθις ἡ ἄβρα, καὶ τὰ γραμματεῖα, καὶ μέμψις, ὅτι μὴ πολλοῦ χρόνου ἀφίκετο, καὶ οἱ κόλακες συνέθεον, ἐπικαλαμησόμενοι, ὁρῶντες ἐδώδιμον ἔτι
17 ὄντα τὸν Δεινίαν. Ὡς δὲ ὑπέσχετο ἥξειν παρ' αὐτὴν, καὶ ἦκε περὶ τὸν πρῶτον ὕπνον, καὶ ἔνδον ἦν, ὁ Δημώναξ ὁ τῆς Χαρικλείας ἀνὴρ, εἴτε καὶ ἄλλως αἰσθόμενος, εἴτε καὶ ἀπὸ συνθήματος τῆς γυναικὸς, ἄμφω γὰρ λέγεται, ἐπαναστὰς ὥσπερ ἐκ λόχου, τήν τε αὐλίον ἀποκλείειν ἐκέλευε, καὶ συλλαμβάνειν τὸν Δεινίαν, πῦρ καὶ μάστιγας ἀπειλῶν, καὶ ξίφος ὡς ἐπὶ μοιχὸν σπασάμενος. ὁ δὲ συνιδὼν οὗ κακῶν ἦν, μοχλόν τινα πλησίον κείμενον ἁρπάσας, αὐτάς τε ἀποκτείνει τὸν Δημώνακτα, πατάξας εἰς τὸν κρόταφον, καὶ τὴν Χαρίκλειαν, οὐ μιᾷ πληγῇ ταύτην, ἀλλὰ καὶ τῷ μοχλῷ πολλάκις, καὶ τῷ ξίφει τοῦ Δημώνακτος ὕστερον. οἱ δ' οἰκέται τέως μὲν ἐστήκεσαν ἄφωνοι, τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγ-

modo factus denuo: & rurſus ancilla, & codicilli, & reprehenſio, quod diu non veniſſet: adulatores etiam concurrere, facturi ſpicilegium, cum viderent, eſſe adhuc Diniam talem, quem comederent. Cum autem, venturum ſe ad illam, condixiſſet, & veniſſet circa primam quietem, & innus eſſet; Demonax, Charicleae maritus, ſive temere illud ſenſerit, ſive re cum uxore compoſita, utrumque enim dicitur, conſurgens velut ex inſidiis claudi iubet ianuam aulae, & comprehendi Diniam, ignem minatus ac flagella, ſtrictoque velut in adulterum gladio. At ille, videns quantis in malis eſſet, correpto vecti quodam prope iacente, tum ipſum Demonactem percuſſo tempore interficit, tum Charicleam, nec una hanc plaga, verum & vecti ſaepius, & deinde Demonactis gladio. Servi autem, qui muti adhuc adſtiterant inopinata re perculſi, iam comprehendere

ματος ἐκπεπληγμένοι, εἶτα πειρώμενοι συλλαμβάνειν, ὡς καὶ αὐτοῖς ἐπῄει μετὰ τοῦ ξίφους, ἐκεῖνοι μὲν ὑπέφευγον, ὁ Δεινίας δὲ ὑπεξέρχεται, τηλικοῦτον ἔργον ἐργασάμενος· καὶ τὸ μέχρι τῆς ἕω παρὰ τῷ Ἀγαθοκλεῖ διέτριβεν, ἀναλογιζόμενοι τὰ πεπραγμένα, καὶ περὶ τῶν μελλόντων, ὅ, τι ἀποβήσεται σκοπούντες· ἕωθεν δὲ οἱ στρατηγοὶ παρῆσαν, (ἤδη γὰρ τὸ πρᾶγμα διεβεβόητο) καὶ συλλαβόντες τὸν Δεινίαν, οὐδ' αὐτὸν ἔξαρνον ὄντα μὴ οὐχὶ πεφονευκέναι, ἀπάγουσι παρὰ τὸν ἅρμοστὴν, ὃς ἥρμοζε τὴν Ἀσίαν τότε· ὁ δὲ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ ἀναπέμπει αὐτόν· καὶ μετ' οὐ πολὺ κατεπέμφθη ὁ Δεινίας εἰς Γύαρον νῆσον τῶν Κυκλάδων, ἐν ταύτῃ φεύγειν εἰς ἀεὶ τεταγμένος ὑπὸ τοῦ βασιλέως. Ὁ δὲ Ἀγαθοκλῆς 18
καὶ τἆλλα μὲν συνῆν, καὶ συναπῆρεν εἰς τὴν Ἰταλίαν, καὶ συνεισῆλθεν εἰς τὸ δικαστήριον μόνος τῶν φίλων, καὶ πρὸς οὐδὲν ἐνεδέησεν. ἐπεὶ δὲ ἤδη ἔφευγεν ὁ Δεινίας, οὐδὲ τότε ἀπελείφθη τοῦ ἑταίρου· καταδικάσας δὲ αὐτὸς

12 Γύαρον) *Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum, Si vis esse aliquid.* Iuvenal. G. ibid. Φεύγειν) *Exſulare.* G.

illum conati, cum ipſos quoque gladio invaderet, ſe ſubducunt. Dinias, patrato facinore, clanculum exit, & ad auroram uſque moratur apud Agathoclem, ubi perpendunt acta, & de futuris, quem res exitum habitura eſſet, conſiderant. Mane vero adſunt magiſtratus, (re iam rumoribus dilata) & comprehenſum Diniam, qui nec ipſe caedem a ſe factam negaret, ad Praefidem, qui tum regebat Aſiam, abducunt. At ille mittit ad Imperatorem: nec ita multo poſt deportatur Dinias in Gyarum inſulam, unam Cycladum, exſulare in ea perpetuo iuſſus ab Imperatore. Agathocles autem cum alias illum comitatus eſt, tum navigavit cum illo in Italiam, & in iudicium venit amicorum ſolus, & nulla in re illi defuit. Et cum iam exſularet Dinias, neque cum a ſodali deſtitutus eſt, qui *velut* ipſe ſe damnans, in

ἑαυτοῦ, διέτριβεν ἐν Γυάρῳ, καὶ συνέφευγεν αὐτῷ· καὶ ἐπειδὴ παντάπασιν ἠπόρουν τῶν ἀναγκαίων, παραδοὺς ἑαυτὸν τοῖς πορφυρεῦσι, συγκατεδύετο, καὶ τὸ γινόμενον ἐκ τούτου ἀποφέρων, ἔτρεφε τὸν Δειγίαν, καὶ νοσήσαντα δὲ ἐπιμήκιστον ἐθεράπευσε, καὶ ἀποθανόντος οὐκέτι ἐπανελθεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἠθέλησεν, ἀλλ' αὐτοῦ ἐν τῇ νήσῳ ἔμεινεν, αἰσχυνόμενος καὶ τεθνεῶτα ἀπολιπεῖν τὸν φίλον. τοῦτό σοι ἔργον φίλου Ἕλληνος, οὐ πρὸ πολλοῦ γενόμενον· ἔτη γὰρ οὐκ οἶδα εἰ πέντε διελήλυθεν, ἀφ' οὗ Ἀγαθοκλῆς ἐν Γυάρῳ ἀπέθανε.

ΤΟΞ. Καὶ εἴθε γε, ὦ Μνήσιππε, ἀνώμοτος ὢν ταῦτα ἔλεγες, ἵνα καὶ ἀπιστεῖν ἂν ἐδυνάμην αὐτοῖς, οὕτω Σκυθικόν τινα φίλον τὸν Ἀγαθοκλέα τοῦτον διηγήσω· πλὴν δέδια μή τινα καὶ ἄλλον ὅμοιον εἴπῃς αὐτῷ.

19 ΜΝΗΣ. Ἄκουε τοίνυν καὶ ἄλλον, ὦ Τόξαρι, Εὐθύδικον τὸν Χαλκιδέα. διηγεῖτο δέ μοι περὶ αὐτοῦ Σίμυ-

3 Τοῖς πορφυρεῦσι) Τοῖς τὰς πορφύρας διάγουσιν, ἢν τὸ πορφυροῦν ἄνθος. G.

Gyaro moratus, exſularet cum illo, &, cum omnino rebus neceſſariis deficerentur, locata purpurariis opera, cum his urinaret, mercedulaque inde accepta, aleret Diniam. Aegrotantem quoque diutiſſime curavit; ac ne mortuo quidem illo redire in patriam voluit, ſed ibidem in inſula manſit, qui mortuum etiam amicum relinquere pudori ſibi duceret. Hoc tibi factum amici Graeci non ita diu ante contigit. Anni enim neſcio an quinque abierint, a quo Gyaris mortuus eſt Agathocles.

Tox. Utinam inſuratus, Mneſippe, iſta narraſſes, ut etiam fidem negare illis poſſem; adeo Scythicum quendam amicum, Agathoclem iſtum narraſti. Verum metuo, ne quem alium dicas illi ſimilem.

Mneſ. Audi ergo alium etiam, Toxari, Euthydicum Chalcidenſem: narravit autem mihi de illo Simylus nauclerus

λος ὁ ναύκληρος ὁ Μεγαρικὸς, ἐπομοσάμενος ἢ μὴν αὐτὸς ἑωρακέναι τὸ ἔργον. πλεῖν μὲν γὰρ ἔφη ἐξ Ἰταλίας Ἀθήναζε περὶ δύσιν Πλειάδος, συλλογιμαίους τινὰς ἀνθρώπων κομίζων, ἐν δὲ τούτοις εἶναι τὸν Εὐθύδικον, καὶ μετ' αὐτοῦ Δάμωνα τὸν Χαλκιδέα, καὶ τοῦτον ἑταῖρον αὐτοῦ· ἡλικιώτας δὲ εἶναι, τὸν μὲν Εὐθύδικον ἐρρωμένον καὶ καρτερόν· τὸν δὲ Δάμωνα ὕπωχρον καὶ ἀσθενικὸν, ἄρτι ἐκ νόσου μακρᾶς, ὡς ἐδόκει, ἀνιστάμενον. ἄχρι μὲν οὖν Σικελίας εὐτυχῶς διαπλεῦσαι ἔφη ὁ Σίμυλος σφᾶς. ἐπεὶ δὲ τὸν πορθμὸν διαπεράσαντες, ἐν αὐτῷ ἤδη τῷ Ἰονίῳ ἔπλεον, χειμῶνα μέγιστον ἐπιπεσεῖν αὐτοῖς. καὶ τὰ μὲν πολλὰ, τί ἂν τις λέγοι, τρικυμίας τινὰς, καὶ στροβίλους, καὶ χαλάζας, καὶ ἄλλα, ὅσα χειμῶνος κακά; ἐπεὶ δὲ ἤδη σφᾶς κατὰ τὴν Ζάκυνθον εἶναι ἀπὸ ψιλῆς τῆς κεραίας πλέοντας, ἔτι καὶ σπείρας τινὰς ἐπισυρομένους, ὡς τὸ ῥᾴθιον ἐπιδέχεσθαι τῆς ὁρμῆς, περὶ μέσας νύκτας, οἷον ἐν τοσούτῳ σάλῳ ναυτιάσαντα τὸν

Megarenſis, iurans, ſe factum vidiſſe. Navigaſſe nimirum ſe dixit ex Italia Athenas verſus circa Vergiliarum occaſum, cum vectoribus hinc inde collectis: in hiſce autem fuiſſe Euthydicum, & cum illo Damonem Chalcidenſem, hunc illius ſodalem: fuiſſe autem aequales, ceterum Euthydicum valentem ac robuſtum, Damonem vero ſubpallidum & imbecillum, qui e longo morbo videretur modo convaluiſſe. Atque ad Siciliam uſque feliciter ipſos navigaſſe, retulit mihi Simylus. Superato autem freto, in ipſo iam Ionio navigantes, tempeſtate oppreſſos maxima. Quid attinet dicere multa illa, fluctus decumanos, & turbines, & grandines, & reliqua tempeſtatis mala? Cum vero iam prope Zacynthum eſſent, nude navigantes antenna, & ſpiras quaſdam ad impetum undae excipiendum trahentes, media circiter nocte, nauſeantem, ut in tanta agitatione, Da-

Δάμωνα, ἐμεῖν ἐγκεκυφότα εἰς τὴν θάλασσαν· εἶτα, οἶμαι, τῆς νεὼς βιαιότερον ἐς ὃ κεκύφει μέρος ἐπικλιθείσης, καὶ τοῦ κύματος συναπώσαντος, ἐκπεσεῖν αὐτὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐς τὸ πέλαγος, οὐδὲ γυμνὸν τὸν ἆθλιον, ὡς ἂν καὶ ῥᾷον δύνασθαι νεῖν· εὐθὺς οὖν βοᾶν πνιγόμενον, καὶ μόγις ἑαυτὸν ὑπερέχοντα τοῦ κλύδωνος. Τὸν δὲ Εὐθύδικον, ὡς ἤκουσε, (τυχεῖν δὲ γυμνὸν ἐν τῇ εὐνῇ ὄντα) ῥίψαι ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ καταλαβόντα τὸν Δάμωνα ἤδη ἀπαγορεύοντα (φαίνεσθαι γὰρ ἐπιπολὺ ταῦτα, τῆς σελήνης καταλαμπούσης) συμπαρανήχεσθαι, καὶ συγκουφίζειν. σφᾶς δὲ ἐπιθυμεῖν μὲν αὐτοῖς βοηθεῖν, καὶ ἐλεεῖν τὴν συμφορὰν τῶν ἀνδρῶν, μὴ δύνασθαι δὲ, μεγάλῳ τῷ πνεύματι ἐλαυνομένους· πλὴν ἐκεῖνά γε ποιῆσαι, φελλούς τε γὰρ πολλοὺς ἀφεῖναι αὐτοῖς, καὶ τῶν κοντῶν τινας, ὡς ἐπὶ τούτων ἀπονήξαιντο, εἴ τινι αὐτῶν περιτύχοιεν, καὶ τέλος καὶ τὴν ἀποβάθραν αὐτὴν, οὐ μικρὰν οὖσαν. ἐννόησον τοίνυν πρὸς

monem vomuiſſe proclinato verſus mare corpore. Tum navi, puto, violentius in eam partem, in quam incubuerat, inclinata, & fluctu ſimul depellente, praecipitem excidiſſe in pelagus, ne nudum quidem miſerum, ut natare poſſet facilius. Statim igitur clamaſſe iam ſuffocandum, & vix ſupra fluctus ſe tenentem. Euthydicum vero, cum audiſſet, (fuiſſe autem forte in cubili nudum) abieciſſe ſe in mare, & comprehenſo Damoni, iam victo ac deſpondenti animum, (videri potuiſſe autem pleraque fulgente luna) adnataſſe, eumque ſublevaſſe. Illos autem cupiiſſe quidem opem ferre, & miſeratos caſum hominum, ſed non potuiſſe, a magno vento actos: at illa certe feciſſe, ſuberis frusta multa illis proieciſſe, & contos aliquot, ut illorum ope enatarent, ſi quid illorum nanciſcerentur, & ipſum denique navis pontem non parvum. Cogita iam, per Deos, quod quis

θεῶν, ἤν τινα ἄν τις ἄλλην ἐπίδειξιν ἐπιδείξαιτο εὐνοίας βεβαιοτέραν πρὸς ἄνδρα φίλον, ἐν νυκτὶ ἐκπεσόντα εἰς πέλαγος οὕτως ἠγριωμένον, ἢ κοινωνήσας τοῦ θανάτου; καί μοι ἐπ' ὀφθαλμῶν λάβε τὴν ἐπανάστασιν τῶν κυμάτων, τὸν ἦχον τοῦ ὕδατος ἐπικλωμένου, τὸν ἀφρὸν περιζέοντα, τὴν νύκτα, καὶ τὴν ἀπόγνωσιν, εἶτα ἀποπνιγόμενον ἐκεῖνον, καὶ μόγις ἀνακύπτοντα, καὶ τὰς χεῖρας ὀρέγοντα τῷ ἑταίρῳ, τὸν δὲ ἐπιπηδῶντα εὐθὺς, καὶ συννέοντα, καὶ δεδιότα μὴ προαπόληται αὐτοῦ ὁ Δάμων. οὕτω γὰρ ἂν μάθοις, ὡς οὐκ ἀγεννῆ σοι καὶ τοῦτον φίλον τὸν Εὐθύδικον διηγησάμην.

ΤΟΞ. Πότερον δὲ ἀπώλοντο, ὦ Μνήσιππε, οἱ ἄνδρες, 21
ἤ τις αὐτοῖς ἐκ παραλόγου σωτηρία ἐγένετο; ὡς ἔγωγε καὶ μετρίως δέδοικα ὑπὲρ αὐτῶν.

ΜΝΗΣ. Θάρρει, ὦ Τόξαρι, ἐσώθησαν, καὶ ἔτι καὶ νῦν εἰσιν Ἀθήνησιν, ἄμφω φιλοσοφοῦντες. ὁ μὲν γὰρ Σί-

4 Καί μοι ἐπ' ὀφθαλμῶν) Διατύπωσις αὐξητικὴ τοῦ πάθους. V.

aliud ſpecimen oſtendat firmius benevolentiae adverſus amicum, delapſum noctu in mare adeo efferarum, quam ſi in mortis ipſius ſocietatem veniat? Et intuere mihi animo fluctus inſurgentes, ſonum aquae fractum, circum ferventem ſpumam, noctem, deſperationem: deinde illum iam ſuffocandum, & vix capite eminentem, tendentemque manus amico: hunc vero deſilientem ſtatim, & natantem una, ac metuentem, ne ante ſe Damon pereat: ſic enim diſcas, minime ignavum me tibi hunc etiam amicum narraſſe, Euthydicum.

Tox. Utrum vero interierunt, Mneſippe, illi viri, an aliqua illis ex inſperato ſalus contigit? nam haud mediocriter equidem illis metuo.

Mneſ. Bono eſto animo, Toxari: ſervati ſunt, & nunc adhuc ſunt Athenis, ambo philoſophi. Simylus enim haec

μουλος ταῦτα μόνα εἶχε λέγειν, ἃ ποτε εἶδε τῆς νυκτός· τὸν μὲν ἐκπίπτοντα, τὸν δὲ ἐπιπηδῶντα, καὶ νηχομένους, ἐς ὅσον ἐν νυκτὶ καθορᾶν ἐδύνατο. τὰ δὲ ἀπὸ τούτου οἱ ἀμφὶ τὸν Εὐθύδικον αὐτοὶ διηγοῦνται. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, Φελλοῖς τισι περιπεσόντας, ἀνέχειν ἐπὶ τούτων ἑαυτοὺς, καὶ ἀπονήχεσθαι πονήρως· ὕστερον δὲ τὴν ἀποβάθραν ἰδόντας, ἤδη πρὸς ἕω, προσνήξασθαί τε αὐτῇ, καὶ τὸ λοιπὸν ἐπιβάντας, εὐμαρῶς προσενεχθῆναι τῇ Ζα-
22 κύνθῳ. Μετὰ δὲ τούτους οὐ φαύλους ὄντας, ὡς ἔγωγ' ἂν εἴποιμι, ἄκουσον ἤδη τρίτον ἄλλον οὐδέν τι χείρονα αὐτῶν. Εὐδαμίδας Κορίνθιος Ἀρεταίῳ τῷ Κορινθίῳ καὶ Χαριξείνῳ τῷ Σικυωνίῳ φίλοις ἐκέχρητο εὐπόροις οὖσι, πενέστατος αὐτὸς ὤν· ἐπεὶ δὲ ἀπέθνησκε, διαθήκας ἀπέλιπε, τοῖς μὲν ἄλλοις ἴσως γελοίους, σοὶ δὲ οὐκ οἶδα εἰ τοιαῦται δόξουσιν, ἀνδρὶ ἀγαθῷ, καὶ Φιλίαν τιμῶντι, καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῇ πρωτείων ἀμιλλωμένῳ. ἐγέγραπτο γὰρ ἐν αὐταῖς, Ἀπολείπω Ἀρεταίῳ μὲν τὴν μητέρα μου

sola habuit dicere, quae quondam illa nocte viderat, excidere alterum, alterum saltu istum sequi, natare ambos, quantum videre noctu poterat: reliqua ipse narrat Euthydicus: primo quidem cum in suberis quaedam frusta incidissent, illis se sustinuisse, & aegre natasse; postridie autem ponte navis conspecto, versus lucis exortum, ad illum adnatasse, eoque conscenso, quantum supererat spatii, facile ad Zacynthum appulisse. Post hos autem non malos, ut ego dixerim, audi iam tertium alium, nihil illis deteriorem. Eudamidas Corinthius Aretaeo Corinthio & Charixeno Sicyonio amicis usus fuerat, copiosis hominibus, pauperrimus ipse. Moriens autem testamentum reliquit, aliis forte ridiculum; tibi vero nescio an tale videatur, viro bono & magni amicitiam aestimanti, & de primo illius praemio certanti. Scriptum autem in illo erat, *Relinquo*

τρέφειν, καὶ γηροκομεῖν, Χαριξείνῳ δὲ τὴν θυγατέρα μου ἐκδοῦναι μετὰ προικὸς, ὁπόσην ἂν πλείστην ἐπιδοῦναι παρ' αὐτοῦ δύνηται· (ἦν δὲ αὐτῷ καὶ μήτηρ πρεσβύτις, καὶ θυγάτριον ὡραῖον ἤδη γάμου) ἢν δέ τι ἄτερος αὐτῶν ἐν τοσούτῳ πάθῃ, καὶ τὴν ἐκείνου μερίδα, φησὶν, ἐχέτω ὁ ἕτερος. τούτων ἀναγνωσθεισῶν τῶν διαθηκῶν, οἱ τὴν πενίαν μὲν εἰδότες τοῦ Εὐδαμίδα, τὴν Φιλίαν δὲ, ἣ πρὸς τοὺς ἄνδρας ἦν αὐτῷ, ἀγνοοῦντες, ἐν παιδιᾷ τὸ πρᾶγμα ἐποιοῦντο, καὶ οὐδεὶς ὅστις οὐ γελῶν ἀπηλλάττετο, οἷον Ἀρεταῖος καὶ Χαρίξεινος οἱ εὐδαίμονες κλῆρον διαδέξονται, λέγοντες, εἴπερ ἀποτίσουσιν Εὐδαμίδα, καὶ ζῶντες αὐτοὶ κληρονομηθήσονται ὑπὸ τοῦ νεκροῦ. Οἱ κλη- 23
ρονόμοι δὲ, οἷς ταῦτα κατελέλειπτο, ὡς ἤκουσαν, ἦκον εὐθὺς διαιτῶντες τὰ ἐκ τῶν διαθηκῶν. ὁ μὲν οὖν Χαρίξεινος πέντε μόνας ἡμέρας ἐπιβιοὺς, ἀπέθανεν· ὁ δὲ Ἀρεταῖος, ἄριστος κληρονόμων γενόμενος, τήν τε ἐκείνου, καὶ τὴν αὐτοῦ μερίδα παραλαβὼν, τρέφει τε τοῦ Εὐδαμίδα

5 Ἐν τοσούτῳ) Ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ μεταξύ. V.

Aretaeo alendam matrem meam, curandamque illius ſenectutem; Charixeno autem filiam meam collocandam dote, quam maximam dare e re ſua familiari poterit. Erat nempe illi mater anus, & puella nuptiis iam matura. *Si vero alterutri illorum*, ſic pergit, *aliquid humanitus interea accidat, etiam illius partem alter habeat.* His apertis tabulis, qui paupertatem ſcirent Eudamidae, amicitiam autem, quam cum illis viris habuerat, ignorarent, pro ludo rem habere, & nemo non ridens abire: *Quantam*, inquiebant, *Aretaeus & Charixenus, beati illi, hereditatem accipient, ſi quidem ſolvent Eudamidae, & viventes ipſi heredem habebunt mortuum!* At heredes, quibus relicta iſta fuerant, cum audiſſent, veniunt ſtatim, hereditatem ex tabulis cernunt. Ac Charixenus quidem quinque ſolis diebus ſuperſtes moritur: Aretaeus autem optimus heredum, tum illius, tum ſua parte adſcita, & matrem alit Eudamidae, &

τὴν μητέρα, καὶ τὴν θυγατέρα οὐ πρὸ πολλοῦ ἐκδέδωκεν, ἀπὸ ταλάντων πέντε, ὧν εἶχε, δύο μὲν τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ, δύο δὲ τῇ τοῦ Φίλου ἐπιδοὺς, καὶ τὸν γάμον γε αὐταῖν ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας ἠξίωσε γενέσθαι. τί σοι δοκεῖ, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀρεταῖος οὗτος; ἆρα φαῦλον παράδειγμα φιλίας παρεσχῆσθαι, τοιαῦτα κληρονομήσας, καὶ μὴ προδοὺς τὰς διαθήκας τοῦ Φίλου; ἢ τίθεμεν καὶ τοῦτον ἐν ταῖς τελείαις ψήφοις μίαν τῶν πέντε εἶναι;

ΤΟΞ. Καὶ οὗτος μὲν καλός· ἐγὼ δὲ τὸν Εὐδαμίδαν πολὺ μᾶλλον ἐθαύμασα τοῦ θάρσους, ὃ εἶχε περὶ τοὺς φίλους. ἐδήλου γὰρ ὡς καὶ αὐτὸς ἂν τὰ ὅμοια ἔπραξεν ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ καὶ ἐν διαθήκαις ταῦτα ἐνεγέγραπτο, ἀλλὰ πρὸ τῶν ἄλλων ἦκεν ἂν ἄγραφος κληρονόμος τῶν τοιούτων.

24 ΜΝΗΣ. Εὖ λέγεις. τέταρτον δέ σοι διηγήσομαι, Ζηνόθεμιν τὸν Χαρμόλεω, Μασσαλίηθεν· ἐδείχθη δέ μοι ἐν Ἰταλίᾳ πρεσβεύοντι ὑπὲρ τῆς πατρίδος, καλὸς ἀνὴρ, καὶ

filiam nuper elocavit, de quinque, quae habebat, talentis duo quidem filiae suae, duo autem amici *filiae* in dotem tribuens, nuptiis utrarumque in eundem diem collatis. Quid tibi videtur, Toxari, Aretaeus hic, parvumne se exemplum amicitiae praestitisse, tanta hereditate adita, non prodito amici testamento? an ponimus hunc quoque in perfectis calculis, ut de quinque unus sit?

Tox. Etiam hic honestus. At ego Eudamidam multo magis admiratus sum fiduciae causa, quam de amicis habuit. Ostendit enim, se quoque eadem pro illis fuisse facturum, etiamsi non scripta essent ista in tabulis, sed ante alios nec scriptum talium heredem venturum fuisse.

Mnes. Recte dicis. Sed quartum tibi narrabo Zenothemin Charmolei filium, Massiliensem. Ostensus autem est mihi in Italia, cum legatione pro patria fungerer, vir hone-

μέγας, καὶ πλούσιος, ὡς ἐδόκει· παρεκάθητο δὲ αὐτῷ γυνὴ ἐπὶ ζεύγους ὀδοιπορούντι, τά τε ἄλλα εἰδεχθὴς, καὶ ξηρὰ τὸ ἥμισυ τὸ δεξιὸν, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένη, παντλώβητόν τι καὶ ἀπρόσιτον μορμολύκειον. εἶτα ἐπεὶ ἐθαύμασα εἰ καλὸς οὗτος καὶ ὡραῖος ὢν ἀνέχεται παροχουμένην τοιαύτην αὐτῷ γυναῖκα, ὁ δείξας μοι αὐτὸν, διηγεῖτο τὴν ἀνάγκην τοῦ γάμου, ἀκριβῶς εἰδὼς ἕκαστα· Μασσαλιώτης δὲ καὶ αὐτὸς ἦν. Μενεκράτει γὰρ, ἔφη, τῷ πατρὶ τῆς δυσμόρφου ταύτης φίλος ἦν ὁ Ζηνόθεμις, πλουτοῦντι καὶ τιμωμένῳ ἀμότιμος ὤν. χρόνῳ δὲ ὁ Μενεκράτης ἀφῃρέθη τὴν οὐσίαν ἐκ καταδίκης, ὅτεπερ καὶ ἄτιμος ἐγένετο ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων, ὡς ἀποφηνάμενος γνώμην παράνομον. οὕτω δὲ οἱ Μασσαλιῶται κολάζομεν, ἔφη, εἴ τις παράνομα γράψειεν. ἐλυπεῖτο οὖν ὁ Μενεκράτης, καὶ ἐπὶ τῇ καταδίκῃ, καὶ ἐπεὶ

6 Παροχουμένην) Ἢ παρὰ τὴν πλησιότητα. *G.* Corrupte. Forſan, ἢ παρ' αὐτὸν πλησιάσταται.

ſtus, & magnus, & dives, ut videbatur. Aſſidebat autem illi mulier iumentis iunctis iter facienti, tum alias deformis, tum dimidia parte, dextra, arida, & excuſſo oculo foeda, contumelioſiſſime habitum a fortuna, & cui appropinquare nolles, terriculamentum. Deinde cum admirarer, quod pulcher iſte & formoſus ſuſtineret vehi ſecum talem mulierem, ille, qui virum mihi oſtenderat, qui accurate noſſet omnia, Maſſilienſis & ipſe, neceſſitatem illarum nuptiarum mihi enarravit. Menecrati, nimirum ait, patri deformis iſtius mulieris amicus erat Zenothemis, diviti, honorato, eiuſdem ipſe quoque faſtigii. *Procedente* vero tempore Menecrates iudicio facultatibus ſuis privatus eſt, quo tempore etiam honos illi a ſexcentis *ſenatoribus* ademtus, ut qui ſententiam contra leges tuliſſet: ita autem, inquit, Maſſilienſes punimus, ſi quis contra leges aliquid promulget. Triſtis ergo Menecrates tum propter damnationem,

ἐκ πλουσίου πένης, καὶ ἐξ ἐνδόξου ἄδοξος ἐν ὀλίγῳ ἐγένετο. μάλιστα δὲ αὐτὸν ἡνία θυγάτηρ αὐτῇ, ἐπίγαμος ἤδη, καὶ ὀκτωκαιδεκέτις οὖσα, ἣν οὐδὲ μετὰ πάσης τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ἣν γε πρὸ τῆς καταδίκης ἐκέκτητο, ἠξίωσεν ἄν τις τῶν γε ἀγενῶν καὶ πενήτων ῥᾳδίως παραλαβεῖν, οὕτω κακοδαίμονα οὖσαν τὴν ὄψιν. ἐλέγετο δὲ καὶ καταπίπτειν πρὸς τὴν σελήνην αὐξανομένην. Ὡς δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Ζηνόθεμιν ἀπωδύρετο, Θάρρει, ἔφη, ὦ Μενέκρατες, οὔτε γὰρ ἀπορήσεις τῶν ἀναγκαίων, καὶ ἡ θυγάτηρ σου ἄξιον τοῦ γένους εὑρήσει νυμφίον τινά· καὶ ταῦτα ἅμα διεξιών, λαβόμενος αὐτὸν τῆς δεξιᾶς, ἦγεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τήν τε οὐσίαν πολλὴν οὖσαν ἐνείματο πρὸς αὐτόν· καὶ δεῖπνον παρασκευασθῆναι κελεύσας, εἱστία τοὺς φίλους, καὶ τὸν Μενεκράτην, ὡς δή τινα τῶν ἑταίρων πεπεικὼς ὑποστῆναι τῆς κόρης τὸν γάμον. ἐπεὶ δὲ ἐδεδείπνητο αὐτοῖς, καὶ ἔσπεισαν τοῖς θεοῖς, ἐνταῦθα δὴ μεστὴν αὐτῷ τὴν φιάλην προτείνας, Δέδεξο, εἶπεν,

tum quod ex divite pauper, & ex nobili ignobilis parvo adeo intervallo factus esset, maxime cruciabatur ob filiam hanc, nubilem iam & duodeviginti annorum, quam nec cum omni patris substantia, quam ante damnationem habuerat, voluisset aliquis vel ignobilium & pauperum facile, cum infelici illa forma, ducere. Dicebatur autem etiam concidere ad lunae incrementa. Haec cum deploraret apud Zenothemin, ille, *Bono*, inquit, *animo esto, Menecrates, nec enim necessaria tibi deerunt, & filia tua dignum suo genere sponsum inveniet*: ac cum his dictis dextra illius prehensa domum secum suam illum deducit: suasque opes, quae magnae erant, cum illo dividit, & coena parari iussa amicos excipit convivio, ipsumque Menecratem, velut amicorum alicui persuasisset puellae nuptias. Cum vero coenati essent, & Dis libassent; hic plenam illi phialam propinans, *Accipe*,

ὦ Μενέκρατες, παρὰ τοῦ γαμβροῦ φιλοτησίαν ἄξομαι γὰρ ἐγὼ τήμερον τὴν σὴν θυγατέρα Κυδιμάχην· τὴν προῖκα δὲ πάλαι εἴληφα, τάλαντα πέντε καὶ εἴκοσι. τοῦ δὲ ἄπαγε λέγοντος, μὴ σύγε, ὦ Ζηνόθεμι, μὴ οὕτω μανείην, ὡς περιϊδεῖν σε νέον καὶ καλὸν ὄντα κόρῃ αἰσχρᾷ καὶ λελωβημένῃ συγκαταζευγνύμενον. ὁ δὲ, ταῦτα διεξιόντος, ἀράμενος τὴν νύμφην, ἀπῄει ἐς τὸν θάλαμον· καὶ μετ' ὀλίγον προῆλθε, διακορήσας αὐτήν. καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου σύνεστιν ὑπεραγαπῶν, καὶ πάντῃ ὡς ὁρᾷς περιαγόμενος αὐτήν. Καὶ οὐχ ὅπως οὐκ αἰσχύνεται τῷ γάμῳ, ἀλλὰ καὶ σεμνυνομένῳ ἔοικεν, ἐπιδεικνύμενος ὡς καταφρονεῖ μὲν τῶν ἐν σώματι καλῶν, ἢ αἰσχρῶν, καὶ πλούτου, καὶ δόξης, ἀφορᾷ δὲ ἐς τὸν φίλον, καὶ τὸν Μενεκράτην· οὐδὲ οἴεται χείρω πρὸς φιλίαν ὑπὸ τῆς ψήφου τῶν ἑξακοσίων γεγονέναι. πλὴν ἤδη γε τούτων οὕτως αὐτὸν ἠμείψατο καὶ ἡ τύχη· παιδίον γὰρ πάγκαλον ἐκ τῆς 26

inquit, *a genero poculum amicitiae! ducam enim ego hodie tuam filiam Cydimachen: dotem accepi olim, talenta quinque & viginti.* Illo vero dicente, *Apage, noli hoc facere, Zenothemi: nec ita ego insaniam, ut videre te possim, iuuenem & pulchrum, puellae turpi & male affectae iunctum.* At illic, haec dicente *patre*, ablata sponsa in thalamum abit, & inde prodit paulo post virginitate illius interfecta: & ab illo inde tempore cum illa vivit, vehementer illam amans, & ubique, uti vides, illam secum circumducens. Et tantum abest, ut huius eum matrimonii poeniteat, ut potius glorianti eo videatur similis, ostendens contemni a se vel pulchra vel turpia corporis, & divitias, & splendorem; respici vero amicum & Menecratem, quem non putet deteriorem ad amicitiam suffragiis sexcentorum factum. Veruntamen pro his hoc iam ipsi praemium fortuna retulit: puer enim illi pulcherrimus

αἰσχίστης αὐτῷ ταύτης ἐγένετο· καὶ πρώην γε, ἐπεὶ ἥρμενος αὐτὸ εἰσεκόμισεν ὁ πατὴρ εἰς τὸ βουλευτήριον, θαλλῷ ἐστεμμένον, καὶ μέλανα ἀμπεχόμενον, ὡς ἐλεεινότερον φανείη ὑπὲρ τοῦ πάππου, τὸ μὲν βρέφος ἀνεγέλασε πρὸς τοὺς βουλευτὰς, καὶ συνεκράτει τῷ χεῖρε· ἡ βουλὴ δὲ ἐπικλασθεῖσα πρὸς αὐτὸ, ἀφίησι τῷ Μενεκράτει τὴν καταδίκην, καὶ ἤδη ἐπίτιμός ἐστι, τηλικούτῳ συνηγόρῳ χρησάμενος πρὸς τὸ συνέδριον. τοιαῦτα ὁ Μασσαλιώτης ἔλεγε τὸν Ζηνόθεμιν εἰργάσθαι ὑπὲρ τοῦ φίλου, ὡς ὁρᾷς, οὐ μικρὰ, οὐδὲ ὑπὸ πολλῶν ἂν Σκυθῶν γενόμενα· οἵγε καὶ τὰς καλλακὰς ἀκριβῶς
37 τὰς καλλίστας ἐκλέγεσθαι λέγονται. Λοιπὸς ἡμῖν ὁ πέμπτος· καί μοι δοκῶ οὐκ ἄλλον ἐρεῖν, Δημητρίου τοῦ Σουνιέως ἐπιλαθόμενος. συνεκπλεύσας γὰρ ἐς τὴν Αἴγυπτον ὁ Δημήτριος, Ἀντιφίλῳ τῷ Ἀλωπεκῆθεν, ἑταίρῳ ἐκ παίδων ὄντι καὶ συνεφήβῳ, συνῆν καὶ συνεπαιδεύετο, αὐτὸς μὲν τὴν Κυνικὴν ἄσκησιν ἀσκούμενος ὑπὸ

ex turpiſſima hac natus eſt. Et nuper, cum ſuis illum manibus intuliſſet in Senatum pater, ramo *olivae* redimitum, & pulla veſte indutum, ut miſerabilior videretur pro avo *deprecans*, arriſit Senatoribus puer, & plauſum manibus dedit. Fractus autem *eo ſpectaculo* Senatus, damnationem remiſit Menecrati; & iam honoribus reſtitutus eſt, advocato tali apud Senatum uſus. Talia, Maſſilienſis dixit, acta a Zenothemi in amici gratiam, non parva, ut vides, neque a Scythis multis exſpectanda, qui quidem pellices etiam pulcherrimas cum cura dicantur eligere. Supereſt nobis quintus: & videor mihi non alium dicturus, Sunienſi Demetrio praetermiſſo. Cum navigaſſet enim in Aegyptum Demetrius cum Antiphilo Alopecienſi, ſuo a pueris inde ſodali & aequali, *ibi* una vivebat atque inſtituebatur, Cynicas ipſe

τῷ Ῥοδίῳ ἐκείνῳ σοφιστῇ· ὁ δὲ Ἀντίφιλος ἰατρικὴν ἄρα ἐμελέτα. καὶ δή ποτε ὁ μὲν Δημήτριος ἔτυχεν ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀποδημῶν κατὰ θέαν τῶν πυραμίδων καὶ τοῦ Μέμνονος. ἤκουε γὰρ ταύτας, ὑψηλὰς οὔσας, μὴ παρέχεσθαι σκιάν· τὸν δὲ Μέμνονα βοᾶν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον. τούτων ἐπιθυμήσας Δημήτριος, θέας μὲν τῶν πυραμίδων, ἀκροάσεως δὲ τοῦ Μέμνονος, ἀναπεπλεύκει κατὰ τὸν Νεῖλον, ἕκτον ἤδη μῆνα, ἀκινήσαντα πρὸς τὴν ὁδὸν καὶ τὸ θάλπος, ἀπολιπὼν τὸν Ἀντίφιλον.

Ὁ δὲ ἐν τοσούτῳ συμφορᾷ ἐχρήσατο, μάλα γενναίου 28
τινὸς φίλου δεομένῃ. οἰκέτης γὰρ αὐτοῦ Σύρος, καὶ τοὔνομα, καὶ τὴν πατρίδα, ἱεροσύλοις τισὶ κοινωνήσας, συνεισῆλθέ τε αὐτοῖς ἐς τὸ Ἀνουβείδιον, καὶ ἀποσυλήσαντες τὸν θεὸν, χρυσᾶς τε φιάλας δύο, καὶ κηρύκιον χρυσοῦν καὶ ταῦτα, καὶ κυνοκεφάλους ἀργυροῦς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, κατέθεντο πάντα παρὰ τῷ Σύρῳ· εἶτ' ἐμπε-

sectatus exercitationes, sub Sophista illo Rhodio: Antiphilus autem medicinam meditabatur. Aliquando Demetrius peregrinatur per Aegyptum Pyramidas visurus & Memnonem. Audierat enim, illas, quantumvis altas, umbram non praebere; Memnonem autem ad orientem solem exclamare. Horum ergo cupidus, nempe videndarum Pyramidum, ac Memnonis audiendi, adverso Nilo sextum iam mensem navigaverat, relicto Antiphilo, quem via & aestus deterruerant. At hic interim in calamitatem incidit, quae maxime generoso amico indigeret. Servus enim illius Syrus nomine & patria, societate cum sacrilegis quibusdam inita, ingressus cum illis est templum Anubidis. Hi, spoliato Deo, phialas ex auro duas, & sceptrum aureum ipsum quoque, & canino capite sigilla Dei argentea, aliaque id genus, deponunt apud Syrum omnia. Deinde incidentes *in vincula*,

σόντες (ἐάλωσαν γάρ τι ἀπεμπολοῦντες) ἅπαντα εὐθὺς ἔλεγον στρεβλούμενοι ἐπὶ τοῦ τροχοῦ, καὶ ἀγόμενοι ἦκον ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ Ἀντιφίλου, καὶ τὰ φώρια ἐξέφερον ὑπό κλίνῃ τινὶ ἐν σκοτεινῷ κείμενα. ὅ, τε οὖν Σύρος ἐδέδετο εὐθὺς, καὶ ὁ δεσπότης αὐτοῦ Ἀντίφιλος· οὗτος μὲν καὶ μεταξὺ ἀκροώμενος τοῦ διδασκάλου ἀναστατωθεὶς ἐβοήθει δὲ οὐδεὶς, ἀλλὰ καὶ οἱ τέως ἑταῖροι, ἀπεστρέφοντο ὡς τὸ Ἀνουβείδιον σεσυληκότα, καὶ ἀσέβημα αὐτῶν ἡγοῦντο εἶναι, εἰ συνέπιόν ποτε ἢ συνειστιάθησαν αὐτῷ. καὶ οἱ λοιποὶ δὲ τῶν οἰκετῶν, δύο ὄντες, ἅπαντα
29 ἐκ τῆς οἰκίας συσκευασάμενοι, ᾤχοντο φεύγοντες. Ἐδέδετο οὖν ὁ ἄθλιος Ἀντίφιλος πολὺν ἤδη χρόνον, ἁπάντων, ὅσοι ἦσαν κακοῦργοι ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, μιαρώτατος εἶναι δοκῶν. καὶ ὁ ἐπὶ τῶν δεσμῶν Αἰγύπτιος, δεισιδαίμων ἄνθρωπος, ᾤετο χαριεῖσθαι καὶ τιμωρήσειν τῷ θεῷ, βαρὺς τῷ Ἀντιφίλῳ ἐφεστώς. εἰ δ' ἀπολογοῖτό

(deprehenſi enim fuerant vendentes aliquid) omnia ſtatim, rota cum torquerentur, faſſi ſunt, ductique in hoſpitium Antiphili venerunt, protuleruntque res furtivas ſub lectulo quodam in obſcuro iacentes. Syrus ergo vinctus ſtatim eſt, & herus illius Antiphilus; hic quidem, dum magiſtrum audit, abſtractus, auxiliante nemine, ſodalibus, qui adhuc fuerant, eum, velut qui Anubidis aedem ſacrilegio violaſſet, averſantibus, impiatoſque ſe putantibus, ſi quando cum ipſo compotationem aut coenam obiiſſent. Ceteri autem ſervi duo, convaſatis, quae in domo erant, omnibus, aufugere. Vinctus igitur miſer Antiphilus iam ſatis diu, & pro impuriſſimo omnium, quotquot malefici in carcere erant, habitus fuerat: & commentarienſis Aegyptius, ſuperſtitioſus homo, putabat gratum facere ſe Deo, & illius ulciſci iniurias, ſi gravis inſtaret Antiphilo. Si vero

ποτε λέγων, ὡς οὐδὲν τοιοῦτον εἰργασται, ἀναίσχυντος ἐδόκει, καὶ πολὺ πλέον ἐπὶ τούτῳ ἐμισεῖτο. ὑπενόσει τοιγαροῦν ἤδη, καὶ πονήρως εἶχεν, οἷον εἰκὸς χαμαὶ καθεύδοντα, καὶ τῆς νυκτὸς οὐδὲ ἀποτείνειν τὰ σκέλη δυνάμενον, ἐν τῷ ξύλῳ κατακεκλεισμένα· τῆς μὲν γὰρ ἡμέρας ὁ κλοιὸς ἦρκει, καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ πεπεδημένη· εἰς δὲ τὴν νύκτα ἔδει ὅλον καταδεδέσθαι· καὶ μὴν καὶ τοῦ οἰκήματος ἡ δυσοσμία, καὶ τὸ πνίγος, ἐν ταυτῷ πολλῶν δεδεμένων, καὶ ἐστενοχωρημένων, καὶ μόλις ἀναπνεόντων, καὶ τοῦ σιδήρου ὁ ψόφος, καὶ ὕπνος ὀλίγος, ταῦτα πάντα χαλεπὰ ἦν καὶ ἀφόρητα, οἵῳ ἀνδρὶ ἐκείνων ἀπῆθει, καὶ ἀμελετήτῳ πρὸς οὕτω σκληρὰν τὴν δίαιταν. Ἀπαγορεύοντος δὲ αὐτοῦ, καὶ μηδὲ σῖτον αἱρεῖσθαι θέλοντος, ἀφικνεῖταί ποτε καὶ ὁ Δημήτριος, οὐδὲν εἰδὼς τῶν ἤδη γεγενημένων. καὶ ἐπειδὴ ἔμαθεν, ὡς εἶχεν, εὐθὺς ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον δρομαῖος ἐλθὼν, τότε μὲν οὐκ εἰσεδέχθη, 30

quando cauſam diceret, ſe nihil tale feciſſe, impudens videbatur, maiorique eam ipſam ob cauſam erat in odio. Iam igitur aegrotabat aliquantum, & male habebat, ut probabile erat, qui iaceret humi, & ne noctu quidem extendendorum pedum facultatem haberet, incluſorum nempe nervo: interdiu enim numella ſufficiebat, & manus altera compedita; noctu autem vinciri totum oportebat. Verum etiam foedus odor carceris, & aeſtus, multis in eodem loco vinctis & anguſte confertis, vixque reſpirantibus, & ferri ſtridor, & parum ſomni; haec omnia difficilia erant atque intolerabilia, velut inſueto talium viro, & ad durum adeo victum non exercitato. Iam deſpondebat animum, iam nec cibum capere volebat; cum tandem redit etiam Demetrius, nihil eorum ſciens, quae contigiſſent. Ubi vero reſcivit ut erat, curriculo ſtatim veniens ad carcerem, tum quidem non

ἥκοντες ἐδέοντο Φιλίαν ποιεῖσθαι. Βοσπορανοὶ μὲν ὑποτελέσειν διπλάσιον τὸν δασμὸν ὑπισχνούμενοι, Μάχλυες δὲ ὁμήρους δώσειν ἔφασαν, οἱ Ἀλανοὶ δὲ ἀντὶ τῆς ἐφόδου ἐκείνης, Σινδιανοὺς ἡμῖν χειρώσασθαι ὑπέστησαν ἐκ πολλοῦ διεστῶτας. ἐπὶ τούτοις ἐπείσθημεν, δόξαν πολὺ πρότερον Ἀρσακόμᾳ καὶ Λογχάτῃ· καὶ ἐγένετο εἰρήνη, ἐκείνων πρυτανευόντων ἕκαστα. Τοιαῦτα, ὦ Μνήσιππε, τολμῶσι ποιεῖν Σκύθαι ὑπὲρ τῶν φίλων.

ΜΝΗΣ. Πάνυ τραγικὰ, ὦ Τόξαρι, καὶ μύθοις ὅμοια, 56
καὶ ἴλεως μὲν ὁ Ἀκινάκης καὶ ὁ Ἄνεμος εἶεν, οὓς ὤμοσας· εἰ γοῦν τις ἀπιστοίη αὐτοῖς, οὐ πάνυ μεμπτὸς εἶναι δόξειεν ἄν.

ΤΟΞ. Ἀλλ' ὅρα, ὦ γενναῖε, μὴ φθόνος ὑμῶν ἡ ἀπιστία ᾖ· πλὴν οὐκ ἐμὲ ἀποτρέψεις ἀπίστων καὶ ἄλλα τοιαῦτα εἰπεῖν, ἃ οἶδα ὑπὸ Σκυθῶν γιγνόμενα.

ΜΝΗΣ. Μὴ μακρὰ μόνον, ὦ ἄριστε, μηδὲ οὕτως

amicitiam ſecum fieri petentes, Boſporani duplum pendere tributum polliciti, Machlyes dare obſides parati; Alani vero pro iſta invaſione Sindianos, a longo inde tempore a nobis diſſidentes, in poteſtatem noſtram ſe redacturos recipiebant. His conditionibus perſuaderi nobis paſſi ſumus, cum primo omnium ita viſum eſſet Arſacomae & Lonchati, &, ipſis tractantibus univerſum negotium, pax facta eſt. Talia, Mneſippe, audent facere pro amicis Scythae.

Mneſ. Omnino tragica, Toxari, & fabulis ſimilia. Atque ignoſcat mihi Acinaces ac Ventus, per quos iuraſti. Si quis enim fidem iis neget, non valde videatur reprehendendus.

Tox. Quin vide, generoſe, ne invidia ſit illa veſtra credendi cunctatio. Verumtamen non deterrueris me neganda fide, quo minus alia de hoc genere dicam, quae facta a Scythis novi.

Mneſ. Modo ne longa *nimis*, vir optime, nec ita ſolutis

ἀφέτοις χρώμενος τοῖς λόγοις, ὡς νῦν γε ἄνω καὶ κάτω τὴν Σκυθίαν καὶ τὴν Μαχλυανὴν διαθέων, καὶ εἰς τὸν Βόσπορον ἀπιὼν, εἶτ' ἐπανιὼν, πάνυ μου κατεχρήσω τῇ σιωπῇ.

ΤΟΞ. Πειστέον καὶ ταῦτά σοι νομοθετοῦντι, καὶ δὶς βραχέων λεκτέον, μὴ καὶ κάμῃς ἡμῖν τῇ ἀκοῇ συμπερι-
57 νοστῶν. Μᾶλλον δὲ ἄκουσον, ἐμοὶ αὐτῷ οἷα Φίλος, Σισίννης τοὔνομα, ὑπηρέτησεν· ὅτε γὰρ Ἀθήναζε ἀπῄειν οἴκοθεν ἐπιθυμίᾳ παιδείας τῆς Ἑλληνικῆς, κατέπλευσα ἐς Ἄμαστριν τὴν Ποντικήν· ἐν προσβολῇ δέ ἐστι τοῖς ἀπὸ Σκυθίας πρὸς πλέουσιν οὐ πολὺ τῆς Καράμβεως ἀπέχουσα ἡ πόλις. εἵπετο δὲ ὁ Σισίννης, ἑταῖρος ἐκ παιδὸς ὤν. ἡμεῖς μὲν οὖν καταγωγήν τινα ἐπὶ τῷ λιμένι σκεψάμενοι, καὶ τοῦ πλοίου ἐς αὐτὴν μετασκευασάμενοι, ἠγοράζομεν, οὐδὲν πονηρὸν ὑφορώμενοι· ἐν τοσούτῳ δὲ κλῶπές τινες ἀναστάσαντες τὸ κλεῖθρον ἐκφέρουσιν ἅπαντα, ὡς μηδὲ τὰ ἐς ἐκείνην τὴν ἡμέραν διαρκέσοντα

usus sermonibus, ut modo sursum deorsum Scythiam Machlyanemque percurrens, & abiens in Bosporum rediensque deinde, meo omnino silentio abusus es.

Tox. Obsequendum hac quoque in re est tibi legislatori, ac dicendum breviter, ne fatigeris, si auribus oberrare nobiscum cogare. Potius audi, quae mihi ipsi amicus, Sisinnes nomine, praestiterit. Cum enim Athenas domo proficiscerer Graecae disciplinae cupiditate, in Ponticam Amastrin navigavi: opportune autem obiecta est e Scythia navigantibus haec urbs, Carambi non multum distans. Sequebatur me Sisinnes, meus a puero inde sodalis. Nos ergo diversorio ad portum quaesito, sarcinulisque de navi in illud translatis, nihil mali suspicati, in forum prodimus. Interea vero fures quidam claustris detractis omnia efferunt, ut nec tantum relinquerent, quantum in illum nobis diem sufficeret.

καταλιπεῖν. ἐπανελθόντες οὖν οἴκαδε, καὶ τὸ γεγονὸς μαθόντες, δικάζεσθαι μὲν τοῖς γείτοσι πολλοῖς οὖσιν, ἢ τῷ ξένῳ, οὐκ ἐδοκιμάζομεν, δεδιότες μὴ συκοφάνται δόξωμεν τοῖς πολλοῖς, λέγοντες, ὡς ὑφείλετο ἡμῶν τις Δαρεικοὺς τετρακοσίους, καὶ ἐσθῆτα πολλὴν, καὶ τάπιδας τινὰς, καὶ τἆλλα ὁπόσα εἴχομεν. Ἐσκοπούμεθα 58
δὲ περὶ τῶν παρόντων ὅ, τι πράξομεν, ἄποροι παντάπασιν ἐν τῇ ἀλλοδαπῇ γενόμενοι· καμοὶ μὲν ἐδόκει, ὡς εἶχον, αὐτοῦ παραβύσαντα ἐς τὴν πλευρὰν τὸν ἀκινάκην ἀπελθεῖν τοῦ βίου, πρὶν ἀγεννές τι ὑποστῆναι, λιμῷ ἢ δίψει πιεσθέντα· ὁ δὲ Σισίννης παρεμυθεῖτο, καὶ ἱκέτευε μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν· αὐτὸς γὰρ ἐπινοήσειν ἔλεγεν, ὅθεν ἔξομεν ἱκανῶς τὰς τροφάς· καὶ τότε μὲν ξύλα ἐκ τοῦ λιμένος παρεκόμισε, καὶ ἦκεν ἡμῖν ἐκ τοῦ μισθοῦ ἐπισιτισάμενος. ἕωθεν δὲ περιιὼν κατὰ τὴν ἀγορὰν εἶδε πομπήν τινα, ὡς ἔφη, γενναίων καὶ καλῶν νεανίσκων· μο-

Domum ergo reverſis, audito, quid factum eſſet, in ius vocare vicinos, qui multi eſſent, aut hoſpitem adeo, non placuit, veritis ne ſycophantae pleriſque videremur, ſi diceremus abſtuliſſe nobis aliquem Daricos quadringentos, & veſtem multam, & ſtragula quaedam, & quae habueramus reliqua. Deliberabamus autem de praeſenti conditione noſtra, quid ageremus, inopes omnium rerum in regione peregrina facti. Ac mihi quidem videbatur, ut habebam, e veſtigio adacto in latus acinace de vita abire prius, quam humile quidquam, fame aut ſiti ſubigente, admitterem. At Siſinnes conſolans me ſupplicabat, ne quid tale facerem: ſe quippe excogitaturum aliquid dicebat, unde, quantum ad victum ſatis eſſet, haberemus. Ac tum quidem ligna de portu baiulavit, venitque comparatis de mercede cibis. Altero vero mane in foro circumiens videt pompam, ut dicebat, fortium & honeſtorum iuvenum. Hi autem pecu-

νομαχεῖν δὲ οὗτοι ἐπὶ μισθῷ ἀνδρολογηθέντες, ἐς τρίτην ἡμέραν διαγωνιεῖσθαι ἔμελλον. καὶ δὴ τὸ πᾶν ὡς εἶχεν ἀμφ' αὐτοὺς πυθόμενος, ἐλθὼν ὡς ἐμὲ, μηκέτι, ὦ Τόξαρι, ἔφη, σαυτὸν πένητα λέγε, εἰς γὰρ τρίτην ἡμέραν
59 πλούσιόν σε ἀποφανῶ. Ταῦτα εἶπε, καὶ πονήρως τὸ μεταξὺ ἀποζήσαντες, ἐνστάσης ἤδη τῆς θέας, ἐθεώμεθα καὶ αὐτοί. παραλαβὼν γάρ με ὡς ἐπὶ τερπνόν τι καὶ παράδοξον θέαμα τῶν Ἑλληνικῶν, ἄγει εἰς τὸ θέατρον· καὶ καθίσαντες ἐωρῶμεν, τὸ μὲν πρῶτον θηρία κατακοντιζόμενα, καὶ ὑπὸ κυνῶν διωκόμενα, καὶ ἐπ' ἀνθρώπους δεδεμένους ἀφιέμενα, κακούργους τινὰς, ὡς εἰκάζομεν. ἐπεὶ δὲ εἰσῆλθον οἱ μονομάχοι, καί τινα παραγαγὼν ὁ κῆρυξ εὐμεγέθη νεανίσκον, εἶπεν, ὅστις ἂν ἐθέλῃ τούτῳ μονομαχῆσαι, ἥκειν εἰς τὸ μέσον, δραχμὰς λῃψόμενος μυρίας, μισθὸν τῆς μάχης, ἐνταῦθα ἐξανίσταται ὁ Σισίννης, καὶ καταπηδήσας ὑπέστη μαχεῖσθαι, καὶ τὰ

nia auctorati gladiatores, in tertium diem depugnaturi erant. Iamque omnia de illis uti ſe haberent percontatus, venit ad me, &, *Ne amplius*, inquit, *pauperem te, Toxari, dicito. Tertio enim abhinc die divitem te reddam.* Haec dixit. Atque aegre interiecto tempore vitam tolerantes, inſtante iam ſpectaculo, ſpectamus ipſi quoque. Nam me etiam aſſumtum velut ad iucundum quoddam novumque ſpectaculum Graecum, ducit in theatrum. Iamque ſpectamus aſſidentes, primo beſtias iaculis confici, & exagitari canibus, & in vinctos quoſdam homines, maleficos, ut coniiciebamus, immitti. Ingreſſis autem gladiatoribus, cum procerum quendam iuvenem producens praeco ediceret, qui cum hoc pugnare vellet, progrederetur in medium, pugnae pretium acceſturus drachmas decies mille: hic ſurgit Siſinnes, ac cum deſiliiſſet, pugnaturum ſe recipit, arma poſcit, & merce-

ὅπλα ἤτει. καὶ τὸν μισθὸν λαβὼν, τὰς μυρίας, ἐμοὶ φέρων, ἐνεχείρισε· καὶ εἰ μὲν κρατήσαιμι, ὦ Τόξαρι, εἶπεν, ἅμα ἀπιμεν, ἔχοντες τὰ ἀρκοῦντα· ἢν δὲ πέσω, θάψας με ὑποχώρει ὀπίσω ἐς Σκύθας. ἐγὼ μὲν ἐπὶ τούτοις ἐκώκυον. Ὁ δὲ λαβὼν τὰ ὅπλα, τὰ μὲν ἄλλα 60
περιεδήσατο, τὸ κράνος δὲ οὐ κατέθηκεν, ἀλλ' ἀπὸ γυμνῆς τῆς κεφαλῆς καταστὰς ἐμάχετο· καὶ τὸ μὲν πρῶτον τιτρώσκεται αὐτὸς, καμπύλῳ τῷ ξίφει ὑποτμηθεὶς τὴν ἰγνύην, ὥστε αἷμα ἔρρει πολύ· ἐγὼ δὲ προετεθνήκειν ἤδη τῷ δέει· θρασύτερον δὲ ἐπιφερόμενον τηρήσας τὸν ἀντίπαλον παίει εἰς τὸ στέρνον, καὶ διήλασεν, ὥστε αὐτίκα ἐπεπτώκει πρὸ τοῖν ποδοῖν αὐτοῦ· ὁ δὲ κάμνων καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ τραύματος, ἐπεκάθιζε τῷ νεκρῷ, καὶ μικροῦ δεῖν, ἀφῆκεν αὐτὸν ἡ ψυχή· ἀλλ' ἐγὼ προσδραμὼν ἀνέσωσα καὶ παρεμυθησάμην. ἐπεὶ δὲ ἀφεῖτο ἤδη νενικηκὼς, ἀράμενος αὐτὸν ἐκόμισα εἰς τὴν οἰκίαν· καὶ ἐπιπολὺ θεραπευθεὶς ἐπέζησε μὲν, καὶ ἔστι μέχρι νῦν ἐν

dem acceptam, decies mille drachmas, ad me fert, & in manus mihi tradit: ac, *Si quidem*, inquit, *vicero, Toxari, simul abimus, habituri quod ſatis eſt: ſin vero cecidero, me ſepulto ad Scythas revertere.* Ad haec plorabam equidem. Verum ille arma capiens reliqua induit, galeam vero non impoſuit, ſed nudo capite conſiſtens pugnavit. Ac primo quidem vulneratur ipſe, curvato enſe ſuccifus poplitem, ſanguis ut copioſus profluereret; & ego prae metu paene ante mortuus eſſem. At ille obſervans inferentem ſe audacius adverſarium, percuſſum illius pectus tranſadigit, ut ſtatim ante pedes illius concideret: ille autem, feſſus & ipſe vulnere, inſidet mortuo. Et parum aberat, quin ipſum quoque anima relinqueret. At accurrens ego excitavi hominem & conſolatus ſum, & cum iam pro victore dimitteretur, ſublatum illum portavi domum. Hic diu curatus, vixit il-

Σκύθαις, γήμας τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν, χωλὸς δέ ἐστιν ὅμως ἀπὸ τοῦ τραύματος. τοῦτο, ὦ Μνήσιππε, οὐκ ἐν Μάχλυσίν, οὐδ' ἐν Ἀλανίᾳ ἐγένετο, ὡς ἀμάρτυρον εἶναι, καὶ ἀπιστεῖσθαι δύνασθαι, ἀλλὰ πολλοὶ πάρεισιν Ἀμαστριανῶν, μεμνημένοι τὴν μάχην τοῦ Σισίννου. Πέμπτον ἔτι σοι τὸ Ἀβαύχα ἔργον διηγησάμενος, 61
παύσομαι. ἦκέ ποτε οὗτος ὁ Ἀβαύχας εἰς τὴν Βορυσθενιτῶν πόλιν, ἐπαγόμενος καὶ γυναῖκα, ἧς ἥρα μάλιστα, καὶ παιδία δύο. τὸ μὲν ἐπιμαστίδιον ἄρρεν, τὸ δὲ ἕτερον κόρη ἑπτέτις ἦν· συναπεδήμει δὲ καὶ ἑταῖρος αὐτοῦ Γυνδάνης, οὗτος μὲν καὶ νοσῶν ἀπὸ τοῦ τραύματος, ὃ ἐτέτρωτο κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπὸ λῃστῶν, ἐπιπεσόντων σφίσι· διαμαχόμενος γὰρ πρὸς αὐτοὺς, ἐλαύνεται εἰς τὸν μηρὸν, ὥστε οὐδὲ ἑστάναι ἐδύναιτο ὑπὸ τῆς ὀδύνης· νύκτωρ δὲ καθευδόντων (ἔτυχον γὰρ ἐν ὑπερῴῳ τινὶ κατοικοῦντες) πυρκαϊὰ μεγάλη ἐξανίσταται, καὶ πάντα περιεκλείετο,

le quidem, & eſt nunc adhuc in Scythis, ducta ſorore mea, claudus tamen ex vulnere. Hoc, Mneſippe, non inter Machlyes neque in Alania factum eſt, ut teſtibus careat, & fides illi queat negari; ſed multi adſunt Amaſtrianorum, qui meminerunt pugnae Siſinnis. Quintum tibi adhuc Abauchae facinus cum narravero, deſinam. Venit quondam hic Abauchas in Boryſthenitarum urbem, habens ſecum uxorem, quam maxime amaret, & liberos duo: alter lactens adhuc puer erat, altera autem ſeptem annorum puella. Socius peregrinationis amicus illius Gyndanes, hic quidem aeger etiam a vulnere, quo percuſſus erat in via a latronibus, impetum in ipſos facientibus: dum enim contra hos repugnat, feritur illi femur, ut neque inſiſtere prae dolore poſſet. Noctu autem dormientibus illis, forte fortuna enim in ſuprema contignatione diverſabantur, incendium oritur

καὶ περιεῖχεν ἡ φλὸξ ἀπανταχόθεν τὴν οἰκίαν· ἐνταῦθα δὴ ἀνεγρόμενος ὁ Ἀβαύχας, καταλιπὼν τὰ παιδία κλαυθμυριζόμενα, καὶ τὴν γυναῖκα ἐκπεφευγυῖαν ἀποσεισάμενος, καὶ σώζειν αὐτὴν περικελευσάμενος, ἀράμενος τὸν ἑταῖρον, κατῆλθε, καὶ ἔφθη διεκπαίσας, πρὶν μηδέπω τελέως ἀπεκκαυτο ὑπὸ τοῦ πυρός· ἡ γυνὴ δὲ φέρουσα τὸ βρέφος εἵπετο, ἀκολουθεῖν κελεύσασα καὶ τὴν κόρην. ἡ δὲ ἡμίφλεκτος ἀφεῖσα τὸ παιδίον ἐκ τῆς ἀγκάλης, μόλις διεπήδησε τὴν φλόγα, καὶ ἡ παῖς σὺν αὐτῇ, παρὰ μικρὸν ἐλθοῦσα κἀκείνη ἀποθανεῖν. καὶ ἐπειδὴ ὠνείδισέ τις ὕστερον τὸν Ἀβαύχαν, διότι προδοὺς τὰ τέκνα, καὶ τὴν γυναῖκα, ὁ δὲ Γυνδάνην ἐξεκόμισεν, Ἀλλὰ παῖδας μὲν, ἔφη, καὶ αὖθις ποιήσασθαί μοι ῥᾴδιον, καὶ ἄδηλον εἰ ἀγαθοὶ ἔσονται οὗτοι· φίλον δὲ οὐκ ἂν εὕροιμι ἄλλον ἐν πολλῷ χρόνῳ τοιοῦτον, οἷος Γυνδάνης ἐστὶ, πεῖράν μοι πολλὴν τῆς εὐνοίας παρεσχημένος. Εἶ- 62

2 Διανεγρόμενος) Ἀντὶ τοῦ διηνεγρόμενος. G.

magnum: clausa erant circum omnia, circumdederat domum undique flamma. Hic ergo excitatus Abauchas, relictis liberis plorantibus, cum demovisset inhaerentem sibi uxorem, ipsamque saluti suae consulere iussisset, sublato *in humeros* amico, descendit. Et evasit erumpens ea parte, qua nondum plane igne invalescente arcebatur. Mulier autem infantem gerens secuta est, sequi se iussa puella: atque ipsa semiustulata infantem ex ulnis passa decidere, vix flammam transiliit, & post illam puella, in praesentissimum ipsa quoque mortis periculum adducta. Et cum postea obiiceret aliquis Abauchae, quod proditis liberis atque uxore exportasset Gyndanem, *Verum*, inquit, *liberos denuo quaerere mihi facile est, atque incertum, bonine hi futuri sint: amicum autem non temere invenero alium, talem quidem, qualis est Gyndanes, qui ea mihi benevolentiae experimenta praestiterit.* Dixi, Mnesip-

ρηκα, ὦ Μνήσιππε, ἀπὸ πολλῶν πέντε τούτους προχειρισάμενος. ἤδη δὲ καιρὸς εἴη κεκρίσθαι, ὁπότερον ἡμῶν ἢ τὴν γλῶτταν ἢ τὴν δεξιὰν ἀποτετμῆσθαι δέοι. τίς οὖν ὁ δικάσων ἐστίν;

ΜΝΗΣ. Οὐδὲ εἷς· οὐ γὰρ ἐκαθίσαμέν τινα δικαστὴν τοῦ λόγου· ἀλλ' οἶσθα ὃ δράσομεν; ἐπειδὴ νῦν ἄσκοπα τετοξεύκαμεν, αὖθις ἐλόμενοι διαιτητήν, ἄλλους ἐπ' ἐκείνῳ εἴπωμεν φίλους, εἶτα ὃς ἂν ἥττων γένηται, ἀποτετμήσεται τότε, ἢ ἐγὼ τὴν γλῶτταν, ἢ σὺ τὴν δεξιάν. ἢ τοῦτο μὲν ἄγροικον, ἐπεὶ δὲ καὶ σὺ φιλίαν ἐπαινεῖν ἔδοξας, ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄλλο ἡγοῦμαι ἀνθρώποις εἶναι τούτου κτῆμα ἄμεινον ἢ κάλλιον· τί οὐχὶ καὶ ἡμεῖς συνθέμενοι πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, φίλοι τε αὐτόθεν εἶναι, καὶ εἰσαεὶ ἔσεσθαι ἀγαπῶμεν, ἄμφω νικήσαντες, τὰ μέγιστα ἆθλα προσλαβόντες; ἀντὶ μιᾶς γλώττης, καὶ μιᾶς δεξιᾶς, δύο ἑκάτερος ἐπικτησάμενοι, καὶ προσέτι γε, καὶ

pe, de magno numero quinque iſtis depromtis. Iam tempus fuerit iudicari, utri noſtrûm lingua vel dextra amputanda ſit. Quis igitur iudicabit?

Mneſ. Nemo. Neque enim arbitrum quemquam diſputationis conſtituimus. Sed ſcin', quid faciamus? Quandoquidem nunc temere nec ad ſcopum iaculati ſumus, rurſus electo arbitro alios ſub illo amicos enarremus. Tum qui victus fuerit, mutilabitur, aut lingua ego, aut tu dextra. An potius nimis hoc agreſte fuerit? Quando autem & tu amicitiam laudare viſus es, & ego nullam homini hac poſſeſſione aut meliorem puto aut honeſtiorem: quidni potius etiam nos, pacto inter nos foedere, amici eſſe e veſtigio, & in perpetuum manere ſatis habemus, victores ambo, maximis ambo potiti praemiis, pro lingua una & una dextra nacti unuſquiſque geminas, & inſuper oculos qua-

ὀφθαλμοὺς τέτταρας, καὶ πόδας τέτταρας, καὶ ὅλως διπλᾶ πάντα; τοιοῦτόν τι γάρ ἐστι συνελθόντες δύο ἢ τρεῖς φίλοι, ὁποῖον τὸν Γηρυόνην οἱ γραφεῖς ἐνδείκνυνται, ἄνθρωπον ἑξάχειρα, καὶ τρικέφαλον· ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ τρεῖς ἐκεῖνοι ἦσαν, ἅμα πράττοντες πάντα, ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον φίλους γε ὄντας.

ΤΟΞ. Εὖγε λέγεις· καὶ οὕτω ποιῶμεν. 63

ΜΝΗΣ. Ἀλλὰ μήτε αἵματος, ὦ Τόξαρι, μήτε ὀκινάκου δεώμεθα, τὴν φιλίαν ἡμῖν βεβαιώσοντος. ὁ γὰρ λόγος ὁ παρὼν, καὶ τὸ τῶν ὁμοίων ὀρέγεσθαι, πολὺ πιστότερα τῆς κύλικος ἐκείνης, ἣν πίνετε. ἐπεὶ τά γε τοιαῦτα, οὐκ ἀνάγκης ἀλλὰ γνώμης δεῖσθαί μοι δοκεῖ.

ΤΟΞ. Ἐπαινῶ ταῦτα, καὶ ἤδη ὦμεν φίλοι, καὶ ξένοι, ἐμοὶ μὲν σὺ ἐνταῦθα ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, ἐγὼ δέ σοι, εἴ ποτε ἐς τὴν Σκυθίαν ἀφίκοιο.

tuor, & pedes quatuor, & in universum gemina omnia? Tale quid enim sunt coëuntes duo aut tres amici, qualem Geryonen ostendunt pictores, hominem sex manuum & tricipitem. Tres enim, ut mihi videtur, fuere, simul agentes omnia, ut par erat nimirum, cum essent amici.

Tox. Bene sane dicis: & sic agamus.

Mnes. Sed neque sanguine, Toxari, neque acinace indigemus ad sanciendam amicitiam nostram. Praesens enim disputatio, & earundem rerum studium, multum sunt calice illo, quem bibitis, firmiora: quandoque non tam necessitate quadam & *sanctitate*, sed proposito, indigere mihi videntur.

Tox. Laudo ista equidem: & iam simus amici, & hospites, mihi quidem tu hic in Graecia, ego autem tibi, si in Scythiam quandoque veneris.

ΜΝΗΣ. Καὶ μὴν εὖ ἴσθι, οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι καὶ ἔτι πορρωτέρω ἐλθεῖν, εἰ μέλλω τοιούτοις φίλοις ἐντεύξεσθαι, οἵος σὺ, ὦ Τόξαρι, διεφάνης ἡμῖν ἀπὸ τῶν λόγων.

Mnef. At noris, me non pigraturum longius etiam iter ingredi, ſi tales inventurus ſim amicos, qualem te, Toxari, de ſermonibus tuis cognitum habemus.

ΛΟΥΚΙΟΣ Η ΟΝΟΣ.

ΑΠΗΕΙΝ ποτὲ ἐς Θετταλίαν, ἦν δέ μοι πατρικόν τι 1
συμβόλαιον ἐκεῖ, πρὸς ἄνθρωπον ἐπιχώριον· ἵππος δέ με
κατῆγε, καὶ τὰ σκεύη, καὶ θεράπων ἠκολούθει εἷς.
ἐπορευόμην οὖν τὴν προκειμένην ὁδόν· καί πως ἔτυχον καὶ
ἄλλοι ἀπιόντες ἐς Ὑπατα, πόλιν τῆς Θετταλίας, ἐκεῖ-
θεν ὄντες· καὶ ἀλλῶν ἐκοινωνοῦμεν, καὶ οὕτως ἐκείνην τὴν
ἀργαλέαν ὁδὸν ἀνύσαντες, πλησίον ἤδη τῆς πόλεως ἦμεν,
κἀγὼ ἠρόμην τοὺς Θετταλοὺς, εἴπερ ἐπίστανται ἄνδρα
οἰκοῦντα ἐς τὰ Ὑπατα, Ἵππαρχον τοὔνομα, γράμμα-
τα δὲ αὐτῷ ἐκόμιζον οἴκοθεν, ὥστε οἰκῆσαι παρ' αὐτῷ·
οἱ δὲ εἰδέναι τὸν Ἵππαρχον τοῦτον ἔλεγον, καὶ ὅπη τῆς
πόλεως οἰκεῖ, καὶ ὅτι ἀργύριον ἱκανὸν ἔχει, καὶ ὅτι μίαν
θεράπαιναν τρέφει, καὶ τὴν αὐτοῦ γαμετὴν μόνας.

3 Συμβόλαιον) Γραμματεῖον. V.

LUCIUS SIVE ASINUS.

IN Theſſaliam aliquando eram profectus: erat mihi vero quoddam ibi paternum negotium cum eius regionis homine. Equus unus me & ſarcinulas vehebat, ſervorum ſequebatur unus. Sic via propoſita pergebam. Forte quadam alii etiam ibant Hypatam, unde erant, Theſſaliae urbem, quorum convictu utebar. Sicque ſuperata illa via difficili, prope iam urbem eramus. Hic ego interrogo Theſſalos, noſſentne virum Hypatae habitantem, Hipparchum nomine. Epiſtolam autem illi ferebam domo, uti apud illum diverſarer. Illi notum ſibi Hipparchum illum dicunt, & quo loco urbis habitet, & argenti ipſum habere multum, & tamen unam *modo* ancillam alere, ſuamque uxorem. Eſſe

ἔστι γὰρ φιλαργυρώτατος δεινῶς. ἐπεὶ δὲ πλησίον τῆς πόλεως ἐγεγόνειμεν, κῆπός τις ἔνδον ἦν, καὶ οἰκίδιον
2 ἀνεκτὸν, ἔνθα ὁ Ἵππαρχος ᾤκει. Οἱ μὲν οὖν ἀσπασάμενοί με ᾤχοντο, ἐγὼ δὲ κόπτω προσελθὼν τὴν θύραν, καὶ μόλις μὲν καὶ βραδέως ὑπήκουσε δ' οὖν ἡ γυνή. εἶτα καὶ προσῆλθεν· ἐγὼ μὲν ἠρόμην εἰ ἔνδον εἴη ὁ Ἵππαρχος; Ἔνδον, ἔφη· σὺ δὲ τίς, ἢ τί βουλόμενος πυνθάνῃ; γράμματα, εἶπον, κομίζω αὐτῷ παρὰ Δεκριανοῦ τοῦ Πατρέως σοφιστοῦ. Μεῖνόν με, ἔφη, αὐτοῦ, καὶ τὴν θύραν συγκλείσασα ᾤχετο εἴσω πάλιν· καί ποτε ἐξελθοῦσα κελεύει ἡμᾶς εἰσελθεῖν· κἀγὼ δὲ παρελθὼν εἴσω ἀσπάζομαι αὐτὸν, καὶ τὰ γράμματα ἐπέδωκα. ἔτυχε δὲ ἐν ἀρχῇ δείπνου ὤν, καὶ κατέκειτο ἐπὶ κλινιδίου στενοῦ, γυνὴ δὲ αὐτοῦ καθῆστο πλησίον, καὶ τράπεζα μηδὲν ἔχουσα παρέκειτο. ὁ δὲ ἐπειδὴ τοῖς γράμμασιν ἐνέτυχεν, Ἀλλ' ὁ μὲν φίλτατος ἐμοὶ, ἔφη, καὶ τῶν Ἑλλήνων ἐξοχώτατος Δεκριανὸς εὖ ποιεῖ, καὶ θαῤῥῶν πέμ-

enim ſupra modum avariſſimum. Cum vero prope urbem eſſemus, hortus intra eam erat, & domuncula tolerabilis, ubi habitabat Hipparchus. Atque illi vale dicto abeunt: ego vero accedens pulſo ianuam. Ac vix quidem & tarde, ſed exaudivit tamen mulier, ac deinde etiam acceſſit. Rogo, intuſne eſſet Hipparchus? illa ait, eſſe; *tu vero*, inquit, *quis es? aut qua de cauſa quaeris? Literas*, inquam, *illi affero a Decriano Patrenſi Sophiſta. Exſpectа*, inquit, *me hic*; clauſaque ianua intro rurſus abit. Et tandem reverſa introire me iubet. Ingreſſus ego ſaluto hominem, & reddo literas. Forte autem coenare inceperat, in anguſto accumbens lectulo: mulier prope ibidem aſſidebat, appoſita erat menſa vacua. Ipſe, inſpectis literis, *Enimvero*, inquit, *cariſſimus mihi & praeſtantiſſimus Graecorum Decrianus bene facit, cum fi-*

πει παρ' ἐμὲ τοὺς ἑταίρους τοὺς ἑαυτοῦ· τὸ δὲ οἰκίδιον τὸ ἐμὸν ὁρᾷς, ὦ Λούκιε, ὡς ἔστι μικρὸν μὲν, ἀλλὰ εὔγναμον τὸν οἰκοῦντα ἐνεγκεῖν· ποιήσεις δὲ αὐτὸ σὺ μεγάλην οἰκίαν, ἀνεξικάκως οἰκήσας. καὶ καλεῖ τὴν παιδίσκην, ὦ Παλαίστρα, δὸς τῷ ἑταίρῳ κοιτῶνα, καὶ θὲς λαβοῦσα, εἴ τι κομίζει σκεῦος, εἶτα πέμπε αὐτὸν εἰς βαλανεῖον, οὐχὶ γὰρ μετρίαν ἐληλύθει ὁδόν. Ταῦτα εἰπόντος, 3
τὸ παιδισκάριον ἡ Παλαίστρα ἄγει με καὶ δείκνυσί μοι κάλλιστον οἰκημάτιον, Καὶ σὺ μὲν, ἔφη, ἐπὶ ταύτης τῆς κλίνης κοιμήσῃ, τῷ δὲ παιδί σου σκιμπόδιον αὐτοῦ παραθήσω, καὶ προσκεφάλαιον ἐπιθήσω. ταῦτα εἰποῦσης ἡμεῖς ἀπήειμεν λουσόμενοι, δόντες αὐτῇ κριθιδίων τιμὴν εἰς τὸν ἵππον· ἡ δὲ πάντα ἔφερε λαβοῦσα εἴσω, καὶ κατέθηκεν. ἡμεῖς δὲ λουσάμενοι, ἀναστρέψαντες, εἴσω εὐθὺς παρήλθομεν, καὶ ὁ Ἱππαρχός με δεξιωσάμενος, ἐκέλευε συνανακλίνεσθαι μετ' αὐτοῦ. τὸ δὲ δεῖπνον οὐ σφόδρα λιτόν· ὁ δὲ οἶνος ἡδὺς καὶ παλαιὸς ἦν. ἐπεὶ δὲ

17 Λιτὸν) Εὐτελές. V.

denter ſuos ad me mittit ſodales. Vides autem domunculam meam, Luci, quam ſit parva illa quidem, ſed ſatis ad ferendum diverſorem idonea: feceris autem tu domum magnam, ſi comiter patienterque diverſeris. Et vocata ancilla, *Palaeſtra*, inquit, *oſtende meo ſodali cubiculum, & ſumtam ibi pone, ſi quam habet, ſarcinulam: tum in balineum illum deduc, venit enim viam non modicam.* Haec ubi dixiſſet, ancillula Palaeſtra ducit me, & pulcherrimum mihi oſtendit cubiculum, ac, *tu quidem*, ait, *hoc in lecto dormies, tuo autem puero grabatulum hic apponam, impoſito etiam cervicali.* Iſta cum dixiſſet, nos lotum abiimus, dato ipſi hordei pretio pro equo. Illa vero omnia intus allata depoſuit. Nos loti, cum rediſſemus, ſtatim intramus. Hic Hipparchus me complexus iubet ſecum accumbere: coena non nimis tenuis, vinum ſuave erat & antiquum.

ἐδεδειπνήκειμεν, ποτὸς ἦν καὶ λόγος, οἷος ἐπὶ δείπνου ξένου, καὶ οὕτω τὴν ἑσπέραν ἐκείνην ποτῷ δόντες ἐκοιμήθημεν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ Ἱππαρχος ἤρετό με, τίς μὲν ἔσται ἡ νῦν μοι ὁδος, καὶ εἰ πάσαις ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ προσμενῶ. Ἀπειμι μὲν, ἔφην, εἰς Λάρισσαν· ἔοικα δὲ
4 ἐνταῦθα διατρίψειν τριῶν ἢ πέντε ἡμερῶν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἦν σκῆψις· ἐπεθύμουν δὲ σφόδρα μείνας ἐνταῦθα ἐξευρεῖν τινα τῶν μαγεύειν ἐπισταμένων γυναικῶν, καὶ θεάσασθαί τι παράδοξον, ἢ πετόμενον ἄνθρωπον, ἢ λιθούμενον. καὶ τῷ ἔρωτι τῆς θέας ταύτης δοὺς ἐμαυτὸν, περιῄειν τὴν πόλιν, ἀπορῶν μὲν τῆς ἀρχῆς τοῦ ζητήματος, ὅμως δὲ περιῄειν. κἀν τούτῳ γυναῖκά τινα ὁρῶ προσιοῦσαν, ἔτι νέαν, εὐπορουμένην, ὅσον ἦν ἐκ τῆς ὁδοῦ συμβαλεῖν· ἱμάτια γὰρ ἀνθινα, καὶ παῖδες συχνοὶ, καὶ χρυσίον περίττον. ὡς δὲ πλησιαίτερον γίγνομαι, προσαγορεύει με ἡ γυνή· καὶ ἀμείβομαι αὐτῇ ὁμοίως· καὶ φη-

7 Σκῆψις) Πρόφασις. V.

Poſt coenam compotatio & ſermones, ut in coena hoſpitali. Et ſic ubi veſperam illam dediſſemus compotationi, cubitum ivimus. Poſtridie interrogat Hipparchus, quorſum porro irem, &, an toto tempore ibi manſurus eſſem? *Abeo*, inquam, *Lariſſam: puto autem hic me manſurum tres aut quinque dies.* Verum illa quidem ſimulatio erat: vehementer autem optabam illic manens invenire aliquam mulierum magicae artis peritarum, & videre miraculum quoddam, aut volantem hominem, aut in lapidem mutatum. Huius me ſpectaculi amori cum dediſſem, circumeo per urbem, unde initium quaerendi facerem laborans: circumeo tamen. Inter haec mulierem video accedere, iuvenem adhuc, beatam, quantum ex *illo per urbem* inceſſu *licebat* colligere. Veſtes enim illi floridae, pueri crebri, aurum multum. Cum vero acceſſiſſem propius, ſalutat me mulier, ego illam viciſſim. Tum, *Ega*, inquit, *Abroea*

σὺν, Ἐγὼ Ἀβροιά εἰμι, εἴ τινα τῆς σῆς μητρὸς φίλην ἀκούεις· καὶ ὑμᾶς δὲ τοὺς ἐξ ἐκείνης γενομένους φιλῶ, ὥσπερ οὓς ἔτεκον αὐτή· τί οὖν οὐχὶ παρ' ἐμοὶ καταλύεις, ὦ τέκνον; Ἀλλὰ σοὶ μὲν, ἔφην, πολλὴ χάρις, αἰδοῦμαι δὲ οὐδὲν ἀνδρὶ φίλῳ ἐγκαλῶν, ἔπειτα φεύγων τὴν ἐκείνου οἰκίαν· ἀλλὰ τῇ γνώμῃ, ὦ φιλτάτη, καταύγομαι παρὰ σοί. Ποῖ δὲ, ἔφη, καὶ καταύγῃ; Παρὰ Ἱππάρχῳ. Τῷ φιλαργύρῳ; ἔφη. Μηδαμῶς, εἶπον, ὦ μῆτερ, τοῦτο εἴπῃς· λαμπρὸς γὰρ καὶ πολυτελὴς γέγονεν εἰς ἐμὲ, ὥστε καὶ ἐγκαλέσαι ἄν τις τῇ τρυφῇ. ἡ δὲ μειδιάσασα, καί με τῆς χειρὸς λαβομένη, ἄγει πορρώτερω καὶ λέγει πρὸς ἐμὲ, Φυλάττου μοι, ἔφη, τὴν Ἱππάρχου γυναῖκα πάσῃ μηχανῇ, μάγος γάρ ἐστι δεινὴ, καὶ μάχλος, καὶ πᾶσι τοῖς νέοις ἐπιβάλλει τὸν ὀφθαλμόν· καὶ εἰ μή τις ὑπακούσει αὐτῇ, τοῦτον τῇ τέχνῃ ἀμύνεται, καὶ πολλοὺς μετεμόρφωσεν εἰς ζῶα, τοὺς δὲ τέλεον ἀπώλεσε, σὺ δὲ καὶ νέος εἶ, τέκνον, καὶ καλὸς,

11 Ἄγει ἀπωτέρω) Græi. πορρωτέρω. G.

ſum, ſi quam matris tuae amicam ſic vocari audis: & vos ex illa natos non minus amo, quam quos ipſa peperi. Quid igitur non apud me diverſaris, fili? Ego, *Benigne*, inquam: *ſed vereor, cum nihil habeam, quod accuſem amicum, illius domo fugere. Verum animo quidem, cariſſima, apud te commoror. Ubi vero*, inquit, *diverſaris? Apud Hipparchum. Avarum illum?* inquit. *Minime vero*, inquam, *Mater, hoc dixeris. Splendidus enim & ſumtuoſus in me quidem fuit; adeo quidem, ut luxum illius accuſare aliquis facilius poſſit.* At illa ſubridens, & manu me prehenſum ſeducens, *cave mihi*, inquit, *omni ope Hipparchi uxorem. Maga enim eſt peſſima, & laſciva, quae ad iuvenes omnes oculum adiiciat. Et ſi quis illi non obſequatur, illum arte ſua ulciſcitur, & multos mutavit in animalia: alios autem funditus perdidit. Tu vero & adoleſcens es, fili, & pulcher,*

ὥστε εὐθὺς ἀρέσαι γυναικί· καὶ ξένος, πρᾶγμα εὐκα-
5 ταφρόνητον. Ἐγὼ δὲ πυθόμενος, ὅτι τὰ πάλαι μοι ζη-
τούμενον οἴκοι παρ' ἐμοὶ κάθηται, προσεῖχον αὐτῇ οὐδὲν
ἔτι. ὡς δέ ποτε ἀφείθην, ἀπῄειν οἴκαδε, λαλῶν πρὸς
ἐμαυτὸν ἐν τῇ ὁδῷ, ἄγε δὴ σὺ ὁ φάσκων ἐπιθυμεῖν ταύ-
της τῆς παραδόξου θέας, ἔγειρέ μοι σεαυτόν, καὶ τέχνην
εὕρισκε σοφὴν, ᾗ τεύξῃ τούτων, ὧν ἐρᾷς, καὶ ἐπὶ τὴν
θεράπαιναν τὴν Παλαίστραν ἤδη ἀποδύου· τῆς γὰρ γυ-
ναικὸς τοῦ ξένου καὶ φίλου πόρρω ἵστασο· καπὶ ταύτης
κυλιόμενος, καὶ γυμναζόμενος, καὶ ταύτῃ συμπλεκό-
μενος, εὖ ἴσθι ὡς ῥᾳδίως γνώσῃ. δοῦλοι γὰρ τὰ δεσπο-
τῶν ἐπίστανται καὶ καλὰ καὶ αἰσχρά. ταῦτα λέγων
πρὸς ἐμαυτὸν εἰσῄειν οἴκαδε. τὸν μὲν οὖν Ἱππαρχον οὐ
κατέλαβον ἐν τῇ οἰκίᾳ, οὐδὲ τὴν ἐκείνου γυναῖκα· ἡ δὲ
Παλαίστρα τῇ ἑστίᾳ παρήδρευε, δεῖπνον ἡμῖν εὐτρεπί-
6 ζουσα. Κἀγὼ εὐθὺς ἔνθεν ἀρξάμενος, Ὡς εὐρύθμως,
ἔφην, ὦ καλὴ Παλαίστρα, τὴν πυγὴν τῇ χύτρᾳ ὁμοῦ

ut ſtatim placiturus ſis mulieri; & hoſpes, res, quam nemo curet magno opere. At ego, audito, domi mihi ſedere, quod olim quaererem, nihil amplius ad eam attendi. Dimiſſus tandem domum dum abeo, haec apud me in via agito. Age ſane tu, qui cupidum te eſſe ais admirabilis huius ſpectaculi, te mihi excita, & ſapiens quoddam inventum comminiſcere, quo ea, quorum amore ardes, conſequaris: atque in ancillam Palaeſtram iam accingere, (ab uxore enim hoſpitis & amici longe te remove) atque in hac te volutans atque exercens, huius in amplexibus, noris facile diſcere te poſſe. Servi enim dominorum & honeſta ſciunt & turpia. Haec mecum agitans domum intro: ac Hipparchum domi non invenio, neque illius uxorem. Palaeſtra autem circa focum verſabatur, parans nobis coenam. Atque ego ſtatim inde initium ſermonis faciens, *Quam concinne*, inquam, *pulchra Palae-*

συμπεριφέρεις καὶ κλίνεις. ἡ δὲ ὀσφὺς ἡμῖν ὑγρῶς ἐπικινεῖται, μακάριος ὅστις ἐνταῦθα ἐνεβάψατο. ἡ δὲ, σφόδρα γὰρ ἦν ἰταμὸν καὶ χαρίτων μεστὸν τὸ κοράσιον, Φεύγοις ἂν, εἶπεν, ὦ νεανίσκε, εἴγε νοῦν ἔχοις, καὶ ζῆν ἐθέλοις, ὡς πολλοῦ πυρὸς καὶ κνίσσης μεστά. ἢν γὰρ αὐτοῦ μόνον ἅψῃ, τραῦμα ἔχων πυρίκαυτον αὐτοῦ μοι παρεδρεύεις, θεραπεύσαι δέ σε οὐδεὶς ἄλλος, οὐδὲ θεὸς ἰατρός, ἀλλὰ καταναύσασά σε μόνη ἐγὼ, καὶ τὸ παραδοξότατον, ἐγὼ μέν σε ποιήσω πλέον πονεῖν, καὶ τῆς ἀπὸ τῆς θεραπείας ὀδύνης ἀρδόμενος ἀεὶ ἀνέξῃ, καὶ οὐδὲ λίθοις βαλλόμενος τὴν γλυκεῖαν ὀδύνην φεύξῃ. τί γελᾷς; ἀκριβῆ βλέπεις ἀνθρωπομάγειρον. οὐ γὰρ μόνα ταῦτα φαῦλα ἐδώδιμα κατασκευάζω, ἀλλ' ἤδη τὸ μέγα τοῦτο καὶ καλὸν, τὸν ἄνθρωπον, οἶδα ἔγωγε καὶ σφάττειν, καὶ δέρειν, καὶ κατακόπτειν, ἥδιστα δὲ τῶν σπλάγχνων αὐτῶν καὶ τῆς καρδίας ἅπτομαι. Τοῦτο μὲν ὀρθῶς, ἔφην, λέγεις· καὶ γὰρ ἐμὲ πόρρωθεν, καὶ μηδὲ ἐγγὺς

3 Ἰταμὸν) Ἀναιδὲς, σκληρὸν, ὠμὸν, παρὰ τὸ ἴεσθαι, ὅ ἐστιν ὁρμᾶν. τοιοῦτοι γὰρ καὶ ἀναιδεῖς. V.

ſtra, cum ollula iſta nates circumtorques, & flectis? Etiam nobis lubrica titillatione moventur lumbi. Felix, cui hic intingere contigerit. At illa, ut erat dicacula & venuſta puella, *Quin tu iſtæ fugis,* inquit, *adoleſcens, ſi mentem habes & cupis vivere, ut multo igni & fumo plena. Si enim vel ſemel attigeris iſtuc, vulnus ex aduſtione natlus hic mihi deſidebis, neque alius quiſquam te, ne quidem Deus ille medicus, ſanaverit; ſed ſola ego, quae aduſſero: & quod maxime admirabile, augebo etiam morbum tuum, tuque dolore ex curatione perfuſus ſemper ſuſtinebis; neque, ſi quis te lapidibus abigat, dulcem illum dolorem fugeris. Quid rides? veram vides hominum coquam. Nec enim ſola illa vilia edulia paro, ſed etiam magnum illud & pulchrum, hominem, novi ego & iugulare, & glubere, & concidere: lubentiſſime autem ipſa viſcera, & eor adeo aggredior. Recte ſane,* inquam, *iſtuc dicis. Nam me*

ὄντα, οὐ καταικούματι, μὰ Δί', ἀλλὰ ὅλῳ ἐμπρησμῷ ἐπέβηκας, καὶ διὰ τῶν ὀμμάτων τῶν ἐμῶν, τὸ σὸν μὴ φαινόμενον πῦρ κάτω ἐς τὰ σπλάγχνα τἀμὰ ῥίψασα, φρύγεις, καὶ ταῦτα, οὐδὲν ἀδικοῦντα. ὥστε πρὸς θεῶν, ἴασαί με ταύταις, αἷς λέγεις αὐτὴ, ταῖς πικραῖς καὶ ἡδείαις θεραπείαις· καί με ἤδη ἀπεσφαγμένον λαβοῦσα θεῖρε, ὅπως ἂν αὐτὴ ἐθέλῃς. ἡ δὲ μέγα καὶ ἥδιστον ἐκ τούτου ἀναναγχάσασα, ἐμὴ τὸ λοιπὸν ἦν, καὶ συνέκειτο ἡμῖν, ὅπως, ἐπειδὰν κατακοιμήσῃ τοὺς δεσπότας, ἔλθῃ εἴσω παρ' ἐμὲ, καὶ καθευδήσῃ. Καὶ ἐπειδὴ ἀφίκετό ποτε ὁ Ἱππάρχος, λουσάμενοι ἐδειπνοῦμεν, καὶ ποτὸς ἦν συχνὸς ἡμῶν ὁμιλούντων. εἶτα ὕπνου καταψευσάμενος ἀνίσταμαι, καὶ ἔργῳ ἀπῄειν ἔνθα ᾤκουν. πάντα δὲ τὰ ἔνδον εὖ παρεσκεύαστο. τῷ μὲν παιδὶ ἔξω ὑπέστρωτο. τράπεζα δὲ τῇ κλίνῃ παρειστήκει, ποτήριον ἔχουσα· καὶ οἶνος αὐτοῦ παρέκειτο, καὶ ὕδωρ ἕτοιμον, καὶ ψυχρὸν, καὶ θερμόν. πᾶσα δὲ ἦν αὕτη τῆς Παλαίστρας παρα-

quidem e longinquo, qui ne quidem prope acceſſerim, non adu-ſiſti per Iovem, ſed in totum conieciſti incendium: & per oculos meos tuo illo non apparente igniculo, intus in ipſa mea viſcera conecto, me torres, idque cum nulla te iniuria affecerim. Itaque, per Deos, ſana me amaris illis, quas modo dicebas ipſa, & ſuavibus curationibus; meque iam iugulatum cape, & glube, ut volueris. Illa vero in magnum ſuaviſſimumque cachinnum effuſa, de cetero mea fuit: convenitque inter nos, ut, cum cubitum redditis heris miniſtraſſet, intus ad me veniret, & mecum cubaret. Venit tandem Hipparchus, loti coenamus, crebreſcunt inter ſermones pocula: deinde ſomnum fingens ſurgo, abeo, ubi commorabar: omnia hic pulchre parata erant; puero ſtratum extra *ianuam* erat, menſula cum poculo adſtabat lecto: vinum ibidem appoſitum, & aqua parata, frigida pariter & calida: omnis ille Palaeſtrae appa-

σκευή. τῶν δὲ στρωμάτων ῥόδα πολλὰ κατεπέπαστο, τὰ μὲν οὕτω γυμνὰ καθ' αὑτὰ, τὰ δὲ λελυμένα, τὰ δὲ στεφάνοις συμπεπλεγμένα. κἀγὼ τὸ συμπόσιον εὑρὼν ἕτοιμον, ἔμενον τὸν συμπότην. Ἡ δὲ ἐπειδὴ κατέκλινε 8
τὴν δέσποιναν, σπουδῇ παρ' ἐμὲ ἦκε. καὶ ἦν εὐφροσύνη ἡμῶν τὸν οἶνον καὶ τὰ φιλήματα προπινόντων ἀλλήλοις. ὡς δὲ τῷ ποτῷ παρεσκευάσαμεν ἑαυτοὺς εὖ πρὸς τὴν νύκτα, λέγει πρός με ἡ Παλαίστρα· Τοῦτο μὲν πάντως δεῖ σε μνημονεύειν, ὦ νεανίσκε, ὅτι εἰς Παλαίστραν ἐμπέπτωκας, καὶ χρή σε νῦν ἐπιδείξαι εἰ γέγονας ἐν τοῖς ἐφήβοις γοργὸς, καὶ παλαίσματα πολλὰ ἔμαθές ποτε. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἴδοις, ἔφην, φεύγοντά με τὸν ἔλεγχον τούτων· ὥστε ἀπόδυσαι, καὶ ἤδη παλαίωμεν. ἡ δὲ, Οὕτως, ἔφη, ὡς ἐγὼ θέλω, παράσχου μοι τὴν ἐπίδειξιν, ἐγὼ μὲν νόμῳ διδασκάλου καὶ ἐπιστάτου τὰ ὀνόματα τῶν παλαισμάτων, ὧν ἐθέλω, εὑροῦσα ἐρῶ. σὺ δὲ ἕτοιμος γίγνου ἐς τὸ ὑπακούειν, καὶ ποιεῖν πᾶν τὸ κελευό-

11 Γοργὸς) Φοβερός. V.

ratus erat. Stragula veſtis roſis ſparſa plurimis, aliis quidem, ut per ſe ſunt, nudis, aliis concerptis, aliis denique in corollas plexis. Et ego, qui paratam ſic compotationem inveniſſem, compotorem iam meum exſpectabam. Atque illa cum cubitum eunti miniſtraſſet herae, ſtatim ad me venit: delectamurque vinum & oſcula propinantes invicem: cum autem potu nos ad noctem armaſſemus, ait ad me Palaeſtra: *Hoc quidem omnino meminiſſe te oportet, adoleſcens, te in Palaeſtram incidiſſe: oſtendendum tibi iam eſt, fuerisne acer inter ephebos, & luctae genera multa didiceris. Tu vero*, inquam, *non videbis me refugere examen harum rerum: itaque exue te, iam luctemur.* Illa, *Sic*, inquit, *ut ego iubeo, probationem mihi exhibe. Ego quidem more magiſtri & praefidis, nomina numerorum, quos volo, inveniam atque dicam. Tu vero paratus eſto ad obe-*

μενον. Ἀλλ' ἐπίταττε, ἔφην, καὶ σκόπει, ὅπως εὐχε-
9 ρῶς καὶ ὑγρῶς τὰ παλαίσματα, καὶ εὐτόνως ἔσται. Ἡ
δὲ ἀποδυσαμένη τὴν ἐσθῆτα, καὶ στᾶσα ὅλη γυμνὴ ἔν-
θεν ἤρξατο ἐπιτάττειν, Ὦ μειράκιον, ἔκδυσαι, καὶ ἀλει-
ψάμενος ἔνθεν ἐκ τοῦ μύρου, συμπλέκου τῷ ἀνταγωνι-
στῇ, δύο μηρῶν σπάσας, κλίνου ὑπτίαν, ἔπειτα ἀνώτερος
ὑποβάλλων διὰ μηρῶν, καὶ διαστείλας, αἰώρει, καὶ τεῖ-
νε ἄνω τὰ σκέλη, καὶ χαλάσας, καὶ στήσας, κολλῶ αὐ-
τῷ, καὶ παρεισελθὼν βάλε, καὶ τρώσας νύσσε ἤδη παν-
ταχοῦ, ἕως πονέσῃ, καὶ ἡ ἀσφὺς ἰσχνέτω, εἶτα ἐξελ-
κύσας κατὰ πλάτους διὰ βουβῶνος, δῆξον, καὶ πάλιν
συνώθει εἰς τὸν τοῖχον, εἶτα τύπτε· ἐπειδὰν δὲ χάλασμα
ἴδῃς, τότ' ἤδη ἐπιβάς, ἄμμα κατ' ἰξύος δήσας, σύν-
εχε, καὶ πειρῶ μὴ ἀπεύδειν, ἀλλ' ὀλίγον διακαρτερή-
10 σας, σύντρεχε, ἤδη ἀπολάλυσαι. Κἀγὼ ἐπειδὴ ῥᾳδίως
πάντα ὑπήκουσα, καὶ εἰς τέλος ἡμῖν ἔληξε τὰ παλαί-
σματα, καὶ λέγω πρὸς τὴν Παλαίστραν, ἅμα ἐπιγε-

diendum, & imperata omnia faciendum. Quin tu impera, inquam, *& vide, quam dextre, quam mobiliter, quam contente fiant omnia.* Ipsa ergo, exutis vestimentis, nuda tota adstans imperare hinc incepit, *Adolescentule, exue te, & ubi de isto te unguento unxeris, adversarium complectere. Femur stringens utrumque supinam reclina: tum superior ipse subiiciens te inter femora, eaque distinens, tolle & sursum tende crura: tum demittens atque insistens, illi inhaere; ac subiens, feri, iamque vulneratum fode iam undique, donec defatigeris: robusti sint etiam lumbi: tum extractum telum secundum latitudinem per ipsum inguen adige: & rursus ad parietem impelle: deinde percute. Ubi vero laxum quid videris, tunc iam insecundens, & circa lumbos constringens, contine, & tenta non festinare; sed paulum ubi te continueris, tum concurre. Iam dimissus es.* Atque ego cum facile in omnibus obsecutus essem, & denique finiti nobis essent numeri, ipse quo-

λάσας, Ὦ διδάσκαλε, ὁρᾷς ὅπως εὐχερῶς καὶ εὐηκόως πεπάλαισταί μοι, σκόπει δὲ, μὴ οὐκ ἐν κόσμῳ τὰ παλαίσματα ὑποβάλλῃς, ἄλλα γὰρ ἐξ ἄλλων ἐπιτάττεις. ἡ δὲ ἐπὶ κόρρης πλήξασά με, Ὡς φλύαρον, ἔφη, παρέλαβον τὸν μαθητήν· σκόπει οὖν μὴ πληγὰς ἔτι πλείω λάβῃς, ἄλλα καὶ οὐ τὰ ἐπιταττόμενα παλαίων. καὶ ταῦτ' εἰποῦσα, ἐπανίσταται, καὶ θεραπεύσασα ἑαυτὴν, Νῦν, ἔφη, δείξεις, εἴπερ νέος εἶ, καὶ εὔτονος παλαιστὴς, καὶ εἰ ἐπίστασαι παλαίειν, καὶ ποιεῖν τὰ ἀπὸ γονατίου. καὶ πεσοῦσα ἐπὶ τοῦ λέχους ἐς γόνυ, ἄγε δὴ σὺ ὁ παλαιστὴς, ἔχεις τὰ μέσα, ὥστε τινάξας ὀξεῖαν, ἐπίπρωσον, καὶ βάδυνον, ψιλὸν ὁρᾷς αὐτοῦ παρακείμενον, τούτῳ χρῆσαι, πρῶτον δὲ, κατὰ λόγον, ὡς ἄμμα σφίγγε, εἶτα ἀνακλάσας ἔμβαλλε, καὶ σύνεχε, καὶ μὴ δίδου διάστημα. ἐὰν δὲ χαλᾶται, θᾶττον ἐπάρας ἀνώτερον μετάβες, καὶ προύσας κρύψον, καὶ σκόπει ὅπως μὴ ἀναστάσῃς θᾶττον, ἢ κελευσθεὶς, ἀλλὰ δὴ

4 Ἐπὶ κόρρης) Παρείας. V. 13 Ἄμμα) Δέσμα. V.

que ridens dico Palaeſtrae, *Vides, Magiſter, quam dextre & obſequioſe mihi pugnatum ſit. Vide vero, ne praeter decus numeros ſubiicias: alia enim poſt alia iniungis.* Illa vero alapam mihi infligens, *Quam nugacem*, inquit, *recepi tironem. Vide ergo, ne plures etiam plagas accipias, ſi alios, nec eos, qui iuncti tibi erunt, numeros lucteris.* Hiſque dictis ſurgit, & curato corpore, *Iam*, inquit, *oſtendes, utrum iuvenis ſis, & nervoſus luctator, luctarine ſcias, & geniculatum opus edere:* atque in lecto concidens in genu, *Age ſane*, ait, *luctator, habes media. Quatiens ergo acutam, protrude intro & profunde. Nudum vides hic expoſitumque iacere, hoc utere: primo autem, ut ratio poſtulat, velut nodum ſtringe: deinde reflexum impelle & contine, & cave concedas intervallum: ſi vero laxetur, celerius inſtans transfer altius, & impulſum occulta: & cave, ne celerius imperato re-*

κυρτώσας πολὺ αὐτὸν, ὕφελε, καὶ ὑποβαλὼν κάτω αὖθις τὴν παρεμβολὴν, σύνεχε, καὶ κίνου, εἶτα ἄφες αὐτὸν, πέπτωκε γὰρ, καὶ λέλυται, καὶ ὕδωρ ὅλος ἔστι σοι ὁ ἀνταγωνιστής. ἐγὼ δὲ, ἤδη μέγα ἀναγελῶν, Ἐθέλω, ἔφην, καὶ αὐτὸς, ὦ διδάσκαλε, παλαίσματα ὁλίγ' ἅττα ἐπιτάξαι, σὺ δὲ ὑπάκουσον ἐπαναστᾶσα, καὶ κάθησον, εἶτα δοῦσα κατὰ χειρὸς, πάραιψαι τὸ λοιπὸν, καὶ καταμάττου, καί με, πρὸς τοῦ Ἡρακλέους, περιλαβοῦσα ἤδη κοίμισον. Ἐν τοιαύταις ἡδοναῖς καὶ παιδιαῖς παλαισμάτων, ἀγωνιζόμενοι νυκτερινοὺς ἀγῶνας ἐστεφανούμεθα, καὶ ἦν πολλὴ μὲν ἐν τούτῳ τρυφὴ· ὥστε τῆς εἰς τὴν Λάρισσαν ὁδοῦ παντάπασιν ἐπιλελήσμην. καί ποτε ἐπὶ νοῦν μοι ἦλθεν τὸ μαθεῖν ὧν ἕνεκα ἤθλουν, καὶ φημὶ πρὸς αὐτὴν, Ὦ φιλτάτη, δεῖξόν μοι μαγγανεύουσαν, ἢ μεταμορφουμένην τὴν δέσποιναν· πάλαι γὰρ τῆς παραδόξου ταύτης θέας ἐπιθυμῶ, μᾶλλον εἴ τι σὺ οἶδας, αὐτὴ μαγγάνευσον, ὥστε φανῆναί μοι

7 Πάραιψαι) Γραι. παραχύψαι. G.

trahas: ſed multum incurvans illum, ſubtrahe; ac infra rurſus irruptionem ſubiiciens contine, teque move. Deinde illum dimitte. Cecidit enim & ſolutus eſt, & aqua totus eſt tuus adverſarius. Ego vero, clarum iam ridens, *Volo,* inquam, *ipſe quoque, Magiſter, numeros paucos quoſdam imperare: tu vero obedi, ſurge, & aſſide, deinde manu praebens, tracta ceterum, & ſubige, & me, per Herculem, complexa, iam ſopi.* Eiuſmodi libidinibus, & ludicris colluctationibus, nocturna certantes certamina, coronabamus nos invicem: tantaque erat hac in re voluptas, ut itineris Lariſſam omnino obliviſcerer. Ac tandem in mentem mihi venit illud etiam diſcere, cuius rei cauſa veneram. Et dico ad illam, *Oſtende mihi, cariſſima, praeſtigias facientem aut transformantem ſe heram tuam: olim enim cupidus ſum admirabilis ſpectaculi. Potius, ſi quid tu noſti, ipſa fac*

ἄλλην ἐξ ἄλλης ὄψιν. οἶμαι δὲ καὶ σὲ οὐκ ἀπείρως τῆσδε τῆς τέχνης ἔχειν· τοῦτο δὲ οὐ παρ' ἑτέρου μαθών, ἀλλὰ παρὰ τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς λαβών, οἶδα. ἐπεί με τὸν πάλαι ἀδαμάντινον, ὡς ἔλεγον αἱ γυναῖκες, ἐς μηδεμίαν γυναῖκα τὰ ὄμματα ταῦτα ἐρωτικῶς ποτε ἐκτείναντα, συλλαβοῦσα τῇ τέχνῃ ταύτῃ, αἰχμάλωτον ἔχεις, ἐρωτικῷ πολέμῳ ψυχαγωγοῦσα. ἡ δὲ Παλαίστρα, Παύσαι, φησί, προσπαίζων. τίς γὰρ ὠδὴ δύναται μαγεῦσαι τὸν ἔρωτα, ὄντα τῆς τέχνης κύριον; ἐγὼ δέ, ὦ φίλτατε, τούτων μὲν οἶδα οὐδέν, μὰ τὴν κεφαλὴν τὴν σὴν, καὶ τήνδε τὴν μακαρίαν εὐνὴν, οὐδὲ γὰρ γράμματα ἔμαθον, καὶ ἡ δέσποινα βάσκανος οὖσα τυγχάνει εἰς τὴν αὐτῆς τέχνην· εἰ δέ μοι καιρὸς ἐπιτρέψει, πειράσομαι παρασχεῖν σοι εἰδεῖν μεταμορφουμένην τὴν κεκτημένην. καὶ τότε μὲν ἐπὶ τούτοις ἐκοιμήθημεν. Ἡμέραις 12'
δὲ ὕστερον οὐ πολλαῖς, ἀγγέλλει πρός με ἡ Παλαίστρα, ὡς ἡ δέσποινα αὐτῆς μέλλει ὄρνις γενομένη πέτε-

praestigias, ut appareat mihi alia ex alia species. Puto enim, te nec imperitam huius artis esse: idque non ab alio auditum, sed a meo acceptum animo scio: quandoquidem me adamantinum illum quondam, uti mulieres dicebant, quique in nullam unquam mulierem oculos hosce amatorie intenderim, comprehensum illa arte tua captivum tibi habes, in amatorio illo bello anima tibi ipsa devinctum. At Palaestra, *Desine*, inquit, *iocari. Quod enim carmen conciliare amorem possit, artis ipsius dominum? Ego vero, dulcissime, horum nihil quidquam novi, caput tuum iuro, & felicem hunc nostrum lectulum: neque enim literas didici, & invida hera est, quantum ad illam suam artem. Si vero tempus tulerit, studebo, an praebere tibi possim videndam, dum transformatur, dominam.* Ac tum quidem in hisce acquievimus. Diebus vero non multis post defert ad me Palaestra, velle dominam suam,

σθαι πρὸς τὸν ἐρώμενον. κἀγώ, Νῦν, ἔφην, ὁ καιρὸς, ὦ Παλαίστρα, τῆς εἰς ἐμὲ χάριτος, ἣ νῦν ἔχεις τὸν σαυτῆς ἱκέτην ἀναπαῦσαι πολυχρονίου ἐπιθυμίας. Θάρρει, ἔφη· καὶ πειθὴ ἐσπέρα ἦν, ἄγει με λαβοῦσα πρὸς τὴν θύραν τοῦ δωματίου, ἔνθα ἐκεῖνοι ἐκάθευδον· καὶ κελεύει με προσάγειν ὀπῇ τινι τῆς θύρας λεπτῇ, καὶ ἀποσκοπεῖν τὰ γιγνόμενα. ὁρῶ οὖν τὴν μὲν γυναῖκα ἀποδυομένην, εἶτα γυμνὴ τῷ λύχνῳ προσελθοῦσα, καὶ χόνδρους δύο λαβοῦσα, τὸν μὲν λιβανωτὸν τῷ πυρὶ τοῦ λύχνου ἐπέθηκε, καὶ στᾶσα πολλὰ τοῦ λύχνου κατελάλησεν· εἶτα κιβώτιον ἀδρὸν ἀνοίξασα, πάνυ πολλὰς ἔχον πυξίδας ἐν αὐτῷ, ἔνθεν ἀναιρεῖται καὶ προσφέρει μίαν· ἡ δὲ εἶχεν ἐμβεβλημένον, ὅ, τι μὲν οὐκ οἶδα, τῆς δὲ ὄψεως αὐτῆς ἕνεκα ἔλαιον αὐτὸ ἐδόκουν εἶναι. ἐκ τούτου λαβοῦσα χρίεται ὅλη, ἀπὸ τῶν ὀνύχων ἀρξαμένη τῶν κάτω, καὶ ἄφνω πτερὰ ἐκφύεται αὐτῇ, καὶ ἡ ῥὶν κερατίνη καὶ

11 Αὐρὰν) Πολὺ, μέγα, δαψιλὲς, πλούσιον. V.

sumta avis specie, volare ad amasium. Et ego, *Tempus iam est*, inquam, *Palaestra, tui in me beneficii, quo nunc potes tui supplicis longam cupiditatem sedare. Bono*, inquit, *animo esto*; &, cum vesperа esset, prehensum ducit me ad ianuam cubiculi, ubi illi quiescebant, iubetque applicare oculos rimae in ianua tenui, & quae fierent speculari. Video igitur exuere se mulierem. Tum nuda ad lucernam accedens, grana duo turis in ignem lucernae imponit, stansque multa ad lucernam loquitur. Tum grandiuscula cistella aperta, quae pyxides plurimas haberet, aufert inde promitque unam, quae haberet infusum aliquid: quid fuerit non novi, quantum ad speciem ipsam quidem, oleum esse putabam. De hoc igitur sumens tota se inungit, ab unguibus incipiens inferioribus, & subito pennae illi enascuntur, & nasus corneus fit atque aduncus: verum & reliqua, quae-

γυπτὴ ἐγένετο, καὶ ἄλλα δὲ ὅσα ὀρνίθων κτήματα καὶ σύμβολα πάντα εἶχε· καὶ ἦν ἄλλο οὐδὲν ἡ κόραξ νυκτερινός. ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἑαυτὴν ἐπτερωμένην, κρώξασα δεινὸν, καὶ οἷον ἐκεῖνο οἱ κόρακες, ἀναστᾶσα ᾤχετο πετομένη ἔξω διὰ τῆς θυρίδος. Ἐγὼ δὲ ὄναρ ἐκεῖνο οἰόμενος ὁρᾶν, τοῖς δακτύλοις τῶν ἐμαυτοῦ βλεφάρων ἥπτομην, οὐ πιστεύων τοῖς ἐμαυτοῦ ὀφθαλμοῖς, οὔθ' ὅτι βλέπουσιν, οὔθ' ὅτι ἐγρηγόρασιν. ὡς δὲ μόλις καὶ βραδέως ἐπείσθην ὅτι μὴ καθεύδω, ἐδεόμην τότε τῆς Παλαίστρας πτερῶσαι καὶμὲ, καὶ χρίσασαν ἐξ ἐκείνου τοῦ φαρμάκου ἐᾶσαι πέτεσθαί με. ἐβουλόμην γὰρ πεῖρα μαθεῖν, εἰ μεταμορφωθεὶς ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, εἶτα καὶ τὴν ψυχὴν ὄρνις ἔσομαι. ἡ δὲ τὸ δωμάτιον ὑπανοίξασα, κομίζει τὴν πυξίδα· ἐγὼ δὲ σπεύδων ἤδη, ἀποδύσας, χρίω ὅλον ἐμαυτόν· καὶ ὄρνις μὲν οὐ γίγνομαι ὁ δυστυχής· ἀλλά μοι οὐρὰ ὄπισθεν ἐξῆλθε, καὶ οἱ δάκτυλοι πάντες ᾤχοντο, οὐκ οἶδ' ὅπου, ὄνυχας δὲ τοὺς πάντας τέσσαρας εἶχον, 13

cunque avium propria & ſigna ſunt, habet omnia, neque quidquam eſt aliud, quam corvus nocturnus. Cum autem pennaram ſe videret, terribile quiddam crocitans, & ſicut illi corvi, tollens ſe per feneſtram evolat. Ego vero, qui ſomnium illud me videre putarem, palpebras ipſe meas contingo digitis, qui oculis ipſe meis non crederem, vel videre eos vel vigilare. Cum autem vix tandem ac tarde mihi perſuaſiſſem me non dormire, rogavi tum Palaeſtram, ut pennas etiam mihi adderet, & ex illo unguento unctum volare me ſineret. Volebam enim experimento diſcere, utrum transformatus ex homine, deinde etiam quantum ad animam avis futurus eſſem. Atque illa, aperto clam cubiculo, affert pyxidem. Et ego urgens opus, exutus totum me ungo, & avis quidem miſer non fio, ſed cauda mihi de poſtico exit, & digiti omnes, neſcio quo, abeunt, un-

καὶ τούτους οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὁπλὰς, καί μοι αἱ χεῖρες, καὶ οἱ πόδες, κτήνους πόδες ἐγένοντο, καὶ τὰ ὦτα δὲ μακρά· καὶ τὸ πρόσωπον μέγα. ἐπεὶ δὲ κύκλῳ περιεσκόπουν, ἑαυτὸν ἑώρων ὄνον, Φωνὴν δὲ ἀνθρώπου ἐς τὸ μέμψασθαι τὴν Παλαίστραν, οὐκέτι εἶχον. τὸ δὲ χεῖλος ἐκτείνας κάτω, καὶ αὐτῷ δὴ τῷ σχήματι ὡς ὄνος ὑποβλέπων, ἠτιώμην αὐτὴν, ὅση δύναμις, ὄνος ἀντὶ ὄρνιθος γενόμενος. Ἡ δὲ ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τυψαμένη τὸ πρόσωπον, Τάλαινα, εἶπεν, ἐγὼ, μέγα εἰργασμαι κακόν· σπεύσασα γὰρ ἥμαρτον ἐν τῇ ὁμοιότητι τῶν πυξίδων, καὶ ἄλλην ἔλαβον οὐχὶ τὴν τὰ πτερὰ φύουσαν. ἀλλὰ θάρρει μοι, ὦ φίλτατε· ῥᾴων γὰρ ἡ τούτου θεραπεία. ῥόδα γὰρ μόνον εἰ φάγοις, ἀποδύσῃ μὲν αὐτίκα τὸ κτῆνος, τὸν δὲ ἐραστήν μοι τὸν ἐμὸν αὖθις ἀποδώσεις· ἀλλά μοι, φίλτατε, μίαν νύκτα ταύτην ὑπόμεινον ἐν τῷ ὄνῳ· ὄρθρου δὲ θραμοῦσα οἴσω σοι ῥόδα, καὶ φαγὼν ἰαθήσῃ. ταῦτα εἰ-

14

gues autem univerſos non niſi quatuor habeo, eoſque nihil aliud quam ungulas; manuſque mihi ac pedes iumenti pedes fiunt, & aures longae, & facies magna; ac circumcirca me adſpiciens, aſinum me eſſe video, vocem autem hominis ad conquerendum cum Palaeſtra non amplius habeo. Interim labio deorſum protenſo, & ipſo quoque habitu, ut aſinus, vultu deiecto, illam accuſabam, quod aſinus pro volucri factus eſſem. At illa ambabus manibus faciem ſuam percutiens, *Miſera ego*, inquit, *magnum feci malum: prae feſtinatione enim in pyxidum ſimilitudine peccavi, & aliam arripui, non eam, quae pennas producit. Sed bono es animo, dulciſſime: facilis enim horum medicina. Si enim roſas modo comederis, exues e veſtigio iumentum, amatoremque mihi meum reddes. Sed tu mihi, cariſſime, unicam modo hanc noctem perdura in aſino: ſummo mane curriculo tibi roſas afferam, quibus come-*

πέ καταψήσασά μοι τὰ ὦτα, καὶ τὸ λοιπὸν δέρμα. Ἐγὼ δὲ τὰ μὲν ἄλλα ὄνος ἦμην, τὰς δὲ φρένας καὶ τὸν 15
νοῦν ἄνθρωπος ἐκεῖνος ὁ Λούκιος, δίχα τῆς φωνῆς. πολλὰ οὖν κατ' ἐμαυτὸν μέμψαμενος τὴν Παλαίστραν ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ, δακὼν τὸ χεῖλος, ἀπῆειν, ἔνθα ἠπιστάμην ἑστῶτα τὸν ἐμαυτοῦ ἵππον, καὶ ἄλλον ἀληθινὸν ὄνον τοῦ Ἱππάρχου. οἱ δὲ αἰσθόμενοί με εἴσω παριόντα, δείσαντες μὴ τοῦ χόρτου αὐτοῖς κοινωνὸς ἐπεισέρχομαι, τὰ ὦτα κατακλίναντες, ἕτοιμοι ἦσαν τοῖς ποσὶν ἀμύνειν τῇ γαστρί· κἀγὼ συνεὶς, πορρωτέρω ποι τῆς φάτνης ὑποχωρήσας, ἑστὼς ἐγέλων, ὁ δέ μοι γέλως ὀγκηθμὸς ἦν. ταῦτα γὰρ ἐνενόουν πρὸς ἐμαυτὸν, ὦ τῆς ἀκαίρου ταύτης περιεργίας. τί δὲ εἰ λύκος παρεισέλθοι, ἢ ἄλλο τι θηρίον; κινδυνεύεταί μοι μηδὲν κακὸν πεποιηκότι, διαφθαρῆναι. ταῦτα ἐνοῶν ἠγνόουν ὁ δυστυχὴς τὸ μέλλον κακόν. Ἐπεὶ 16
γὰρ ἦν ἤδη νὺξ βαθεῖα, καὶ σιωπὴ πολλὴ, καὶ ὕπνος ὁ

1 Καταψήσασα.) Καταπραΰνουσα. Γραι. καταψηλαφήσασα. V.

fis ſanabere. Haec dum dicit, aures mihi & reliquam cutem demulcet. At ego quantum ad reliqua eram aſinus, mentem vero atque animum homo, ille Lucius, voce excepta. Multum igitur intra me Palaeſtram accuſans illius peccati cauſa, labra mordens illuc abeo, ubi ſtare equum meum noveram, & alium verum aſinum Hipparchi. Hi ſentientes me intrare, ac metuentes, ne de foeno illorum partem ablaturus adveniſſem, demiſſis auribus parati erant pedibus ventrem ulciſci. Quo ego animadverſo, longius a praeſepi recedens ac ſtans ridebam: ruditus vero erat riſus meus. Haec enim apud me cogitabam, Vah intempeſtivam curioſitatem! Quid vero ſi lupus huc intraret, aut alia beſtia? in periculum venio, qui mali nihil fecerim, pereundi. Haec ita cogitans ignorabam infelix inſtans malum. Cum enim nox profunda iam eſſet, & multum ſilentium, & dulcis

γλαυκὺς, ψοφεῖ μὲν ἔξωθεν ὁ τοῖχος, ὡς διωρυττόμενος, καὶ διωρύττετό γε, καὶ ὀπὴ ἤδη ἐγεγάνει, ἄνθρωπον δέξασθαι δυναμένη, καὶ εὐθὺς ἄνθρωπος ταύτῃ παρῄει, καὶ ἄλλος ὁμοίως, καὶ πολλοὶ ἔνδον ἦσαν, καὶ πάντες εἶχον ξίφη. εἶτα καταθήσαντες ἔνδον ἐν τοῖς δωματίοις τὸν Ἵππαρχον, καὶ τὴν Παλαίστραν, καὶ τὸν ἐμὸν οἰκέτην, ἀδεῶς ἤδη τὴν οἰκίαν ἐκείνουν, τά τε χρήματα, καὶ τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ σκεύη κομίζοντες ἔξω. ὡς δὲ οὐδὲν ἄλλο κατελείπετο, λαβόντες με καὶ τὸν ἄλλον ὄνον, καὶ τὸν ἵππον, ἐπέσαξαν· ἔπειτα ὅσα ἐβάσταζαν, ἐπικατέδησαν ἡμῖν· καὶ οὕτω μέγα ἄχθος φέροντας ἡμᾶς, ξύλοις παίοντες ἤλαυνον, ὡς εἰς τὸ ὄρος ἀτρίπτῳ ὁδῷ φεύγειν πειρώμενοι. τὰ μὲν οὖν ἄλλα κτήνη, οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὅ, τι ἔπασχεν, ἐγὼ δὲ ἀνυπόδετος ἀσυνήθης ἀπιὼν, πέτραις ὀξείαις ἐπιβαίνων, τοσαῦτα σκεύη φέρων, ἀπωλλύμην. καὶ πολλάκις προσέπταιον, καὶ οὐκ ἦν ἐξὸν κα-

somnus, ſtrepitum dat extra murus, velut perfoderetur, & perfodiebatur etiam, iamque lacuna facta erat, quae capere hominem poſſet: ſtatimque homo ea intrat, & alius ſimiliter. Iam multi intus erant, gladiis armati omnes. Tum vinctis intra in cubiculis Hipparcho, & Palaeſtra, & meo ſervo, ſine metu iam domum totam depraedantur, pecuniaſque, & veſtes, & ſupellectilem exportant. Cum vero nihil aliud reliquum eſſet, ducentes *me*, & alterum aſinum, & equum, clitellis ornant: tum, quae exportaverant, impoſita nobis deligant. Et ita nos, magnum ferentes onus, fuſtibus tunſos agunt, qui in montem via minus trita fugere tentarent. Quid reliquis iumentis factum ſit, non habeo dicere. Ego vero non ſoleatus inſuetuſque incedens, per acutas rupes ingrediens, tot gerens ſarcinas, peribam. Et ſaepe offendebam, ac ne licebat quidem cadere, cum

ταπεσεῖν, καὶ εὐθὺς ἄλλος ὄπισθε κατὰ τῶν μηρῶν ἔπαιε ἀεὶ ξύλῳ. ἐπεὶ δὲ πολλάκις, ὦ Καῖσαρ, ἀναβοῆσαι ἐπεθύμουν, οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὠγκώμην, καὶ τὸ μὲν Ω μέγιστον καὶ μεγαλοφωνότατον ἐβόων, τὸ δὲ ΚΑΙΣΑΡ οὐκ ἐπηκολούθει. ἀλλὰ μὴν καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ἐτυπτόμην, ὡς προδιδοὺς αὐτοὺς τῷ ὀγκηθμῷ. μαθὼν οὖν ὅτι ἄλλο ἐβόων, ἔγνων σιγῇ προΐεναι, καὶ κερδαίνειν τὸ μὴ παίεσθαι. Ἐπὶ τούτῳ ἡμέρα τε ἦν ἤδη, καὶ ἡμεῖς 17
ὄρη πολλὰ ἀνεβεβήκειμεν, καὶ στόματα δὲ ἡμῶν δεσμῷ ἐπείχετο, ὡς μὴ περιβοσκόμενοι τὴν ὁδὸν ἐς τὸ ἄριστον ἀναλίσκαιμεν, ὥστε ἔστην τότε, καὶ ἔμεινα ὄνος. ἐπεὶ δὲ ἦν αὐτὸ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας, καταλύομεν εἰς τινὰ ἔπαυλιν συνήθων ἐκείνοις ἀνθρώπων, ὅσον ἦν ἐκ τῶν γιγνομένων σκοπεῖν. καὶ γὰρ φιλήμασιν ἠσπάζοντο ἀλλήλους καὶ καταλύειν ἐκέλευον αὐτοὺς οἱ ἐν τῇ ἐπαύλει, καὶ παρέθηκαν ἄριστον, καὶ τοῖς κτήνεσιν ἡμῶν παρέβαλον κριθί-

12 Ἔπαυλιν συνήθων ἐκείνοις ἀνθρώπων ὅσον ἦν) Ἔπαυλις ἡ οἰκία ἐν ᾗ τὴν αὐλὴν ποιοῦνται· ὡς ἂν ἐν τῇ κοίτῃ. V.

statim alius a tergo femora fusti subinde percuteret. Cumque saepe, *o Caesar!* proclamare cuperem, nihil aliud quam rudebam, cum O quidem maximum & vocaliſſimum exiret, *Caesar* autem non sequeretur. Verum hoc ipso quoque nomine pulsabar, qui ruditu illos proderem. Sentiens ergo, me alienum quid clamare, decrevi silentio pergere, & compendifacere plagas. Inter haec iam dies erat, & nos montes plures superaveramus. Ora autem nostra capistro erant revincta, ne circumpascentes viam consumeremus in prandio: itaque perrexi tunc, & mansi asinus. Medio ipso die devertimus in stabulum quoddam familiarium illis hominum, quantum ex his, quae fiebant, licebat videre. Etenim osculo se invicem salutabant, & devertere in stabulo illos iubebant: apponunt etiam prandium, nobis autem iu-

δια. καὶ οἱ μὲν ἠρίστων, ἐγὼ δὲ ἐπείνων μὲν κακῶς· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ πώποτε κριθὰς ὠμὰς ἠριστήκειν, ἐσκοπούμην ὅ, τι καὶ καταφάγοιμι· ὁρῶ δὲ κῆπον αὐτοῦ ὀπίσω τῆς αὐλῆς, καὶ εἶχε λάχανα πολλὰ καὶ καλὰ, καὶ ῥόδα ὑπὲρ αὐτῶν ἐφαίνετο· κἀγὼ λαθὼν πάντας τοὺς ἔνδον, ἀσχολουμένους περὶ τὸ ἄριστον, ἔρχομαι ἐπὶ τὸν κῆπον, τοῦτο μὲν ὠμῶν λαχάνων ἐμπλησθησόμενος, τοῦτο δὲ τῶν ῥόδων ἕνεκα. ἐλογιζόμην γὰρ ὅτι δῆθεν φαγὼν τῶν ἀνθέων πάλιν ἄνθρωπος ἔσομαι. εἶτα ἐμβὰς εἰς τὸν κῆπον, θριδάκων μὲν καὶ ῥαφανίδων καὶ σελίνων, ὅσα ὠμὰ ἐσθίει ἄνθρωπος, ἐνεπλήσθην, τὰ δὲ ῥόδα ἐκεῖνα οὐκ ἦν ῥόδα ἀληθινά· τάδ' ἦν ἐκ τῆς ἀγρίας δάφνης φυόμενα ῥόδα ἐκεῖνα, δάφνην αὐτὴν καλοῦσιν ἄνθρωποι, κακὸν ἄριστον ὄνῳ τοῦτο παντὶ, καὶ ἵππῳ. φασὶ γὰρ τὸν φαγόντα ἀποθνήσκειν αὐτίκα. Ἐν τούτῳ ὁ κηπουρὸς αἰσθόμενος, καὶ ξύλον ἁρπάσας, εἰσελθὼν

18

mentis obiiciunt hordea. Ac reliqui prandent, ego vero miſere eſurio: & cum nunquam hordea cruda pranſus eſſem, circumſpicio, quod comederem. Video autem hortum ibi poſt aulam, qui olera multa haberet & bona, roſae etiam ſuper iſta videbantur. Hic ego nemini animadverſus eorum omnium, qui intus erant, qui nempe occupati eſſent in prandio, venio ad hortum partim impleturus ventrem crudis oleribus, partim roſarum cauſa. Putabam quippe, me, comeſis floribus, hominem iterum futurum. Tum ingreſſus hortum, lactucis quidem, & raphanis, & apiis, quae cruda homo comedit, me implevi. Verum roſae illae verae roſae non erant: ſed erant e lauro agreſti enatae roſae. Roſam lauream vocant homines: malum hoc prandium aſino unicuique & equo: aiunt enim, de eo qui comederit, ſtatim mori. Inter haec ſentiens olitor, arreptoque fuſti hor-

εἰς τὸν κῆπον, καὶ τὸν πολέμιον ἰδὼν, καὶ τῶν λαχάνων τὸν ὄλεθρον, ὥσπερ τις δυνάστης μισοπόνηρος, κλέπτην λαβὼν, οὕτω με συνέκοψε ξύλῳ, μήτε πλευρῶν φεισάμενος, μήτε μηρῶν, καὶ μὴν καὶ τὰ ὦτά μου κατέκλασε, καὶ τὸ πρόσωπον συνέτριψεν· ἐγὼ δὲ οὐκέτ' ἀνεχόμενος, ἀπολακτίσας ἀμφοτέροις, καὶ καταβαλὼν ὕπτιον ἐπὶ τῶν λαχάνων, ἔφευγον ἄνω ἐς τὸ ὄρος. ὁ δὲ ἐπειδὴ εἶδε δρόμῳ ἀπιόντα, ἀνέκραγε λῦσαι τοὺς κύνας ἐπ' ἐμέ· οἱ δὲ κύνες πολλοί τε ἦσαν καὶ μεγάλοι, καὶ ἄρκτοις μάχεσθαι ἱκανοί· ἔγνων ὅτι δὴ διασπάσονταί με οὗτοι λαβόντες· καὶ ὀλίγον ἐκπεριελθὼν, ἔκρινα τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, παλινδρομῆσαι μᾶλλον, ἢ κακῶς ὁραμεῖν. ὀπίσω οὖν ἀπῆειν, καὶ εἴσειμι αὖθις εἰς τὴν ἔπαυλιν. οἱ δὲ τοὺς μὲν κύνας δρόμῳ ἐπιφερομένους ἐδέξαντο, καὶ κατέδησαν. ἐμὲ δὲ παίοντες οὐ πρότερον ἀφῆκαν, πρὶν ἢ ὑπὸ τῆς ὀδύνης πάντα τὰ λάχανα κάτωθεν ἐξεμέσαι. Καὶ μὴν ὅτε ὁδοιπορεῖν ὥρα ἦν, τὰ βαρύτα- 19

tum ingreſſus, videnſque hoſtem & perniciem olerum, non aliter, quam ſeverus aliquis dynaſta, captum furem fuſte concidit, neque coſtis parcens neque femoribus: quin & aures mihi confregit, & contrivit faciem. Ego autem non ultra patiens, calcibus utriſque reiectis ſupinum proſterno in olera, atque verſus montem aufugio. Ille cum videret, me curſu abire, clamavit, ut immitterentur in me canes. Erant vero canes multi & magni, etiam cum urſis pugnare idonei. Video igitur, illos me, ſi capiant, diſcerpturos eſſe: paulum itaque circumiens decrevi, quod eſt in proverbio, retro currere potius, quam male currere: retro eo igitur, ſtabulum iterum ingredior. Illi canibus, qui curſu in me ferebantur, receptis alligatiſque, me pulſare prius non deſierunt, quam prae dolore olera omnia per inferiorem gutturem evomerem. Verum itineris ingrediendi tempus cum

τα τῶν κλεμμάτων καὶ τὰ πλεῖστα ἐμοὶ ἐπέθηκαν· κἀκεῖθεν τότε οὕτως ἐξελαύνομεν. ἐπεὶ δὲ ἀπηγόρευον ἤδη, παιόμενός τε καὶ τῷ Φορτίῳ ἀχθόμενος, καὶ τὰς ὁπλὰς ἐκ τῆς ὁδοῦ ἐκτετριμμένος, ἔγνων αὐτοῦ καταπεσεῖν, καὶ μηδ' ἂν ἀποσφάττωσί με ταῖς πληγαῖς, ἀναστῆναί ποτε, τοῦτο ἐλπίσας μέγα μοι ὄφελος ἔσεσθαι ἐκ τοῦ βουλεύματος· ᾠήθην γὰρ ὅτι πάντως ἡττώμενοι τὰ μὲν ἐμὰ σκεύη διανεμοῦσι τῷ τε ἵππῳ, καὶ τῷ ἡμιόνῳ, ἐμὲ δὲ αὐτοῦ ἐάσουσι κεῖσθαι τοῖς λύκοις· ἀλλά τις δαίμων βάσκανος, συνεὶς τῶν ἐμῶν βουλευμάτων, ἐς τοὐναντίον περιήνεγκεν. ὁ γὰρ ἕτερος ὄνος ἴσως ἐμοὶ τὰ αὐτὰ νοήσας πίπτει ἐν τῇ ὁδῷ. οἱ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ξύλῳ παίοντες ἀναστῆναι τὸν ἄθλιον ἐκέλευον. ὡς δὲ οὐδὲν ὑπήκουε ταῖς πληγαῖς, λαβόντες αὐτὸν, οἱ μὲν τῶν ὤτων, οἱ δὲ τῆς οὐρᾶς, ἀνεγείρειν ἐπειρῶντο. ὡς δ' οὐδὲν ἤνυον, ἔκειτο δὲ ὥσπερ λίθος ἐν τῇ ὁδῷ ἀπηγορευκώς, λογισάμενοι ἐν ἀλλήλοις ὅτι οὐ μάτην πονοῦσι, καὶ τὸν χρόνον τῆς φυγῆς

esset, graviſſimas quaſque rerum furtivarum & plurimas mihi impoſuere; tumque inde fic proficiſcimur. Cum vero iam deſpondiſſem animum pulſatus & gravatus onere, detritis inſuper a via ungulis, procumbere ibi decreveram, nec unquam, ſi vel interficerent me plagis, ſurgere; hoc ſperans, magnam ad me utilitatem redituram ex eo conſilio. Putabam enim, ipſos plane victos *mea pervicacia*, ſarcinas meas diviſuros inter equum & mulum, me autem ibi iacentem relicturos praedae lupis. Sed invidum quoddam numen, mea conſilia intelligens, vertit ea in contrarium. Alter enim aſinus, eadem forte, quae ego, cogitans, decumbit in via. Illi primo fuſtium ictibus ſurgere iubent miſerum: nihil obedientem plagis, prehenſum alii auribus, cauda alii, excitare ſtudent. Cum nihil proficerent, iaceretque lapidis inſtar in via, feſſus & ſine ſpe, ſubductis rationibus, nequidquam ſe labora-

ἀναλίσκουσιν, ὄνῳ νεκρῷ παρεδρεύοντες, τὰ μὲν σκεύη πάντα, ὅσα ἐκόμιζεν ἐκεῖνος, διανέμουσιν ἐμοί τε, καὶ τῷ ἵππῳ· τὸν δὲ ἄθλιον κοινωνὸν καὶ τῆς αἰχμαλωσίας καὶ τῆς ἀχθοφορίας, λαβόντες, τῷ ξίφει ὑποτέμνουσιν ἐκ τῶν σκελῶν, καὶ σπαίροντα ἔτι ὠθοῦσιν ἐς τὸν κρημνόν. ὁ δὲ ἀπῄει κάτω, τὸν θάνατον ὀρχούμενος. Ἐγὼ δὲ ὁρῶν ἐν τῷ συνοδοιπόρῳ τῶν ἐμῶν βουλευμάτων τὸ τέλος, ἔγνων φέρειν εὐγενῶς τὰ ἐν ποσὶ, καὶ προθύμως περιπατεῖν, ἐλπίδας ἔχων πάντως ποτὲ ἐμπεσεῖσθαι εἰς τὰ ῥόδα, καὶκ τούτων εἰς ἐμαυτὸν ἀνασωθήσεσθαι· καὶ τῶν λῃστῶν δὲ ἤκουον, ὡς οὐκ εἴη ἔτι πολὺ τῆς ὁδοῦ, καὶ ὅτι καταλύσουσι, λοιπὸν, ἔνθα καταμένουσιν, ὥστε πάντα ταῦτα δρόμῳ ἐκομίζομεν, καὶ πρὸ τῆς ἑσπέρας ἤλθομεν εἰς τὰ οἰκεῖα. γραῦς δὲ γυνὴ ἔνδον καθῆστο, καὶ πῦρ πολὺ ἐκαίετο. οἱ δὲ πάντα ἐκεῖνα, ἅπερ ἐτυγχάνομεν ἡμεῖς κομίζοντες, εἴσω κατέθηκαν. εἶτα ἤροντο τὴν γραῦν διὰ τί οὕτω καθέζῃ, καὶ οὐ παρασκευάζεις ἄρι-

5 Σπαίροντα) Ἐκπνέοντα τὴν ψυχήν. V.

re, & fugae tempus perdere aſino mortuo aſſidentes, ſarcinas, quas ille geſtarat, omnes inter me & equum dividunt, miſerum vero captivitatis pariter & geſtandorum onerum conſortem prehendentes, ſucciſis ferro cruribus, palpitantem adhuc per praeceps impellunt. Atque ille mortem ſaltans deſcendit. Ego vero animadvertens in ſocio itineris conſiliorum meorum exitum, decrevi fortiter ferre praeſentia, & ſtrenue incedere, qui ſpem haberem, futurum, ut omnino aliquando in roſas inciderem, ac inde me ſalutemque reciperem. Audiebam vero etiam ex latronibus, non multum ſupereſſe viae, & *eo die* ſoluturos iumenta, ubi maneant. Itaque omnia iſta curriculo geſtantes verſus veſperam domum pervenimus. Mulier anus intus deſederat, ignis ardebat multus, illi, quae portaveramus, intus deponunt omnia. Tum interrogant anum, quid ita ſedes, & non paras coenam?

στον; Ἀλλὰ πάντα, εἶπεν ἡ γραῦς, εὐτρεπῆ ὑμῖν, ἄρτοι πολλοὶ, οἶνου παλαιοῦ πίθοι, καὶ τὰ κρέα δὲ ὑμῖν τὰ ἄγρια σκευάσασα ἔχω. οἱ δὲ τὴν γραῦν ἐπαινέσαντες, ἀποδυσάμενοι ἠλείφοντο πρὸς τὸ πῦρ, καὶ λέβητος ἔνδον ὕδωρ θερμὸν ἔχοντος, ἀρυσάμενοι ἔνθεν, καὶ κα-
21 ταχεάμενοι, αὐτοσχεδίῳ τῷ λουτρῷ ἐχρήσαντο. Εἶτα ὀλίγον ὕστερον ἦκον νεανίσκοι πολλοὶ κομίζοντες σκεύη πλεῖστα ὅσα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ἱμάτια, καὶ κόσμον γυναικεῖον καὶ ἀνδρεῖον πολύν. ἐκοινώνουν δὲ οὗτοι ἀλλήλοις· καὶ ἐπειδὴ ταῦτα ἔνδον κατέθεντο, ὁμοίως ἐλούσαντο καὶ οὗτοι. λοιπὸν μετὰ τοῦτο ἦν ἄριστον δαψιλὲς, καὶ λόγος πολὺς ἐν τῷ συμποσίῳ τῶν ἀνδροφόνων· ἡ δὲ γραῦς ἐμοὶ καὶ τῷ ἵππῳ κριθὰς παρέθηκεν· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν σπουδῇ τὰς κριθὰς κατέπινε, δεδιὼς, οἶα εἰκὸς, ἐμὲ τὸν συνάριστον. ἐγὼ δὲ ἐπειδὰν ἴδοιμι τὴν γραῦν ἐξιοῦσαν, τῶν ἔνδον ἄρτων ἤσθιον. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ καταλιπόντες τὴν γραῦν, καὶ νεανίσκον ἕνα, οἱ λοιποὶ

Illa, *quin parata vobis sunt*, inquit, *omnia, panes multi, vini veteris dolia, & carnes vobis ferinas paratas habeo.* Illi, collaudata anu, exutis vestibus, ad ignem se ungunt, & cum ahenum calidam haberet, hausta inde aqua perfusi, extemporali isto utuntur balneo. Deinde paulo post iuvenes veniunt multi, supellectilem afferentes plurimam auream, argenteam, vestimenta, mundum muliebrem, & virilem ornatum multum. Hi in commune conferunt, rebusque intus depositis, lavant ipsi quoque. Ceterum post haec coena fuit copiosa, & sermo multus in homicidarum convivio. Anus mihi & equo hordea apponit: at ille festinat devorare hordea, metuens, ut par erat, me compransorem. At ego, quoties videbam exisse anum, de panibus, qui intus erant, edebam. Postridie, relicta anu & uno iuvene, ad opus reliqui omnes exeunt. Equidem mihi & accuratae custo-

πάντες ἐπὶ ἔργον ἀπῆεσαν. ἐγὼ δὲ ἕστενον ἐμαυτὸν, καὶ τὴν ἀκριβῆ Φρουρὰν. τῆς μὲν γὰρ γραὸς καταφρονῆσαι ἦν μοι, καὶ φυγεῖν ἐκ τῶν ἐκείνης ὀμμάτων δυνατόν. ὁ δὲ νεανίσκος μέγας τε ἦν, καὶ φοβερὸν ἔβλεπε· καὶ τὸ ξίφος ἀεὶ ἔφερε, καὶ τὴν θύραν ἀεὶ ἐπῆγε. Τρισὶ δὲ ὕστε- 22
ρον ἡμέραις, μεσούσης σχεδὸν τῆς νυκτὸς, ἀναστρέφουσιν οἱ λῃσταὶ, χρυσίον μὲν, οὐδὲ ἀργύριον, οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν κομίζοντες, μόνην δὲ παρθένον ὡραίαν, σφόδρα καλὴν, κλαίουσαν, καὶ κατεσπαραγμένην τὴν ἐσθῆτα, καὶ τὴν κόμην· καὶ καταθέμενοι αὐτὴν ἔνδον ἐπὶ τῶν στιβάδων, θαρρεῖν ἐκέλευον, καὶ τὴν γραῦν ἐκέλευον ἔνδον μένειν, καὶ τὴν παῖδα ἐν φρουρᾷ ἔχειν. ἡ δὲ παῖς, οὔτε ἐμφαγεῖν τι ἤθελεν, οὔτε πιεῖν, ἀλλὰ πάντα ἔκλαε, καὶ τὴν κόμην τὴν αὐτῆς ἐσπάραττεν· ὥστε καὶ αὐτὸς πλησίον ἑστὼς παρὰ τῇ φάτνῃ, συνέκλαιον ἐκείνῃ τῇ καλῇ παρθένῳ. ἐν δὲ τούτῳ οἱ λῃσταὶ ἔξω ἐν τῷ προδόμῳ ἐδείπνουν. πρὸς ἡμέραν δὲ τῶν σκοπῶν τις, τῶν τὰς ὁδοὺς

10 Στοιβάδων) Χαμαικοιτέων. V.

diae ingemiſcebam: nam vetulam quidem poteram contemnere, & illius fugere ex oculis: at iuvenis magnus erat, & terribile quiddam cernebat, & gladium geſtabat ſemper, & adducebat ſemper ianuam. Tribus poſt diebus, circa mediam fere noctem, redeunt latrones, auri quidem aut argenti nihil, nec aliud quidquam afferentes, ſed ſolam virginem nubilem, vehementer pulchram, plorantem lacerata veſte, & comis paſſis. Hanc intus in ſtratis depoſitam bono animo eſſe iubent, & intus manere anum, puellae cuſtodiendae cauſa. Sed puella nec cibum capere volebat, nec bibere, ſed plorabat ad omnia, & ſuam ipſa comam vellebat, adeo ut ipſe quoque, prope adſtans ad praeſepe, cum pulchra illa virgine plorarem. Inter haec latrones extra coenabant in atrio. Sub lucem ſpeculatorum

Φρουρεῖν εἰληχότων, ἔρχεται ἀπαγγέλλων ὅτι ξένος ταύτῃ παριέναι μέλλοι, καὶ πολὺν πλοῦτον κομίζοι· οἱ δὲ οὕτως ὡς εἶχον ἀναστάντες, καὶ ὁπλισάμενοι, καὶμὲ καὶ τὸν ἵππον ἐπισάξαντες, ἤλαυνον. ἐγὼ δὲ ὁ δυστυχὴς, ἐπιστάμενος ἐπὶ μάχην καὶ πόλεμον ἐξελαύνεσθαι, ὀκνηρῶς προῄειν, ἔνθεν ἐπαιόμην τῷ ξύλῳ, ἐπειγομένων αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ ἤκομεν εἰς τὴν ὁδὸν, ἔνθα ὁ ξένος παρελάσειν ἔμελλε, συμπεσόντες οἱ λῃσταὶ τοῖς ὀχήμασιν αὐτόν τε καὶ τοὺς ἐκείνου θεράποντας ἀπέκτειναν. καὶ ὅσα ἦν τιμιώτατα ἐξελόντες, τῷ ἵππῳ καὶμοὶ ἐπέθηκαν· τὰ δὲ ἕτερα τῶν σκευῶν αὐτοῦ ἐν τῇ ὕλῃ ἔκρυψαν. ἔπειτα ἤλαυνον ἡμᾶς οὕτως ὀπίσω, κἀγὼ ἐπειγόμενος, καὶ τῷ ξύλῳ τυπτόμενος, κρούω τὴν ὀπλὴν παρὰ πέτραν ὀξεῖαν, καί μοι ἀπὸ τῆς πληγῆς γίγνεται τραῦμα ἀλγεινόν· καὶ χωλεύων ἔνθεν τὸ λοιπὸν τῆς ὁδοῦ ἐβάδιζον. οἱ δὲ πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον, τί γὰρ ἡμῖν δοκεῖ τρέφειν τὸν ὄνον τοῦτον, πάντα καταπίπτοντα; ῥίψωμεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ κρη-

aliquis, cui vias explorare forte obvenerat, venit nuntians, peregrinum aliquem hac tranſiturum, qui multas ſecum ferret divitias. Hi, ut erant, conſurgere, armare ſe, me autem & equum ornare clitellis, & ſecum ducere. Hic infelix ego, qui ad pugnam & bellum me ſcirem agi, cunctanter progrediebar, itaque fuſti, feſtinantibus illis, pulſabar. Cum autem ad viam veniſſemus, ubi tranſiturus erat peregrinus, irruentes in vehicula latrones, ipſum ipſiuſque ſervos interficiunt, & pretioſiſſima quaeque ablata equo & mihi imponunt, reliquas ſarcinas ibi in ſilva abſcondunt. Deinde ſic retro nos agunt, & ego, cum urgerer & vapularem fuſti, acuto ſaxo impingo ungulam, oriturque ab illa plaga vulnus dolorificum, ut claudicans, quod reliquum erat viae, incederem. At illi inter ſe, *Quid enim nobis videtur*, inquiunt, *nutrire aſinum iſtum, ubique concidentem? Praecipitemus illum*,

μνοῦ οἰωνὸν οὐκ ἀγαθόν· ναί φασι, ῥίψωμεν αὐτὸν, καθαρισμὸν τοῦ στρατοῦ ἐσόμενον. καὶ οἱ μὲν συνετάττοντο ἐπ' ἐμέ. ἐγὼ δὲ ἀκούων ταῦτα, τῷ τραύματι λοιπὸν ὡς ἀλλοτρίῳ ἐπέβαινον, ὁ δὲ τοῦ θανάτου με φόβος ἀναίσθητον τῆς ὀδύνης ἔθηκεν. Ἐπεὶ δὲ ἤλθομεν εἴσω, ἔνθα 23
κατελύομεν, τὰ μὲν σκεύη τῶν ἡμετέρων ὤμων ἀφελόντες, εὖ κατέθηκαν· αὐτοὶ δὲ ἀναπεσόντες ἐδείπνουν. καὶ ἐπειδὴ νὺξ ἦν, ἀπῆσαν, ὡς τὰ λοιπὰ τῶν σκευῶν ἀνασώσαι· τὸν δὲ ἄβλιον τοῦτον ὄνον, ἔφη τις αὐτῶν, τί ἐπάγομεν ἄχρηστον ἐκ τῆς ὁπλῆς; τῶν δὲ σκευῶν ἃ μὲν ἡμεῖς οἴσομεν, ἃ δὲ καὶ ὁ ἵππος· καὶ ἀπῆσαν, τὸν ἵππον ἄγοντες. νὺξ δὲ ἦν λαμπροτάτη ἐκ τῆς σελήνης. κἀγὼ τότε πρὸς ἐμαυτὸν εἶπον, Ἄβλιε, τί ἔτι μένεις ἐνταῦθα; γύπες σε καὶ γυπῶν τέκνα δειπνήσουσιν. οὐκ ἀκούεις εἴα περὶ σοῦ ἐβουλεύσαντο; θέλεις τῷ κρημνῷ περιπεσεῖν; νὺξ μὲν αὕτη, καὶ σελήνη πολλή. οἱ δὲ οἴχονται ἀπιόντες, φυγῇ σῶζε σαυτὸν ἀπὸ δεσποτῶν ἀνδροφόνων.

male ominatam beſtiam. Ita ſane, inquit alius, *deiiciamus illum piacularem futurum noſtri exercitus.* Atque illi in me iam coibant: verum ego, auditis hiſce, quod reliquum erat, vulnus tanquam alienum calcabam, mortis metu ſenſum mihi doloris adimente. Cum vero intraſſemus in diverſorium noſtrum, ſarcinas de noſtris demtas humeris bene collocant, ipſique coenatum accumbunt. Nocte vero oborta, ad reliquas ſarcinas ſervandas abeunt. *Miſerum vero aſinum*, infit illorum unus, *quid adducimus, ex ungula inutilem? ſarcinarum alias nos portabimus, alias equus.* Itaque cum equo abeunt. Erat autem nox a luna clariſſima. Hic ego intra me, Miſelle, inquam, quid ultra hic manes? vultures te & vulturum filii coenabunt. Non audis, quae de te deliberarunt? viſne tu in praecipitium incidere? Iam nox eſt, & luna clara: illi vero abierunt: fuga te eripe dominis homicidis.

ταῦτα πρὸς ἐμαυτὸν ἐννοούμενος, ὁρῶ ὅτι οὐδὲ προσεδέδεμην οὐδενὶ, ἀλλά με ὁ σύρων ἐν ταῖς ὁδοῖς ἱμὰς παρεκρέματο, τοῦτό με καὶ παρώξυνεν ὡς μάλιστα πρὸς τὴν Φυγήν· καὶ δρόμῳ ἐξιὼν, ἀπῆειν· ἡ δὲ γραῦς, ἐπεὶ εἶδεν ἀποδιδράσκειν ἕτοιμον, λαμβάνεταί μου ἐκ τῆς οὐρᾶς, καὶ εἶχετο. ἐγὼ δὲ ἄξιον κρημνοῦ καὶ θανάτων ἄλλων εἰπὼν εἶναι τὸ ὑπὸ γραΐας ἁλῶναι, ἔσυρον αὐτήν· ἡ δὲ μάλ' ἀνέκραγεν ἔνδοθεν τὴν παρθένον τὴν αἰχμάλωτον· ἡ καὶ προσελθοῦσα, καὶ ἰδοῦσα γραῦν, δίκην κέρκου ἐξ ὄγου ἠμμένην, τολμᾷ τόλμημα γενναῖον, καὶ ἄξιον ἀπονενοημένου νεανίσκου· ἀναπηδᾷ γὰρ εἰς ἐμέ· καὶ ἐπικαθίσασά μοι, ἤλαυνε· κἀγὼ τῷ τε ἔρωτι τῆς Φυγῆς, καὶ τῇ τῆς κόρης σπουδῇ ἔφυγον ἵππου δρόμῳ· ἡ δὲ γραῦς ὀπίσω ἀπελέλειπτο. ἡ δὲ παρθένος τοῖς μὲν θεοῖς ηὔχετο, σῶσαι αὐτὴν τῇ Φυγῇ· πρὸς δὲ ἐμὲ, Ἢν με, ἔφη, κομίσῃς πρὸς τὸν πατέρα, ὦ καλὲ σὺ, ἐλεύθερον μέν σε παντὸς ἔργου ἀφήσω, κριθῶν δὲ μέδιμνος ἔσται σοι ἐφ'

Haec apud me cogitans video, me neque alligatum esse usquam, sed iuxta pendere, quo trahebar alias, lorum. Etiam hoc me ad fugam maxime incitabat. Itaque curriculo egressus abibam. At anus, cum fugere paratum videret, a cauda se mea, quam prehenderat, suspendit. Ego praecipitio & aliis mortibus dignum putans, ab anu capi, illam trahere: illa vehementer inclamavit puellam intus captivam. At illa accedens, vidensque anum caudae instar ex asino aptam, generosum facinus audet & dignum desperato iuvene. Insilit enim in me, insidensque agit. Et ego tum fugae amore, tum puellae studio, equi cursu fugio, anu post nos relicta. Virgo Dis quidem supplicabat, ut illa se fuga servarent: ad me vero, *si me*, inquit, *o mi pulcher, ad patrem pertuleris, liberum te omni opere dimittam: hordeorum vero*

ἑκάστης ἡμέρας τὸ ἄριστον. ἐγὼ δὲ καὶ τοὺς Φονεῖς τοὺς ἐμαυτοῦ Φευξόμενος, καὶ πολλὴν ἐπικουρίαν καὶ θεραπείαν ἐκ τῆς ἀνασωθείσης ἐμοὶ κόρης ἐλπίζων, ἔθεον τοῦ τραύματος ἀμελήσας. Ἐπεὶ δὲ ἤκομεν ἔνθα ἐσχίζετο διπλῆ ὁδός, οἱ πολέμιοι ἡμᾶς καταλαμβάνουσιν ἀναστρέφοντες, καὶ πόρρωθεν εὐθὺς πρὸς τὴν σελήνην ἔγνωσαν τοὺς δυστυχεῖς αἰχμαλώτους, καὶ προσδραμόντες λαμβάνονταί μου, καὶ λέγουσιν, Ὦ καλὴ καγαθὴ σὺ παρθένος, πῇ βαδίζεις ἀωρία ταλαίπωρε; οὐδὲ τὰ δαιμόνια δέδοικας; ἀλλὰ δεῦρο ἴθι πρὸς ἡμᾶς, ἡμεῖς σε τοῖς οἰκείοις ἀποδώσομεν, Σαρδώνιον γελῶντες ἔλεγον· κἀμὲ ἀποστρέψαντες, εἵλκον ὀπίσω· κἀγὼ περὶ τοῦ ποδὸς καὶ τοῦ τραύματος ἀναμνησθεὶς, ἐχώλευον· οἱ δὲ, Νῦν, ἔφασαν, χωλὸς, ὅτε ἀποδιδράσκων ἑάλωκας; ἀλλ' ὅτε φεύγειν ἐδόκει σοι, ὑγιαίνων, ἵππου ὠκύτερος, 24

11 Σαρδόνιον γελῶντες) Σαρδὼ νῆσος περὶ τὰς Ἡρακλείας στήλας, ἔνθα βοτάναι γίνονται ὅμοιαι σελίνοις, ὧν οἱ γευόμενοι σπασμῷ κατεχόμενοι ἀκουσίως γελῶσι, καὶ αὐτὰ τελευτῶσι. Τιμαῖος δὲ φησὶν, ἐκεῖ ὡς τοὺς ὑπὲρ ἔτη γεγονότας γονεῖς αὐτῶν θύουσι τῷ Κρόνῳ, γελῶντες καὶ τύπτοντες ξύλοις, καὶ πρὸς ἀχμενεῖς κρημνοὺς κατωθοῦντες, ὅθεν Σαρδόνιος γέλως ἐκλήθη. Ἄλλοι δὲ φασὶν ὅτι ἐκεῖνοι οἱ θνήσκοντες γέροντες γελῶσιν ἀκουσίως πρὸς τὴν ὑπὸ τῶν παίδων ἀφορῶντες ἀνάνθρωπον τελευτὴν, ὅθεν ἡ παροιμία. V.

medimnus erit tibi in ſingulos dies prandium. Ego vero & meos ipſius interfectores fugiens, & multum adiumenti atque cultus ex ſervata a me puella ſperans, curro oblitus vulneris. Cum autem eo veniremus, ubi findebatur via in bivium, deprehendunt nos hoſtes redeuntes, & e longinquo ſtatim ad lunam miſeros captivos agnoſcunt: & accurrentes, prehendunt me, dicuntque, *Quorſum, honeſta & bona virgo, intempeſta nocte abis miſella? nec ſpectra metuis? Verum huc veni ad nos. Nos te tuis reddemus*, cum Sardonio riſu dicebant: meque converſum trahebant retro. Atque ego pedis & vulneris recordatus claudicabam. Illi vero, *Nunc*, aiunt, *claudus es, cum in fuga es captus? Sed cum fugere tibi collibuit;*

καὶ πτηνὸς ἦσθα. τοῖς δὲ λόγοις τούτοις τὸ ξύλον εἵπετο, καὶ ἤδη ἕλκος τῷ μηρῷ εἶχον νουθετούμενος. ἐπεὶ δὲ εἴσω πάλιν ἀνεστρέψαμεν, τὴν μὲν γραῦν εὕρομεν ἐκ τῆς πέτρας κρεμαμένην ἐν καλωδίῳ. δείσασα γὰρ, οἷον εἰκὸς, τοὺς δεσπότας ἐπὶ τῇ τῆς παρθένου φυγῇ, κρεμᾷ ἑαυτὴν, σφίγξασα ἐκ τοῦ τραχήλου· οἱ δὲ τὴν γραῦν θαυμάσαντες τῆς εὐγνωμοσύνης, τὴν μὲν ἀπολύσαντες ἐς τὸν κρημνὸν κάτω ἀφῆκαν, ὡς ἦν ἐν τῷ δεσμῷ, τὴν δὲ παρθένον ἔνδον κατέδησαν, εἶτα ἐδείπνουν, καὶ πότος
25 ἦν μακρός. Καὶ τούτῳ ἤδη περὶ τῆς κόρης διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους· Τί ποιοῦμεν, ἔφη τις αὐτῶν, τὴν θραπέτιν; τί δὲ, ἄλλος εἶπεν, ἕτερον, ἢ τῇ γραῒ ταύτῃ κάτω ἐπιῤῥίψωμεν αὐτὴν, ἀφελομένην μὲν ἡμᾶς χρήματα πολλὰ, ὅσον ἐπ' αὐτῇ, καὶ προδοῦσαν ἡμῶν ὅλον τὸ ἐργαστήριον; εὖ ἴστε γὰρ, ὦ φίλοι, ὅτι αὕτη εἰ τῶν οἴκοι ἐδράξατο, οὐδὲ εἷς ἂν ἡμῶν ζῶν ὑπελείπετο· πάντες γὰρ ἂν

4 Καλωδίῳ) Σχοινίῳ. V. 15 Ἐδράξατο) Ἐπελάβετο. V.

ſanus, ocior equo, & volucris eras? Haec verba excipiebat fuſtis: iamque ulcus in femore habebam ab iſtis admonitionibus. Domum iterum reverſi anum invenimus, quae reſticula ſe e rupe ſuſpenderat: metuens nempe, ut veriſimile eſt, dominos ob fugam virginis, innexo cervici laqueo ſe ſuſpenderat. Illi autem aequitatem animi in anu admirati, reſolutam una cum reſti praecipitant: virginem autem intus vinciunt, poſtea coenant, & compotatione longa utuntur. Atque interea de puella inter ſe diſputant. *Quid facimus*, ait illorum unus, *fugitiva? Quid vero aliud*, inquit alius, *quam vetulae illam ſuperiniiciamus, quae multas nobis, quantum quidem in ipſa fuit, opes abſtulerit, totamque noſtram officinam prodiderit. Bene enim noritis, amici, eam ſi domeſticos ſuos aſſecuta fuiſſet, futurum fuiſſe, ut vivus noſtrum nemo relinqueretur: capti enim eſſemus omnes, ex praeparato ir-*

ἐάλωμεν, τῶν ἐχθρῶν ἐκ παρασκευῆς ἡμῖν ἐπιπεσόντων· ὥστε ἀμυνώμεθα μὲν τὴν πολεμίαν· ἀλλὰ μὴ οὕτω ῥᾳδίως ἀποθνησκέτω, πεσοῦσα ἐπὶ τοῦ λίθου· θάνατον δὲ αὐτῇ τὸν ἀλγεινότατον καὶ μακρότατον ἐξεύρωμεν· καὶ ὅστις αὐτὴν χρόνῳ καὶ βασάνῳ φυλάξας, ὕστερον ἀπολεῖ. εἶτα ἐζήτουν θάνατον. καί τις εἶπεν, Οἶδα ὅτι ἐπαινέσεσθε τὸ ἀρχιτεκτόνημα. τὸν ὄνον δεῖ ἀπολέσαι, ὀκνηρὸν ὄντα, νῦν δὲ καὶ χωλὸν εἶναι ψευδόμενον, καὶ μὴν καὶ τῆς Φυγῆς τῆς παρθένου γενόμενον ὑπηρέτην καὶ διάκονον. τοῦτον οὖν ἔωθεν ἀποσφάξαντες, ἀνατέμωμεν ἐκ τῆς γαστρὸς, καὶ τὰ μὲν ἔγκατα πάντα ἔξω βάλωμεν, τὴν δὲ ἀγαθὴν ταύτην παρθένον τῷ ὄνῳ ἐγκατοικίσωμεν, τὴν μὲν κεφαλὴν ἔξω τοῦ ὄνου πρόχειρον, ὡς ἂν μὴ εὐθὺς ἀποπνιγείη, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἔνδον κρυπτόμενον, ὡς ἂν αὐτὴν κατακειμένην εὖ μάλα συρράψαντες, ῥίψωμεν ἔξω ἄμφω ταῦτα τοῖς γυψὶ, καινῶς τοῦτο ἐσκευασμένον ἄριστον. σκοπεῖτε δὲ, ὦ φίλοι, τῆς βασάνου τὸ δεινόν· πρῶτον μὲν τὸ, νεκρῷ ὄνῳ συνοικεῖν, εἶτα τὸ,

ruentibus in nos hoſtibus. Itaque ulciſcamur nos quidem inimicam; ſed ne ita facile moriatur incidens in ſaxum: verum mortem illi & acerbiſſimam excogitemus & longiſſimam, quaeque illam tempori & cruciatui ſervatam tum demum interimat. Deinde quaerebant *eiuſmodi* mortem. Et aliquis ait, *Novi, vos laudaturos eſſe commentum. Aſinum perdere oportet, ignavum, iam vero & claudicationem mentitum, & fugae virginis adiutorem ac miniſtrum. Hunc igitur cras mane maſtatum exenterabimus, electiſque inteſtinis omnibus bonam hanc virginem collocabimus in aſino, capite extra aſinum uti promineat, ne mox ſuffocetur; reliquo autem corpore toto intus occultetur. Sic ergo diſpoſitam ubi probe conſuerimus, extra utrumque vulturibus proiiciamus paratum nova ratione prandium. Videte autem, amici, cruciatus illius acerbitatem: primo quidem in mortuo habitare aſino: deinde aeſta-*

θέρους ὥρᾳ θερμοτάτῳ ἡλίῳ ἐν κτήνει καθεψεῖσθαι, καὶ λιμῷ ἀεὶ κτείναντι ἀποθνήσκειν, καὶ μηδ' ἑαυτὴν ἀποπνίξαι ἔχειν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλ', ὅσα πείσεται, σηπομένου τοῦ ὄνου τῇ τε ὀδμῇ, καὶ τοῖς σκώληξι πεφυρμένη, ἐῶ λέγειν. τέλος δὲ αἱ γύπες διὰ τοῦ ὄνου παρεισιόντες εἶσω, καὶ ταύτην, ὡς ἐκεῖνον, ἴσως καὶ ζῶσαν
26 ἔτι διασπάσονται. Πάντες ἀνεβόησαν, ὡς ἐπὶ ἀγαθῷ μεγάλῳ τῷ τερατώδει τούτῳ εὑρήματι. ἐγὼ δὲ ἀνέστενον αὐτὸν, ὡς ἂν ἀποσφαγησόμενος, καὶ μηδὲ νεκρὸς εὐτυχὴς κεισόμενος, ἀλλὰ παρθένου ἀβλίαν ἐπιδεξόμενος, καὶ θήκη οὐδὲν ἀδικούσης κόρης ἐσόμενος. ἄρθρος δὲ ἦν ἔτι, καὶ ἐξαίφνης ἐφίστανται πλῆθος στρατιωτῶν, ἐπὶ τοὺς μιαροὺς τούτους ἀφιγμένον, καὶ εὐθέως πάντας ἐδέσμουν, καὶ ἐπὶ τὸν τῆς χώρας ἡγεμόνα ἀπῆγον. ἔτυχε δὲ καὶ ὁ τὴν κόρην μεμνηστευμένος σὺν αὐτοῖς ἐλθών· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ καὶ τὸ καταγώγιον τῶν λῃστῶν μηνύσας.

11 Θήκη) Τάφος. V. 16 Καταγώγιον) Οἴκιαν. V.

tis tempore fervidiſſimo in ipſo iumento coqui, & enecante ſemper fame mori, neque necis conſciſcendae facultatem habere. Reliqua enim, quae patietur, tum putreſcentis odore aſini, & ſcatens vermibus, mitto dicere. Tandem vero vultures eo penetrantes per aſinum, ipſam, ut illum, ac forte viventem adhuc lacerabunt. Clamoribus excipiunt omnes, ut ingens quoddam bonum, portentoſum illud commentum. Ego vero mihi ipſi ingemiſcebam, tanquam iugulandus, & qui neque poſt mortem iacendi molliter facultatem habiturus eſſem, ſed infelicem ſuſcepturus virginem, & capulus puellae innocentis futurus. Iam illuceſcebat, cum inſtat ſubito militum manus, impuris hiſce immiſſa, qui in vincula ſtatim omnes coniecerunt, ad Praeſidem regionis illius abducendos. Venerat autem cum illis etiam puellae ſponſus: ipſe nimirum erat, qui receptaculum hoc latronum indicaverat. Aſſumtam ergo

παραλαβὼν οὖν τὴν παρθένον, καὶ καθίσας ἐπ' ἐμὲ, οὕτως ἦγεν οἴκαδε. οἱ δὲ κωμῆται, ὡς εἶδον ἡμᾶς ἔτι πόρρωθεν, ἔγνωσαν εὐτυχοῦντας, εὐαγγέλιον αὐτοῖς ἐμοῦ προσημηναμένου, καὶ προσδραμόντες ἠσπάζοντο, καὶ ἦγον εἴσω. Ἡ δὲ παρθένος πολὺν λόγον εἶχεν ἐμοῦ δί- 27
καιον ποιοῦσα, τοῦ συναιχμαλώτου, συναποδράσαντος, καὶ τὸν κοινὸν ἐκεῖνον αὐτῇ θάνατον συγκινδυνεύσαντος· καί μοι τοῖς κεκτημένοις ἄριστον παρέκειτο μέδιμνος κριθῶν, καὶ χόρτος, ὅσος καὶ καμήλῳ ἱκανός. ἐγὼ δὲ τότε μάλιστα κατηρώμην τὴν Παλαίστραν, ὡς ὄνον με, καὶ οὐ κύνα τῇ τέχνῃ μεταθεῖσαν. ἑώρων γὰρ τοὺς κύνας εἰς τοὐπταυεῖον παρεισιόντας, καὶ λαφύσσοντας πολλὰ, καὶ ὅσα ἐν γάμοις πλουσίων νυμφίων. ἡμέραις δὲ ὕστερον μετὰ τὸν γάμον οὐ πολλαῖς, ἐπειδὴ χάριν μοι ἔφη ἡ δέσποινα ἔχειν παρὰ τῷ πατρὶ, καὶ ἀμείψασθαί με ἀμοιβῇ τῇ δικαίᾳ θέλειν, ὁ πατὴρ ἐκέλευσεν ἐλεύ-

12 Δωχεῖον) Μαχειρεῖον. V. *ibid.* Λαφύσσοντας) Διαπαστρώγοντας. V.

virginem & mihi impositam sic domum deduxit. Vicani autem cum e longinquo nos viderent, bene nobis successisse agnoverunt, ruditu me meo bonum illis nuntium ferente. Accurrentes igitur salutant, & intro deducunt. Virgo multam merito rationem mei habuit, qui captivitatis pariter ac fugae illius socius fueram, atque in communi mortis periculo versatus. Ac mihi *apud novos* dominos prandium apponebatur medimnus hordei, & foeni quantum camelo satis esset. At ego tunc maxime Palaestram exsecrabar, quae me in asinum, non in canem arte sua transfiguraſſet. Videbam enim canes furtim ingressos in culinam multa ligurientes, quae solent in nuptiis sponsorum divitum. Paucis post nuptias diebus, cum gratiam mihi hera *minor* habere diceret apud patrem, & iustam mihi vicem velle persolvere, iussit pater liberum me dimitti sub divo, &

θερον ἀφιένει ὑπαίθριον, καὶ σὺν ταῖς ἀγελαίοις ἵπποις νέμεσθαι. καὶ γὰρ ὡς ἐλεύθερος, ἔφη, ζήσεται ἐν ἡδονῇ, καὶ ταῖς ἵπποις ἐπιβήσεται. καὶ αὕτη δικαιοτάτη ἀμοιβὴ ἐδόκει τότε, εἰ ἦν τὰ πράγματα ἐν ὄνῳ δικαστῇ. καλέσας οὖν τῶν ἱπποφορβῶν τινα, τούτῳ με παραδίδωσιν, ἐγὼ δὲ ἔχαιρον ὡς οὐκ ἔτι ἀχθοφορήσων. ἐπεὶ δὲ ἤκομεν εἰς τὸν ἀγρὸν, ταῖς ἵπποις με ὁ νομεὺς συνέμι-
28 ξε, καὶ ἦγεν ἡμᾶς τὴν ἀγέλην, εἰς νομόν. Ἐχρῆν δὲ ἄρα καὶ ταῦθ' ὥσπερ Καυδαύλῃ καὶ μοὶ γενέσθαι. ὁ γὰρ ἐπιστάτης τῶν ἵππων, τῇ αὐτοῦ γυναικὶ Μεγαπόλῃ ἔνδον με κατέλιπεν· ἡ δὲ τῇ μύλῃ με ὑπεζεύγνυεν, ὥστε ἀλεῖν αὐτῇ καὶ πυροὺς, καὶ κριθὰς ὅλας. καὶ τοῦτο μὲν ἦν μέτριον κακὸν εὐχαρίστῳ ὄνῳ ἀλεῖν τοῖς ἑαυτοῦ ἐπιστάταις. ἡ δὲ βελτίστη, καὶ παρὰ τῶν ἄλλων τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς ἀγροῖς (πολλοὶ δὲ πάνυ ἦσαν) ἄλευρα τὸν μισθὸν αἰτοῦσα, ἐξεμίσθου τὸν ἐμὸν ἄθλιον τράχηλον· καὶ τὰς μὲν κριθὰς, τὸν μὸν ἄριστον φρύγουσα, καμοὶ

cum gregalibus equabus paſcere. *Sic enim*, inquit, *& tanquam liber iucunde vivet, & equas inſcendet.* Et haec iuſtiſſima tum gratiae relatio videbatur, ſi res aſino iudice acta eſſet. Advocato ergo paſtorum uni me commendat, me gaudente, qui non amplius onera geſtaturus eſſem. Cum vero rus veniſſemus, equabus me admiſcuit paſtor, & nos, gregem, paſtum egit. Fatale autem erat, eadem mihi, quae Candauli, uſu venire. Magiſter enim equariae, ſuae uxori Megapolae domi me reliquit. Haec vero molae me iunxit, ut omne ſibi triticum hordeumque molerem. Atque illud mediocre incommodum erat aſino non ingrato, molere ſuis magiſtris. At optima mulier etiam ab aliis, per illos agros, erant autem ſane quam multi, farinas mercedis loco poſcens, miſeras cervices meas elocabat. Atque hordea, meum prandium, frixa, ipſa quoque molenda mihi infudit, fa-

ὥστε ἀλεῖν ἐπιβάλλουσα, μάζας ὅλας ποιοῦσα, κατέπινεν· ἐμοὶ δὲ, πίτυρα ἄριστον ἦν. εἰ δέ ποτε καὶ συνελάσειέ με ταῖς ἵπποις ὁ νομεὺς, παιόμενός τε καὶ δακνόμενος ὑπὸ τῶν ἀρσένων, ἀπωλλύμην. ἀεὶ γάρ με μοιχὸν ὑποπτεύοντες εἶναι τῶν ἵππων τῶν αὐτῶν γυναικῶν, ἐδίωκον, ἀμφοτέροις εἰς ἐμὲ ἀπολακτίζοντες, ὥστε φέρειν οὐκ ἠδυνάμην ζηλοτυπίαν ἱππικήν. λεπτὸς οὖν καὶ ἄμορφος ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ ἐγενόμην, οὔτε ἔνδον εὐφραινόμενος πρὸς τῇ μύλῃ, οὔτε ὑπαίθριος νεμόμενος, ὑπὸ τῶν συννόμων πολεμούμενος. Καὶ μὴν καὶ τὰ πολλὰ εἰς τὸ 29
ὄρος ἄνω ἐπεμπόμην, καὶ ξύλα τοῖς ὤμοις ἐκόμιζον. τοῦτο δὲ ἦν τὸ κεφάλαιον τῶν ἐμῶν κακῶν· πρῶτον μὲν ὑψηλὸν ὄρος ἀναβαίνειν ἔδει, ὁρᾷ δεινῶς ὁδὸν, εἶτα καὶ ἀνυπόδετος ὄρει ἐν λιβίνῳ. καί μοι συνεξέπεμπον ὀνηλάτην, παιδάριον ἀκάθαρτον. τοῦτό με καινῶς ἑκάστοτε ἀπώλλυε. πρῶτον μὲν ἔπαιέ με καὶ τρέχοντα λίαν, οὐ ξύλῳ

15 Καινῶς) Παραδόξως. V. *ibid.* Ἑκάστοτε) Ἀεί. V.

ctaſque inde placentas totas devoravit. Mihi vero furfures erant prandium. Si quando vero etiam cum equabus me exigeret paſtor, percuſſus morſuſque a maribus equis peribam. Semper enim me adulterum ſuſpicati equarum, ſuarum uxorum, perſequebantur, utraſque in me calces iactantes, adeo ut impar eſſem ferendae equinae illi zelotypiae. Emaciatus ergo & ſtrigoſus non ita multo tempore fiebam, qui neque intus laetarer ad molam, neque ſub divo paſcens, oppugnatus quippe a paſtionis ſociis. Verum etiam frequenter ſurſum in montem mittebar, & ligna gerebam humeris. Illud vero caput malorum meorum fuit. Primo quidem altus mons aſcendendus erat, ardua vehementer via, inſuper non calceatus *eram* in monte ſcrupeo. Et una mecum emittebant mulionem, impurum puerum, qui male me ſemper perderet. Primo percutiebat me, valde

ἁπλῷ, ἀλλὰ τῷ ὄζους πυκνοὺς ἔχοντι καὶ ὀξεῖς, καὶ ἀεὶ ἔπαιεν εἰς τὸ αὐτὸ τοῦ μηροῦ, ὥστε ἀνέῳκτό μοι κατ' ἐκεῖνο ὁ μηρὸς τῇ ῥάβδῳ, ὁ δὲ ἀεὶ τὸ τραῦμα ἔπαιεν. εἶτά μοι ἐπετίθει Φορτίον, ὅσον χαλεπὸν εἶναι καὶ ἐλέφαντι ἐνεγκεῖν, καὶ ἄνωθεν ἡ κατάβασις ὀξεῖα ἦν. ὁ δὲ καὶ ἐνταῦθα ἔπαιεν. εἰ δέ μοι περιπίπτον ἴδοι τὸ Φορτίον, καὶ εἰς τὸ ἕτερον ἐπικλίνον, δέον τῶν ξύλων ἀφαιρεῖν, καὶ τῷ κουφοτέρῳ προσβαλεῖν, καὶ τὸ ἴσον ποιεῖν, τοῦτα μὲν οὐδέποτε εἰργάσατο, λίθους δὲ μεγάλους ἐκ τοῦ ὄρους ἀναιρούμενος, εἰς τὸ κουφότερον καὶ ἄνω νεῦον τοῦ Φορτίου προσετίθει· καὶ κατήειν ἄθλιος τοῖς ξύλοις ὁμοῦ καὶ λίθους ἀχρείους περιφέρων. καὶ ποταμὸς ἦν ἀένναος ἐν τῇ ὁδῷ· ὁ δὲ τῶν ὑποδημάτων φειδόμενος, ὀπίσω τῶν ξύλων ἐπ' ἐμοὶ καθίζων, ἐπέρα τὸν ποταμόν. Εἰ δέ ποτε οἷα κάμνων καὶ ἀχθοφορῶν καταπέσοιμι, τότε δὴ τὸ δεινὸν ἀφόρητον ἦν. οὐ γὰρ ἦν καταβὰς τοῦ χεῖρά μοι ἐπι-

licet currentem, non ſimplici fuſte, ſed crebris acutiſque nodis inaequali, eandemque ſemper femoris partem percutiebat, adeo ut aperiretur mihi a baculo eo loco femur: at ille ipſum perpetuo vulnus ferire. Deinde imponebat mihi onus elephanti etiam portatu difficile. Eratque deſcenſus *de ſummo* arduus; at ille hic etiam pulſabat. Si quando labare mihi videret onus, & in alteram partem inclinare, cum deberet de lignis ablatum aliquid leviori parti adiicere, & ita peraequare: hoc ille nunquam fecit, ſed lapides magnos de monte ſublatos in leviorem & furſum nutantem oneris partem addidit: deſcendebam ergo miſer, cum lignis lapides ſimul inutiles circumferens. Erat porro rivus in via perennis. Ille vero, parcens calceamentis, poſt ligna mihi inſidens rivum traiiciebat. Si quando vero prae laſſitudine & onere decumberem; tum vero intolerabile erat malum. Cuius enim erat, ut deſcendens manum mihi inii-

δοῦναι, κἀμὲ χαμόθεν ἐπεγείρειν, καὶ τὸ φορτίον ἀφελεῖν, ἄν ποτε καὶ δέοι· ὁ δὲ οὔτε κατῆλθεν, οὔτε χεῖρα ἄν ποτε ἐπέδωκεν, ἀλλ' ἄνωθεν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, καὶ τῶν ὤτων ἀρξάμενος ἐνέκοπτέ με τῷ ξύλῳ, ἕως ἐπεγείρωσί με αἱ πληγαί. καὶ μὴν καὶ ἄλλο κακὸν εἰς ἐμὲ ἀφόρητον ἔπαιζε. συνενεγκὼν ἀκανθῶν ὀξυτάτων φορτίον, καὶ τοῦτο δεσμῷ περισφίγξας, ἀπεκρέμα ὄπισθεν ἐκ τῆς οὐρᾶς, αἱ δὲ, οἷον εἰκὸς ἦν, ἀπιόντος τὴν ὁδὸν, ἀποκρεμάμεναι προσέπιπτόν μοι, καὶ πάντα μοι τὰ ὄπισθε νύττουσαι ἐτίτρωσκον· καὶ ἦν μοι τὸ ἀμύνειν ἀδύνατον, τῶν τιτρωσκόντων ἀεί μοι ἑπομένων, κἀμοῦ ἠρτημένων. εἰ μὲν γὰρ ἀτρέμα προΐοιμι φυλαττόμενος τῶν ἀκανθῶν τὴν προσβολὴν, ὑπὸ τῶν ξύλων ἀπωλλύμην· εἰ δὲ φεύγοιμι τὸ ξύλον, τότ' ἤδη τὸ δεινὸν ὄπισθεν ὀξὺ προσέπιπτε. καὶ ὅλως ἔργον ἦν τῷ ὀνηλάτῃ τῷ ἐμῷ ἀποκτεῖναί με. Ἐπεὶ δέ ποτε ἅπαξ κακὰ πάσχων πολλὰ, 31

ceret, meque de terra excitaret, & onere, ſicubi opus eſſet, levaret; ille neque deſcendebat, neque manum praebebat unquam, ſed initio a capite & auribus facto fuſti me concidebat, dum ſuſcitarent me plagae. Ludit etiam aliud in me malum intolerabile. Comportatum ſpinarum acutiſſimarum faſcem, & vinculo conſtrictum, a tergo & cauda mihi ſuſpendit. Illae ergo, ut facile eſt ad cogitandum, pergente me viam, dependentes impingunt, atque aſſiduo punctu poſteriora mihi omnia vulnerant. Nec defendere me ullo modo poteram, inſtantibus mihi ſemper, quae vulnerarent, & a me ipſo ſuſpenſis. Etenim ſi ſenſim progrederer, appulſum ſpinarum cavens, peribam a fuſtibus: ſi vero fuſtim fugerem, tum iam malum illud a tergo acutiſſimum ingruebat. Et omnino id operam dabat agaſo meus, me ut interficeret. Cum autem ſemel aliquando mala per-

οὐκ ἔτι Φέρων, πρὸς αὐτὸν λακτίσας ἐκίνησα, εἶχεν ἀεὶ τοῦτο τὸ λάξ ἐν μνήμῃ. καί ποτε κελεύεται στυππεῖον ἐξ ἑτέρου χωρίου εἰς ἕτερον χωρίον μετενεγκεῖν. κομίσας οὖν με, καὶ τὸ στυππεῖον τὸ πολὺ συ[illegible]εγκών, κατέδησεν ἐπ' ἐμὲ, καὶ δεσμῷ ἀργαλέῳ εὖ μάλα προσέδησέ με τῷ Φορτίῳ, κακὸν ἐμοὶ μέγα τυρεύων. ἐπεὶ δὲ προϊέναι λοιπὸν ἔδει, ἐκ τῆς ἑστίας κλέψας δαλὸν ἔτι θερμὸν, ἐπειδὴ πόρρω τῆς αὐλῆς ἐγενόμεθα, τὸν δαλὸν ἐνεκρυψεν εἰς τὸ στυππεῖον. τὰ δὲ (τί γὰρ ἄλλο ἐδύνατο;) εὐθὺς ἀνάπτεται, καὶ λοιπὸν οὐδὲν ἔΦερον ἄλλο, ἢ πῦρ ἄπλετον. μαθὼν οὖν ὡς αὐτίκα ὀπτήσομαι ἐν τῇ ὁδῷ, τέλματι βαθεῖ ἐντυχὼν, ῥίπτω ἐμαυτὸν τοῦ τέλματος ἐς τὸ ὑγρότατον· εἶτα ἰκύλιον ἐνταῦθα τὸ στυππεῖον, καὶ δινῶν καὶ στρέΦων ἐμαυτὸν, τῷ πηλῷ κατέσβεσα τὸ θερμὸν ἐκεῖνο, καὶ πικρὸν ἐμοὶ Φορτίον, καὶ οὕτω λοιπὸν ἀκινδυνό-

2 Στυππεῖον) Στύππιον. V.
6 Τυρεύων) Κατασκευάζων. V.
10 Ἄπλετον) Μέγα, ἄπειρον, ἀχώρητον. V.
11 Τέλματι) Τέλματα τὰ πηλώδη καὶ τελευταῖα τοῦ ὕδατος, ἢ βάθρα· Ἰσαῖος δὲ εἶπε τὰ γεωργούμενα χωρία. V.

pessus multa, prae impatientia calcem contra illum movissem, semper illum calcem in memoria habuit. Ac iussus aliquando stuppam ex uno agro in alterum transferre, adducit me, stuppamque illam multam collatam mihi imponit, validoque me funè sarcinae probe alligat, fraudem mihi ea re machinatus maximam. Cum vero iam pergendum esset, de foco furatus torrem adhuc ardentem, ubi procul ab aula recessemus, eum torrem in stuppa absconditi: illa vero, quî enim posset aliter? subito ignem concipit: ilicet, nihil fero aliud, quam ignem immensum. Videns ego statim me in via assandum, observata forte lacuna paluștri, in liquidissimam illius me partem abiicio: volvensque ibi stuppam, meque ipsum adeo circumagens & vertens, luto exstinguo ardentem & acerbam mihi sarcinam: sicque reliquum viae

τερον ἐβάδιζον τῆς ὁδοῦ τὸ ὑπόλοιπον. οὐδὲ γὰρ ἔτι ἀνάψαι με τῷ παιδὶ δυνατὸν ἦν τοῦ στυππείου πηλῷ ὑγρῷ πεφυρμένου. καὶ τοῦτό γε ὁ τολμηρὸς παῖς προσελθὼν ἐμοῦ κατεψεύσατο, εἰπὼν, ὡς παριὼν, ἑκὼν ἑαυτὸν ἐνσείσαιμι τῇ ἑστίᾳ· καὶ τότε μὲν ἐκ τοῦ στυππείου μηδὲ ἐλπίζων, ὑπεξῆλθον. Ἄλλ' ἕτερον ὁ ἀκάθαρτος παῖς ἐξεύ- 32
ρεν ἐπ' ἐμὲ μαπρῷ κάκιον. κομίσας γάρ με ἐς τὸ ὄρος, καί μοι Φορτίον ἀδρὸν ἐπιθεὶς ἐκ τῶν ξύλων, τοῦτο μὲν πιπράσκει γεωργῷ πλησίον οἰκοῦντι, ἐμὲ δὲ γυμνὸν καὶ ἄξυλον κομίσας οἴκαδε, καταψεύδεταί μου πρὸς τὸν αὐτὸν δεσπότην ἔργον ἀνόσιον. τοῦτον, δέσποτα, τὸν ὄνον οὐκ οἶδ' ὅτι βόσκομεν, δεινῶς ἀργὸν ὄντα καὶ βραδύν. ἀλλὰ μὴν νῦν ἐπιτηδεύει καὶ ἄλλο ἔργον, ἐπεὶ γυναῖκα ἢ παρθένον καλὴν καὶ ὡραίαν ἴδῃ, ἢ παῖδα, ἀπολακτίσας ἕπεται δρόμῳ ἐπ' αὐτούς, ὡς εἴ τις ἐρᾷ ἄνθρωπος ἄρρην, ἐπὶ ἐρωμένῃ γυναικὶ κινούμενος, καὶ δάκνει

1 Ὑπόλοιπον) Ἐπίλοιπον. G.
3 Πεφυρμένου) Φύρω, μολύνω, ἐκβρίχω, πλύνω, συγχέω, παράσσω, μιγνύω. V.

minori cum periculo absolvo. Nec enim poterat iam puer iterum accendere stuppam liquido luto subactam. At hoc certe audax puer, cum delatus esset, *quo tendebat*, me calumniatus est, me praetereuntem ultro infricuisse me foco. Interea rum e stuppa praeter spem evaseram. Sed aliud impurus ille puer contra me longe peius excogitat. In montem me deducit, gravi lignorum sarcina oneratum: eaque ligna rustico vendit habitanti in vicinia: me vero nudum sine lignis domum deductum apud communem dominum nefandi facinoris per calumniam reum facit. *Istum, here*, inquit, *asinum, nescio cur alamus, supra modum piger qui sit ac tardus. Verum nunc aliud quoque sibi opus curae habet. Ubi mulierem, aut virginem pulchram ac formosam videt, aut puerum; iactatis calcibus cursu eos insequitur, eademque fere ratione, atque amator homo in amata sibi muliere commovetur: & osculi in morem morsicat, &*

ἐν φιλήματος σχήματι, καὶ πλησιάζειν βιάζεται, ἐκ δὲ τούτου σοὶ δίκας καὶ πράγματα παρέξει, πάντων ὑβριζομένων, πάντων ἀνατρεπομένων. καὶ γὰρ νῦν ξύλα κομίζων, γυναῖκα εἰς ἀγρὸν ἀπιοῦσαν ἰδὼν, τὰ μὲν ξύλα πάντα χαμαὶ ἐσκόρπισεν ἀποσεισάμενος· τὴν δὲ γυναῖκα ἐς τὴν ὁδὸν ἀνατρέψας, γαμεῖν ἐβούλετο, ἕως ἄλλος ἄλλοθεν ἐκδραμόντες, ἠμύναμεν τῇ γυναικὶ, ἐς
33 τὸ μὴ διασπασθῆναι ὑπὸ τοῦ καλοῦ τούτου ἐραστοῦ. Ὁ δὲ ταῦτα πυθόμενος, Ἀλλ' εἰ μήτε βαδίζειν, ἔφη, ἐθέλει, μήτε φορτηγεῖν, καὶ ἔρωτας ἀνθρωπίνους ἐρᾷ, ἐπὶ γυναῖκας καὶ παῖδας οἰστρούμενος, ἀποσφάξατε αὐτόν· καὶ τὰ μὲν ἔγκατα τοῖς κυσὶ δότε, καὶ τὰ κρέα τοῖς ἐργάταις φυλάξατε· καὶ ἢν ἔρηται, πῶς οὗτος ἀπέθανε, λύκου τοῦτο καταψεύσασθε. ὁ μὲν οὖν ἀκάθαρτος παῖς, ὀνηλάτης ἐμὸς, ἔχαιρε, καί με αὐτίκα ἤθελεν ἀποσφάττειν. ἀλλ' ἔτυχε γάρ τις παρὼν τότε γειτόνων γεωργῶν, καὶ οὗτος ἐρύσατό με ἐκ τοῦ θανάτου, δεινὰ ἐπ' ἐμοὶ βουλευσάμενος. Μηδαμῶς, ἔφη, ἀποσφά-

vi in complexum ruit. Ex ea autem re lites tibi & negotia faceſſet, cum inſultet omnibus, evertat omnes. Etenim modo ligna geſtans, conſpecta muliere rus eunte, humi diſperſit excuſſa ligna omnia, cum muliere vero in viam everſa nuptias facere voluit, donec accurrentes aliunde alius, auxilio fuimus mulieri, ne a praeclaro iſtoc amatore laceraretur. Ille vero, his auditis, *Si vero*, inquit, *neque incedere vult, neque geſtare onera, & humanos amores amat, in mulieres puerosque inſaniens, illum iugulate, atque inteſtina proiicite canibus, carnes ſervate operis: ac ſi interrogabitur, quomodo iſte perierit? a lupo factum mentimini.* Impurus ergo puer, meus mulio, gaudere, ac ſtatim me velle iugulare. Sed forte fortuna interveniens de vicinia ruſticorum aliquis, illa me morte eripuit: dirum *tamen* contra me conſilium ſubiecit.

ξης ὄνον, καὶ ἀλεῖν καὶ ἀχθοφορεῖν δυνάμενον· καὶ οὐ μέγα ἔργον. ἐπειδὴ γὰρ εἰς ἀνθρώπους ἔρωτι καὶ οἴστρῳ φέρεται, λαβὼν αὐτὸν ἔκτεμε· τῆς γὰρ ἐπαφροδίτου ταύτης ὁρμῆς ἀφαιρεθεὶς, ἥμερός τε εὐθὺς καὶ πίων ἔσται, καὶ οἴστρου φορτίον μέγα, οὐδὲν ἀχθόμενος. εἰ δὲ αὐτὸς ἀπείρως ἔχεις ταύτης τῆς ἰατρείας, ἀφίξομαι δεῦρο μεταξὺ τριῶν ἢ τεττάρων ἡμερῶν, καί σοι τοῦτον σωφρονέστερον προβάτου παρέξω τῇ τομῇ. οἱ μὲν οὖν ἔνδον ἅπαντες ἐπῄνουν τὸν σύμβουλον, ὡς εὖ λέγοι, ἐγὼ δὲ ἤδη ἐδάκρυον, ὡς ἀπολέσων αὐτίκα τὸν ἐν τῷ ὄνῳ ἄνδρα, καὶ ζῆν οὐκ ἔτι ἐθέλειν ἔφην, εἰ γενοίμην εὐνοῦχος. ὥστε καὶ ὅλως ἀποσιτῆσαι τοῦ λοιποῦ ἐγνώκειν, ἢ ῥίψαι ἐμαυτὸν ἐκ τοῦ ὄρους, ἔνθα ἐκπεσὼν, θανάτῳ οἰκτίστῳ ὁλόκληρος ἔτι καὶ ἀκέραιος νεκρὸς τεθνήξομαι. Ἐπεὶ δὲ ἦν 34
νὺξ βαθεῖα, ἄγγελός τις ἀπὸ τῆς κώμης ἦλθεν εἰς τὸν ἀγρὸν, καὶ τὴν ἔπαυλιν, ταύτην λέγων τὴν νεάνυμφον

14 Ἀκέραιος) Ἐκ παραλλήλου. V.

Nequaquam, inquit, *interfeceris asinum, & molere valentem & geſtare onera. Nec magnum opus. Quando enim in homines amore atque oeſtro fertur, comprehenſum exſeca. Etenim venereo iſto impetu ſublato, manſuetus ſtatim & pinguis erit, & magnum ſine labore onus geſtabit. Si vero ipſe huius curationis imperitus es, intra tertium quartumve diem huc veniam, & iſtum tibi ovicula mitiorem illa ſectione praeſtabo.* Itaque familiares omnes laudare conſiliarium, bene illum dicere *aſſeverantes*. Ego vero iam plorare, qui mox perditurus eſſem *latentem* in aſino virum, & negare, me vivere velle, ſi eunuchus fierem: adeo ut omnino cibo abſtinere in poſterum decernerem, aut de monte me praecipitare, unde delapſus miſerrima equidem morte, integrum tamen adhuc & intemeratum cadaver, morerer. Intempeſta iam nocte, nuntius de vico aliquis rus venit & in villam, dicens, puellam illam recens

κόρην, τὴν ὑπὸ τοῖς λησταῖς γενομένην, καὶ τὸν ταύτης νυμφίον, περὶ δείλην ὀψίαν ἀμφοτέρους αὐτοὺς ἐν τῷ αἰγιαλῷ περιπατοῦντας, ἐπιπολάσασαν ἄφνω τὴν θάλασσαν ἁρπάσαι, καὶ ἀφανεῖς ποιῆσαι, καὶ τέλος αὐτοῖς τοῦτο τῆς συμφορᾶς καὶ θανάτου γενέσθαι. οἱ δὲ, οἷα δὴ κεκενωμένης οἰκίας νέων δεσποτῶν, ἔγνωσαν μηκέτι μένειν ἐν τῇ δουλείᾳ, ἀλλὰ πάντα διαρπάσαντες τὰ ἔνδον, φυγῇ ἐσώζοντο. ὁ δὲ νομεὺς τῶν ἵππων, κἀμὲ παραλαβὼν, καὶ πάνθ' ὅσα δυνατὸς ἦν συλλαβὼν, ἐπικατέδησέ μοι καὶ ταῖς ἵπποις· ἐγὼ δὲ ἠχθόμην μὲν, φέρων φορτίον ὄνου ἀληθινοῦ, ἀλλ' οὖν ἄσμενος τὸ ἐμπόδιον τοῦτο τῆς ἐμῆς ἐδεξάμην ἐκταμῆς· καὶ τὴν νύκτα ὅλην ἐλθόντες ὁδὸν ἀργαλέαν, καὶ τριῶν ἄλλων ἡμερῶν τὴν ὁδὸν ἀνύσαντες, ἐρχόμεθα ἐς πόλιν τῆς Μακεδονίας, Βέ-
35 ροιαν, μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον. Ἐνταῦθα ἔγνωσαν οἱ ἄγοντες ἡμᾶς ἱδρύσαι, καὶ ἑαυτούς. καὶ τότε δὴ πρά-

nuptam, illam, quae in latronum poteſtate fuerat, ipſiuſque ſponſum, ſero diei ambos & ſolos in litore ambulantes, accedente ſubito maris fluctu abreptos, non amplius comparere, eumque finem illis calamitatis ac mortis acciſſe. Hic illi, velut orbata iunioribus heris domo, decernunt non amplius manere in ſervitute, ſed direptis, quae intus erant, omnibus, fuga ſibi conſulunt. Equarum autem paſtor, & me aſſumto, & convaſatis quae poterat omnibus, ea mihi & equabus imponit. Ego gravabar equidem ferens veri onus aſini. Interim lubens impedimentum illud meae caſtrationis excepi. Ac per totam illam noctem difficili itinere cum perrexiſſemus, & trium aliorum dierum ſuperata via, venimus in urbem Macedoniae, Beroeam, magnam ac celebrem. Ibi ſtatuunt, qui nos egerant, & ipſi ſe collocare, & nos. Tum igitur noſtrûm, iumentorum

τις ἦν ἡμῶν τῶν κτηνῶν, καὶ κῆρυξ εὔφωνος ἐν ἀγορᾷ μέσῃ ἑστὼς, ἐκήρυττεν· οἱ δὲ προσιόντες ἰδεῖν ἤθελον, τὰ στόματα ἡμῶν ἀνοίγοντες, καὶ τὴν ἡλικίαν ἐν τοῖς ὀδοῦσιν ἑκάστου ἔβλεπον, καὶ τοὺς μὲν ὠνήσαντο ἄλλος ἄλλον, ἐμὲ δὲ ὕστατον ἀπολελειμμένον ὁ κῆρυξ ἐκέλευσεν αὖθις ἐπανάγειν ἐς οἶκον, ὁρᾷς, λέγων, οὗτος μόνος οὐχ εὑρίσκει κύριον. ἡ δὲ πολλὰ πολλάκις διουμένη καὶ μεταπίπτουσα Νέμεσις ἤγαγε καμοὶ τὸν δεσπότην, οἷον οὐκ ἂν εὐξαίμην· κίναιδος γὰρ καὶ γέρων ἦν, τούτων εἷς τῶν τὴν θεὸν τὴν Συρίαν εἰς τὰς κώμας καὶ τοὺς ἀγροὺς περιφερόντων, καὶ τὴν θεὸν ἐπαιτεῖν ἀναγκαζόντων, τούτῳ πιπράσκομαι πολλῆς πάνυ τιμῆς, τριάκοντα δραχμῶν· καὶ στένων ἤδη, τῷ δεσπότῃ εἱπόμην ἄγοντι. Ἐπεὶ 36
δὲ ἥκομεν ἔνθα ᾤκει Φίληβος, (τοῦτο γὰρ εἶχεν ὄνομα ὁ ὠνησάμενός με) μέγα εὐθὺς πρὸ τῆς θύρας ἀνακέκραγεν, Ὦ κοράσια, δοῦλον ὑμῖν ἐώνημαι καλὸν καὶ ἄδρον,

nempe, inſtituta auctio: & vocalis praeco, in medio ſtans foro, proclamat. Accedentes autem *emtores* inſpicere *nos* volunt, apertiſque noſtris oribus, annos de dentibus uniuſcuiuſque ſpectant. Et partim quidem, aliud alius emunt. Me autem relictum ultimum iubet domum rurſus reduci praeco, *Vides*, inquiens, *hic ſolus dominum non reperit.* Verum illa, multum ſaepe vertigine quaſi quadam circumacta, & huc illuc labans, ultrix providentia, adduxit mihi quoque, qualem minime optarem, herum. Cinaedus enim & ſenex erat, ex eo genere unus, qui Syriam Deam per vicos agroſque circumferunt, & mendicatum ire Deam cogunt. Huic vendor magno ſane pretio, drachmis triginta. Iamque ingemiſcens ducentem ſequor dominum. Cum autem veniſſemus in diverſorium Philebi, (hoc enim nomen habebat, qui me emerat) magna ſtatim ante ianuam voce exclamat, *Emi vobis, puellae, ſervum pulchrum, & compa-*

καὶ Καππαδόκην τὸ γένος. ἦσαν δὲ τὰ κοράσια ταῦτα, ὄχλος κιναίδων συνεργῶν τοῦ Φιλήβου, καὶ πάντες πρὸς τὴν βοὴν ἀνεκρότησαν. ὠοντο γὰρ ἀληθῶς ἄνθρωπον εἶναι τὸν ἐωνημένον· ὡς δὲ εἶδον ὄνον ὄντα τὸν δοῦλον, ἤδη ταῦτα ἐς τὸν Φίληβον ἔσκωπτον, Τοῦτον οὐ δοῦλον, ἀλλὰ νυμφίον σαυτῇ πόθεν ἄγεις λαβοῦσα; ὄναιο δὲ τούτων τῶν καλῶν γάμων, καὶ τέκοις ταχέως ἡμῖν πώλους
37 τοιούτους. καὶ οἱ μὲν ἐγέλων. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ συνετάττοντο ἐπ' ἔργον, ὥσπερ αὐτὰ ἔλεγον, καὶ τὴν θεὸν ἐνεσκευασάμενοι ἐμοὶ ἐπέθηκαν. εἶτα τῆς πόλεως ἐξηλαύνομεν, καὶ τὴν χώραν περιήειμεν. ἐπειδὰν δ' εἰς κώμην τινὰ προσέλθοιμεν, ἐγὼ μὲν ὁ θεοφόρητος ἱστάμην, ὁ δὲ αὐλητὴς ὅμιλος ἐφύσα ἔνθεον, οἱ δὲ τὰς μίτρας ἀποῤῥίψαντες τὴν κεφαλὴν κάτωθεν ἐκ τοῦ αὐχένος ἐλίσσοντες, τοῖς ξίφεσιν ἐτέμνοντο τοὺς πήχεις, καὶ τὴν γλῶτταν τῶν ὀδόντων ὑπερβάλλων ἕκαστος, ἔτεμνε καὶ ταύτην· ὥστε ἐν ἀκαρεῖ πάντα πεπλῆσθαι μαλακοῦ αἵ-

13 Ὅμιλος) Πλῆθος, ὄχλος, ἄθροισμα. V.

thum, & gente Cappadocem. At illae puellae erant turba cinaedorum, Philebi ſodalium, qui omnes ad illum clamorem plauſum tollunt, rati revera hominem eſſe, quod emtum eſſet. Cum autem viderent, aſinum eſſe illum ſervum, iam iſta in Philebum cavillantur, *Hunc non ſervum*, o noſtra, *ſed ſponſum tibi, unde quaeſo acceptum adducis? Feliciter vero tibi eveniant praeclarae nuptiae, pariaſque nobis propediem tales pullos.* Sic tum ridebant. Poſtridie ad opus, ut ipſi dicebant, ſuum ſe accingunt: ornatamque Deam mihi imponunt. Tum urbe egreſſi per agros circumimus. Quoties vero ad vicum acceſſeramus, ego Deae gerulus inſiſtebam. Sed tibicinum turba fanaticum quiddam inflante, illi capite demiſſo cervices intorquentes, lacertos ſibi vulnerant, & exſertam ultra dentes linguam quiſque & ipſam inciduſt: adeo ut breviſſimo temporis ſpatio molli ſangui-

ματος. ἐγὼ δὲ ταῦτα ὁρῶν, τὰ πρῶτα ἔτρεμον ἐστὼς, μήποτε χρεία τῇ θεῷ καὶ ὀνείου αἵματος γένοιτο. ἐπειδὰν δὲ κατακόψειαν οὕτως ἑαυτοὺς, ἐκ τῶν περιεστηκότων θεατῶν συνέλεγον ὀβολοὺς καὶ δραχμάς· ἄλλος ἰσχάδας, καὶ τυρὸν, καὶ οἴνου κάδον ἐπέδωκε, καὶ πυρῶν μέδιμνον καὶ κριθῶν τῷ ὄνῳ. οἱ δὲ ἐκ τούτων ἐτρέφοντο, καὶ τὴν ἐπ' ἐμοὶ κομιζομένην θεὸν ἐθεράπευον. Καί ποτε 38
εἰς κώμην τινὰ αὐτῶν εἰσβαλλόντων ἡμῶν, νεανίσκον τῶν κωμητῶν μέγαν ἀγρεύσαντες, εἰσάγουσιν εἴσω, ἔνθα καταλύοντες ἔτυχον. ἔπειτα ἔπασχον ἐκ τοῦ κωμήτου, ὅσα συνήθη καὶ φίλα τοιούτοις ἀνοσίοις κιναίδοις ἦν. ἐγὼ δὲ ὑπεραλγήσας ἐπὶ τῇ ἐμαυτοῦ μεταβολῇ, ὅτι μέχρι νῦν ἀνέχομαι κακῶν, ἀναβοῆσαι, ὦ Ζεῦ σχέτλιε, ἠβέλησα, ἀλλ' ἡ μὲν φωνὴ οὐκ ἀνέβη μοι ἡ ἐμὴ, ἀλλ' ἡ τοῦ ὄνου ἐκ τοῦ φάρυγγος, καὶ μέγα ὠγκησάμην. τῶν δὲ κωμητῶν τινες (ἔτυχον γὰρ τότε ὄνον ἀπολωλε-

ne plena essent omnia. Ego vero ista cum viderem, primum adstans tremere, ne forte Deae asinino etiam sanguine opus esset. Ubi vero ita se conciderant, de circumstantibus spectatoribus stipem, obolos ac drachmas colligunt. Alius ficus, & caseum, & vini cadum dedit, & tritici medimnum & hordei asino. Ex his illi alebantur, gestatamque humeris meis Deam colebant. Atque in vicum aliquando illorum delatis nobis, captum de vicanis magnum iuvenem intro deducunt, ubi diversabantur: deinde patiuntur a rustico, quae consueta atque cara nefandis istis cinaedis erant. Ego vero supra modum dolens mea illa transformatione, quantum ad eum diem malorum sustinerem, exclamare, o patiens nimis Iuppiter! volebam. Sed vox quidem mea mihi non ascendit e gutture, sed asini; magnum nempe rudebam. Verum agrestes quidam, qui forte asinum perdide-

κότες, καὶ τὸν ἀπολωλότα ζητοῦντες) ἀκούσαντές μου μέγα βοήσαντος, παρέρχονται εἴσω, οὐδενὶ οὐδὲν εἰπόντες, ὡς ἐμοῦ τοῦ ἐκείνων ὄντος, καὶ καταλαμβάνουσι τοὺς κιναίδους, ἄῤῥητα ἔνδον ἐργαζομένους· καὶ γέλως ἐκ τῶν ἐπεισελθόντων πολὺς γίγνεται ἔξω· καὶ ἐκθαμόντες, ὅλῃ τῇ κώμῃ τῷ λόγῳ διέδωκαν τῶν ἱερέων τὴν ἀσέλγειαν. οἱ δὲ αἰδούμενοι δεινῶς ταῦτα ἐληλεγμένα, τῆς ἐπιούσης νυκτὸς εὐθὺς ἔνθεν ἐξήλασαν. καὶ ἐπειδὴ ἐγένοντο ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς ὁδοῦ, ἐχαλέπαινον, καὶ ὠργίζοντο ἐμοὶ τῷ μηνύσαντι τὰ ἐκείνων μυστήρια. καὶ τοῦτο μὲν ἀνεκτὸν τὸ δεινὸν ἦν· κακῶς τῷ λόγῳ ἀκούειν, ἀλλὰ τὰ μετὰ τοῦτο οὐκέτ' ἀνεκτά· τὴν γὰρ θεὸν ἀφελόντες μου, καὶ χαμαὶ καταθέμενοι, καὶ τὰ στρώματά μου πάντα περισπάσαντες, γυμνὸν ἤδη προσδέουσί με δένδρῳ μεγάλῳ, εἶτα ἐκείνῃ τῇ ἐκ τῶν ἀστραγάλων μάστιγι παίοντες, ὀλίγου ἐδέησαν ἀποκτεῖναι, κελεύοντές με τοῦ λοιποῦ ἄφωνον εἶναι θεοφόρητον, καὶ μὴν καὶ ἀποσφάξαι

rant, requirentes amiſſum, audito me validum clamante, intro ingrediuntur, nemine praemonito, tanquam ego illorum eſſem; deprehenduntque cinaedos infanda intus patrantes. Itaque riſus extra multus ab his, qui ingreſſi fuerant, oritur, qui diſcurrentes per totum vicum, ſermonibus differunt ſacerdotum libidinem. Hi, quos vehementer puderet, ea in apertum eſſe prolata, proxima nocte ſtatim inde diſcedunt: cumque in deſerto viae eſſent, indigne ferunt, & iraſcuntur mihi, qui myſteria illorum enuntiaſſem. Atque illud quidem tolerabile malum erat, maledicta illorum audire; ſed quae ſequebantur, non iam tolerabilia: Dea enim ablata a me, & humi depoſita, detractiſque omnibus meis ſtragulis, nudum iam magnae arbori alligant: tum illo de talis flagello caeſum parum abeſt, quin interficiant, iubentes ut mutus in poſterum eſſem Deae gerulus. Quin

μετὰ τὰς μάστιγας ἐβουλεύσαντο, ὡς ἐς ὕβριν αὐτοὺς βαλόντα πολλὴν, καὶ τῆς κώμης οὐκ ἐργασαμένους ἐκβαλόντα· ἀλλ' ὥστε με μὴ ἀποκτεῖναι, δεινῶς αὐτοὺς ἡ θεὸς ἐδυσώπησε, χαμαὶ καθημένη, καὶ οὐκ ἔχουσα ὅπως ὀδεύοι. Ἐντεῦθεν οὖν μετὰ τὰς μάστιγας λαβὼν 39
τὴν δέσποιναν, ἐβάδιζον, καὶ πρὸς ἑσπέραν ἤδη καταλύομεν εἰς ἀγρὸν πλουτοῦντος ἀνθρώπου· καὶ ἦν οὗτος ἔνδον, καὶ τὴν θεὸν μάλα ἁσμένως τῇ οἰκίᾳ ὑπεδέξατο, καὶ θυσίας αὐτῇ προσήγαγεν. ἐνθάδε οἶδα μέγαν κίνδυνον αὐτὸς ὑποστάς· τῶν φίλων γάρ τις τῷ δεσπότῃ τῶν ἀγρῶν ἔπεμψε δῶρον, ὄνου ἀγρίου μηρόν· τοῦτον ὁ μάγειρος σκευάσαι λαβὼν, ῥᾳθυμίᾳ ἀπώλεσε, κυνῶν πολλῶν λαθραίως εἴσω παρελθόντων· ὃς δεδιὼς πληγὰς πολλὰς, καὶ βάσανον ἐκ τῆς ἀπωλείας τοῦ μηροῦ, ἔγνω κρεμάσαι ἑαυτὸν ἐκ τοῦ τραχήλου. ἡ δὲ γυνὴ ἡ τούτου, κακὸν ἐξαίσιον ἐμὸν, Ἀλλὰ μήτε ἀπόθνησκε, εἶπεν, ὦ φίλτατε, μήτε ἀθυμίᾳ τοιαύτῃ δῶς σεαυτόν· πειθόμε-

de iugulando me etiam poſt verbera deliberabant, qui tanta illos affeciſſem contumelia, & antequam meruiſſent aliquid, vico excuſſiſſem. Sed quo minus me occiderent, Deae verecundia movebantur, iacentis humi, nec habentis quomodo iter faceret. Hinc ergo poſt flagella, recepta domina, pergo. Verſus veſperam devertimus in praedio hominis divitis. Domi hic erat *commodum*, lubenſque Deam domo recipiebat, offerebatque illi ſacrificia. Hic memini magnum me ſubire periculum. Miſerat domino praedii donum amicorum aliquis, femur ſilveſtris aſini. Hoc coquus dum parare vult, negligentia perdit, canibus pluribus clam ingreſſis. Hic plagarum multarum metu atque cruciatus ob perditum femur, ſuſpendere ſe decernit. Verum uxor illius, inauſpicatum mihi malum, *Tu vero cariſſime*, inquit, *mori noli, nec deſperationi tali te tradideris. Mihi enim obſecutus bene*

νος γάρ μοι, πράξεις εὖ πάντα. τῶν κιναίδων τὸν ὄνον λαβὼν ἔξω εἰς ἔρημον χωρίον, κἄπειτα σφάξας αὐτὸν, τὸ μέρος μὲν ἐκεῖνο, τὸν μηρὸν ἀποτεμὼν, κόμιζε δεῦρο, καὶ σκευάσας, τῷ δεσπότῃ ἀπόδος, καὶ τὸ ἄλλο τοῦ ὄνου κάτω που ἐς τὸν κρημνὸν ἄφες. δόξει γὰρ ἀποδρᾶς οἴχεσθαί ποι, καὶ εἶναι ἀφανής· ὁρᾷς δὲ ὡς ἔστιν εὔσαρκος, καὶ τοῦ ἀγρίου ἐκείνου πάντα ἀμείνων; ὁ δὲ μάγειρος, τῆς γυναικὸς ἐπαινέσας τὸ βούλευμα, Ἄριστα, ἔφη, σοι, ὦ γύναι, ταῦτα, καὶ τούτῳ μόνῳ τῷ ἔργῳ τὰς μάστιγας φυγεῖν ἔχω, καὶ τοῦτό μοι ἤδη πεπράξεται. ὁ μὲν οὖν ἀνόσιος οὗτος οὐμὸς μάγειρος ἐμοῦ πλησίον ἑστὼς, τῇ γυναικὶ ταῦτα συνεβουλεύετο. Ἐγὼ δὲ τὸ μέλλον ἤδη προορώμενος, κράτιστον ἔγνων τὸ σώζειν ἐμαυτὸν ἐκ τῆς καινίδος, καὶ ῥήξας τὸν ἱμάντα, ᾧ δεδήμην, καὶ ἀνασκιρτήσας, ἔμαι δρόμῳ εἴσω, ἔνθα ἐδείπνουν οἱ κίναιδοι σὺν τῷ δεσπότῃ τῶν ἀγρῶν· ἐνταῦθα εἰσδραμὼν, ἀνατρέπω πάντα τῷ σκιρτήματι, καὶ λυχνίαν, καὶ τραπέζας· κἀγὼ μὲν ὤμην κομψόν τι τοῦτο

omnia feceris. Cinaedorum illum aſinum educ in locum remotum, ibique mactati partem illam, femur abſciſſum huc affer, curatumque redde domino: reliqua aſini per praeceps aliquorſum abiice. Videbitur enim auſugiſſe, & ſic diſceſſiſſe ex oculis. Vides autem, quam ſit carnoſus, & agreſti illo omnibus modis melior. Coquus, laudato mulieris conſilio, *Optime*, inquit, *iſta, uxor: & hoc ſolo opere flagella mihi licebit effugere. Et hoc iam ſtatim perfectum dabitur.* Haec nefarius ille meus coquus prope me adſtans, cum uxore deliberabat. At ego quid futurum eſſet proſpiciens, optimum ratus ex illa me caede eripere, rupto, quo ducebar, loro, & exſultans, curriculo irrumpo, ubi coenabant cum domino agrorum cinaedi. Hic intro currens everto inſultu meo omnia, candelabrum & menſas. Ac videbar mihi equidem ſcitum quiddam ad ſalutem meam

πρὸς σωτηρίαν ἐμὴν εὑρηκέναι, καὶ τὸν δεσπότην τῶν ἀγρῶν κελεύειν εὐθέως ὡς ἀγέρωχον ὄνον ἐμὲ κατακλεισθέντα, φυλάττεσθαι ἀσφαλῶς· ἀλλά με τοῦτο τὸ κομψὸν, εἰς ἔσχατον ἤνεγκε κίνδυνον. λυττᾶν γὰρ δόξαντές με, ξίφη πολλὰ ἤδη καὶ λόγχας ἐπ' ἐμὲ ἐσπάσαντο, καὶ ξύλα μακρά· καὶ εἶχον οὕτως, ὥστε ἀποκτενεῖν με. ἐγὼ δὲ ὁρῶν τοῦ δεινοῦ τὸ μέγεθος, ὁρμῶ εἴσω παρέρχομαι, ἔνθα οἱ ἐμοὶ δεσπόται κοιμηθήσεσθαι ἔμελλον. οἱ δὲ θεασάμενοι τοῦτο, συγκλείουσι τὰς θύρας εὖ μάλα ἔξωθεν. Ἐπεὶ δὲ ἤδη ὄρθρος ἦν, ἀράμενος τὴν θεὸν 41
εὐθὺς ἀπῆειν ἅμα τοῖς ἀγύρταις, καὶ ἀφικόμεθα εἰς κώμην ἄλλην μεγάλην, καὶ πολυάνθρωπον, ἐν ᾗ καὶ καινότερόν τι ἐτερατεύσαντο, τὴν θεὸν μὴ μεῖναι ἐν ἀνθρώπου οἰκίᾳ, τῆς δὲ παρ' ἐκείνοις μάλιστα τιμωμένης ἐπιχωρίου δαίμονος τὸν ναὸν οἰκῆσαι· οἱ δὲ καὶ μάλα ἄσμενοι τὴν ξένην θεὸν ὑπεδέξαντο, τῇ σφῶν αὐτῶν θεῷ

ead. l. 16. Ἐπιφράξῃ τὰ ὦτα) Conf. infra Pſeud. c. 22. SOLAN. *in Schol. col.* 2. *l.* 2. Τῷ) Τῷ' correxerat Solan. & Scholio ult. huius Dial. etiam ἀλλ' pro ἀλλά· quod monuiſſe futile videtur; niſi tamen dicendum foret, me non obſecundaſſe, quia ſic centies negligi apoſtrophum video. Et quia haec ab ſcribentis arbitrio pendent, eius orthographiam non muto, niſi Codd. iubeant. Pluribus hoc egi in notis ad Lucian. non longe hinc, ad verba ἀπὸ ἐκείνης. REITZ.

Pag. 18. *l.* 12. Ἀποικίαν) Smyrnam a Theſeo conditam, ſunt qui tradiderunt. Alii Epheſiorum coloniam eſſe volue-

runt. Curioſi antiquitatum inquirant. In neminem incidi, qui haec tractarit. SOLAN.

Pag. 19. *l.* 2. Καὶ γραφικῶς συντελ.) Obſcura & inſulſa eſt verſio horum verborum, ἧττον γὰρ τοῦτο, καὶ γραφικῶς συντελεσθὲν, κάλλη τοσαῦτα, καὶ πολυειδές τι ἐκ πολλῶν ἀποτελεῖν αὐτὸ αὑτῷ ἀνθαμιλλώμενον, *hoc enim perexile eſſet, & more graphico abſolutum, tot formas, & multiforme quiddam, ſibi ipſi adverſans, ex multis perficere.* Haec Latina quis ſanus intelligat? Quid eſt *more graphico?* Verte totum locum: *Hoc enim perexile eſſet, & more pictorum factum;* (ſcilicet unam rem pulchram ex variis rebus compoſitam, uti in καλλιφωνίᾳ erat factum, nec aliter poſſunt pictores pulchritudinem oſtendere) *tanta pulchra, & multiforme quiddam, quod ſecum ipſe certat,* (utrum ſcilicet altero pulchrius ſit) *ex multis perficere,* ſcilicet decrevi. Totus locus ſic eſt interpungendus: Σκόπει δὲ δὴ καὶ τὰς ἄλλας. οὐ γὰρ μίαν ὥσπερ σὺ δὴ ἐκ πολλῶν συνθεὶς ἐπιδείξαι διέγνωκα, ἧττον γὰρ τοῦτο, καὶ γραφικῶς συντελεσθὲν, κάλλη τοσαῦτα, καὶ πολυειδές τι ἐκ πολλῶν ἀποτελεῖν αὐτὸ αὑτῷ ἀνθαμιλλώμενον. Iſta verba quaſi in parentheſi poſita ſunt, ἧττον γὰρ τοῦτο καὶ γραφικῶς συντελεσθέν. Γράφειν eſt, pingere, γραφεῖς pictores, γραφικῶς more pictorum, quoties in hoc ipſo dialogo leguntur. Sic & Latinis ſcribere eſt *pingere.* Plin. in ep. *imagines exſcribendas pingendaſque.* Martialis: *ſcriptum teſtudine ſigma,* hoc eſt, pictum. Sed ἀνθαμιλλᾶσθαι, eſt certare cum adverſario, & ſi de pluribus, dicitur inter ſe certare. Ἀνθάμιλλος eſt aemulus, qui cum aliquo certat. Mſ. hic non audio, qui pro ἀνθαμιλλώμενον ſcribit ἀνθαμιμώμενον. GRAEV. Officio interpretum obſcuriſſimus eſt hic locus, ſi quiſquam in toto Luciano. Nam praeterquam quod ille graphicus mos, quem ex Obſopoeo adoptat Benedictus, in Latino ſermone ſit nullus, vide quemadmodum haec periodus contraria ſit proxime ſequenti. Cum enim nunc velint dici, perexile eſſe tot formas & multiforme quiddam ex multis perficere, (quod eſt una pictura diverſum quiddam depingere) atque adeo id culpetur, in proxima intelligunt eum velle depingere omnium animae virtutum unam imaginem, & quidem ad archetypum, etiam, ut debet inde ſequi, unum. At prorſus eſt adverſa loquentis mens: qui cum promiſiſſet ἐπιδείξαι σὺ μίαν εἰκόνα ἐκ πολλῶν συντιθεῖσαν, pro defenſione huius ſuae voluntatis interponit, (*minus enim illud & ex vulgata pingendi conſuetudine confectum foret, tot pulchritudines,* variarum nempe partium, *& multiforme quiddam ex multis perficere ipſum ſecum certans,* vel cuius multi-

formis imaginis ſingulae partes ex praeſtantiſſimo ſumtae & ſimulatae, de praeſtantia & imitationis perfectione dubium iudicium facerent) pergit, quid facere velit, *ſed omnes virtutes animae, ſingulatim quaeque imago*, (h. e. ſic facta, ut integram picturam unaquaeque virtus habeat) *pingetur imitationem archetypi exprimens.* In proponendis animae dotibus repudiat id, quod pictor ille in corpore faciebat, qui, ut Divam pulcherrimam exprimeret, ab hac puella ſumebat exemplum huius membri vel coloris, ab alia alterius, & ſic varias pulchritudines in unam tabulam conferebat. Id in depingendis bonis animae negat hic ſe ſecuturum, & ſic quoque illa omnia coniuncturum in una pictura, ſed ex ſingulis ſeparatam ſingularemque imaginem effecturum. Καθ' ἑκάστην εἰκὼν μία non debent per minorem diſtinctionem diſtrahi, ſed coniungi omnes quatuor voces, ſeiunctae ab praecedentibus & ſequentibus, quae apponuntur, ut Hermot. cap. 33 f. dixit ξύμπαντες, ἐν τῷ μέρει ἕκαστος. Ubi vide noſtra. GRON. Sic graphice apud Plautum &c. SOLAN.

ead. l. 8. Λώϊον) Parodia Heſiodi. Locus ſupra indicatus eſt ad c. 12. SOLAN.

Pag. 20. *l.* 3. Πασῶν) Ita in omnibus legitur: ad Muſas itaque referendum, quarum omnium artes unam ait poſſidere Pantheam. SOLAN.

ead. l. 8. Δευσοποιοῖς τισι φαρμάκοις) Quae ſint δευσοποιὰ φάρμακα, forte intelligi melius poterit, ſi quis conferat locum e Ciceronis Hortenſio a Nonio ſervatum 4, 405: *Ut ii, qui* combibi purpuram *volunt*, fufficiunt *prius lanam* medicamentis *quibuſdam* &c. Laudavimus nuper hunc locum, & plura de hoc argumento diximus ad Quinct. XII, 10, 75. GESN.

ead. l. 10. Οὐ γὰρ ἐσθ' ὅ, τι τοιοῦτον ἐν τοῖς πάλαι, παιδίας πέρι μνημονεύεται) *Neque enim quidquam tale in vetuſtis de diſciplina memoratur.* Sic ſcribendum, non, ut vulgo, ὅτι· id quod iam ſaepe monuimus etiam alibi male apud Noſtrum ſcribi, ſaepiuſque monituri ſumus. IENS. Ὅ, τι) Bene Ienſ. vel per ſe, vel ex *Par.* ed. vidit ſic ſcribendum pro vulgato ὅτι. Recte enim ὅς τις poſt οὐκ ἔστι ſequitur, ut Alciphr. III, 24, p. 330, οὐκ ἔστιν ὅν τινα οὐκ ἀπολώλεκε. Noſter ſupra Demon. § 10, καὶ οὐκ ἔστιν ὅν τινα οὐκ οἰκεῖον ἡγήσατο. Ne plura in re manifeſta afferam. REITZ.

ead. l. 11. Παιδίας πέρι) Corrige παιδείας. GUYET. Id iam feci, & feciſſem, ut *Fl.* non monuiſſet: nam errorem operarum tantum fuiſſe illud παιδίας, patet ex Bened. verſione,

quae *diſciplinam* tamen recte reddiderat. Sed miror, *Amſt.* ed. recte etiam παιδείας exhibere, quae alioquin eiuſmodi mendas fideliter imitari, ſaepe augere ſolet. REITZ.

in Schol. col. 2. *l.* 2. Τερψιχόρην) Hic legebatur *Euterpe*; ſed cum hoc iam haberetur nomen, deeſſetque *Terpſichore*, manifeſtum erat, feſtinantem librarium poſteriorem hancce Muſam oblitum. Licet non conveniat Mythologis inter ſe circa Muſarum inventa, nec praeſtantiſſimi poëtae diviſionem hanc artium inter Muſas agnoſcant, attamen quod hic dicitur de Euterpes & Terpſichores inventis, ſatis conſentit cum Epigram. CXXXVIII Auſonii, ad quod vide El. Vinetum. CLER. Recte legitur *Terpſichore* in C. SOLAN.

Pag. 21. *l.* 4. Αἰσχίνης) Socraticus; de quo videndus Diog. Laërt. II, p. 48, & Noſter Παρασ. c. 32. Libellum Cic. de Invent. I, 31, de hac ipſa Aſpaſia ab eo fuiſſe conſcriptum, teſtantur Diogenes ibid. C. & Athen. V, p. 220 B. Harpocration etiam v. Ἀσπασία, a Menagio emendatus ad Diog. l. c. p. 65 B. Hunc autem aiunt, Dialogos a Socrate ſcriptos pro ſuis edidiſſe. Vide Not. ad Diog. Laërt. II, 60, & alios a Fabricio in B. Gr. indicatos p. 783. SOLAN.

ead. l. 5. Αὐτὸς Σωκράτης) Vide Plut. in Pericle. SOLAN.

ead. l. 6. Ὅσῳ) Vide Φαλ. β, cap. 2, Ἀλεξ. c. 2, in hoc ipſo opuſculo c. 21, & ſequenti c. 17. Neſcio tamen, an non hic praeſtet ſcribere ὅσοι. SOLAN. Vulgata ſtare poteſt, ſi interpretere, *in quantum*. Sic aperte fin. huius Dial. καὶ αὕτη ἐκείνη — ὅσῳ μὴ ξύλου — πεποίηται. Vincunt idem cetera exempla ab Solano adducta. Quibus plura addere liceret, niſi res eſſet notiſſima. Nec tamen aſpernarer, ſi qui Codd. ὅσοι haberent. REITZ.

ead. l. 7. Ἀσπασίαν) Priorem, de qua vid. Plut. in Pericle p. 300, qui hic Olympius, ut ſaepe alias, audit: rationem docet idem Plut. p. 315, p. 119; vid. Fabric. B. Gr. 785. SOLAN.

ibid. Ὀλύμπιος) Ὀλύμπιος eſt Pericles. Diodorus Siculus lib. 12: Ταῦτα δὲ ῥᾳδίως συνετέλεσε διὰ τὴν δεινότητα τοῦ λόγου, δι' ἣν αἰτίαν ὠνομάσθη Ὀλύμπιος. Plin. XXXV, 8, *Olympiumque ab eo pictum*: ſic pulcherrime hunc locum ex Mſſ. emendavit ſagaciſſimus Frid. Gronovius, cum in iis legeretur *Olympium Iovem*, in editis ineptius *clypeumque Athenis*. Sic & Val. Max. V, 10, *non ſine cauſa igitur tanti roboris animus ad Olympii cognomen aſcendit*, ut erudite hunc locum reſtituit Chriſtophorus Colerus, eiecto vocabulo *Iovis*. Non longe poſt Ἀττικωτέρως legitur in Mſſ. οὐ γὰρ ἴσον, οὐδὲ ἔγγυς, Ἀθηναίου

ἢ τότε πολιτεία, καὶ ἡ παροῦσα τῶν Ῥωμαίων δύναμις. *Neque enim aequales ſunt, nec quidem proximo intervallo diſtant* (ſed longe ſcilicet) *Athenienſium reſpublica, & iſta praeſens Romanorum potentia.* Ed. οὐ γάρ ἴση, non male, ſed illud magis redolet Athenas. Ἴσον nimirum χρῆμα. Οὐ δὲ ἔγγυς eſt idiotiſmus Graecus, *ne prope quidem ad illam accedit, longis paraſangis ab illa diſtat.* Utitur & in ſequente dialogo: μὴ γὰρ εἶναι τῶν τηλικούτων ἀξίαν, μηδὲ ἐγγὺς, ὅτι μὴ δὲ ἄλλην τινὰ γυναῖκά γε οὖσαν. *Non enim talibus ſe dignam eſſe, ne quidem propius ab illis abeſſe, neque ullam aliam feminam.* Sic enim Latinis uſurpatur *propius abeſſe.* Cic. in Catone: *quod eo melius mihi cernere videor, quo ab ea propius abſum.* GRAEV.

ead. l. 8. Οὐ φαῦλον συνέσεως παράδ.) Th. Mag. v. φαῦλος legit φαύλου. SOLAN. Operae eſt verba Magiſtri addere. Φαῦλος, ait, ἐπὶ ἠλικοῦ κάλλιον, ἢ φαύλη. Λουκιανὸς ἐν εἰκόσιν· οὐ φαύλου συνέσεως τοῦτο παράδειγμα. Nihil igitur probat ſuo Luciani teſtimonio, niſi aliter olim lectum fuiſſe conſtet: nam φαῦλον hic recte ſe habet, & femin. φαύλη ac φαῦλαι ubique obvium ap. Aelian. Thucyd. Ariſtoph. Herodian. Velim igitur, verum producatur teſtimonium, ubi φαῦλος feminino genere uſurpatur. REITZ.

ead. l. 9. Παράδειγμα προθέμενον) Perperam hodie legitur, τὴν δὲ ἐκ τῆς Μιλήτου ἐκείνην Ἀσπασίαν, ἣ καὶ ὁ Ὀλύμπιος, θαυμασιώτατος καὶ αὐτὸς, συνῆν, οὐ φαῦλον συνέσεως παράδειγμα προθέμενον, cum ſenſus & ſtructura verborum poſtulent προθέμενοι; idque iam in verſione recte obſervavit interpres: *Porro Mileſiam illam Aſpaſiam, cum qua Olympius, ipſe quoque maxime admirandus, converſabatur, non ignobile prudentiae exemplum proponentes.* IENS. Et ego cum Ienſio προθέμενοι melius legi arbitror; ſed exſpecto Codicum fidem. REITZ.

ead. l. 12. Πλὴν ὅσον ἐκείνη μὲν ἐν μικρῷ πινακίῳ ἐγέγραπτο, αὕτη δὲ Κολοσσιαία τὸ μέγεθός ἐστι) Plane aliud vult Polyſtratus, qui hic loquitur, quam verba haec praeferunt. Neque enim is vult dicere, imaginem illam, quam effingendam ſibi proponit, eſſe iam Coloſſiaeae magnitudinis; nec dum enim exſiſtebat illa imago. At id vult: *Praeterquam quod illa quidem* (Aſpaſia) *in parva tabula picta erat, haec vero* (imago, quam ego pingam) *Coloſſiaeae ſit* (vel *eſto*) magnitudinis. Legendum itaque ἔστω. Poſſet & ἔσται legi, ut ſtatim, τῇ Διοτίμᾳ δὲ, οὐχ ἧττον Σωκράτης ἐπήνεσεν αὐτὴν, ἑοικυῖα ἔσται. Niſi & illic ἔστω ſit emendandum: ſic enim continuo ibi ſequitur, τοιαύτη σοι καὶ αὕτη, ὦ Λυκῖνε, ἀναπείσθω ἢ εἰκών. Sic & pag. praec. fuerat lo-

cutus, πᾶσι τούτοις ἢ εἰκὼν κεκοσμήσθω. Et in eundem modum paſſim hic Polyſtratus: nec aliter potuit; quippe qui Luciano ſignificat ordine omnia, quae huic perfectiſſimae imagini, quae vere demum venuſtam, formoſam, & omnibus animi corporiſque virtutibus ornatiſſimam exhibeat feminam, ſint affingenda. In *Flor.* ed. videō ἔστιν cuſum, quod nimirum facile ex ἔστω corruptum eſt. Praetermiſi ineptiſſimam huius loci vulgatam proponere interpretationem: nam ne inſpici quidem meretur, adeo ab mente auctoris eſt omni modo devia. IENS. Non puto opus eſſe, ut ἐστὶ mutemus in ἔστω. Reſpicit enim re ipſa Polyſtratus non tam ad imaginem ſuam, quam prae manibus habet, quamquam hanc nominat, quam ad ipſum exemplum, Pantheam, quod ſequentia ſatis aperte declarant, in quibus indicandi modo uti pergit. GESN.

Pag. 22. *l.* 5. Θεανὼ) De hac Theano Pythagorica Menagius quid collegerit, habes in libello, quem de *mulieribus Philoſophis* ſcripſit. Pythagorae *uxorem* dicit Diog. Laërt. pag. 224 C. Noſter *filiam* facere videtur, Ἐρωτ. c. 30. Apud Plut. 247 l. hoc dictum eius fertur dicenti cuidam, καλὸς ὁ πάϊς. ἀλλ' οὐ δημόσιος. Adde Porphyr. No. 19, & Not. At hic quidem Pauſaniae matrem intelligit, cuius hiſtoriam apud Polyaenum habes Strat. VIII, p. 630. SOLAN.

ead. l. 6. Διοτίμα) Vid. Ἐρωτ. c. 7, & Plat. Συμπ. 337 C. Ab hac Socrates amatoria ſe didiciſſe illic profitetur. SOLAN.

ead. l. 8. Ἡ Σαπφὼ δὲ &c.) Haec Luciani verba, cum praemiſſis huius capitis verſibus, fragmentis Sapphûs inſeruit Wolf. p. 104 f. REITZ.

ead. l. 11. Τοιαύτη σοι καὶ αὕτη, Λυκῖνε, ἀνακείσθω ἢ εἰκών) Sic legendum, non, ut in vulgatis, αὐτή. *Talis quoque* (qualis nempe Diotima fuit, prudentia & conſilio praedita) *& haec imago ſuſpendatur.* Sic enim potius ἀνακεῖσθαι vertendum puto, quam per *reponi* cum interprete. Poſſet & per *dedicari* verti, quo verbo de ſtatuis ac ſimulacris alicubi conſtituendis uſuntur Latini. Suetonius in Aug. c. 31: *Statuas omnium triumphali effigie in utraque fori ſui porticu dedicavit.* Sic *dedicare Deorum ſimulacra* apud eundem in eodem, c. 57, & ita alibi. Uti autem hic ἀνακεῖσθαι de tabula picta, ita & de ſtatuis ſolebat id verbi a Graecis ſumi. Docet Athenaeus lib. I Dipnoſoph. ſcribens, Ἀνακεῖσθαι δὲ φαμὲν ἐπὶ ἀνδριάντος. IENS. Ἀνακείσθω verti poteſt, *ponatur:* hoc enim verbum eſt proprium. Ovid. Ep. 1 Her. 26: *Ponitur ad patrios barbara praeda*

Deos, h. e. ſuſpenditur donarii cauſa. Liv. IV, 20: *Dictator coronam auream libram pondo ex publ. pecunia populi iuſſu in Capitolio Iovi donum poſuit.* Lactant. de mort. perſecut. cap. 51: *Derepta eſt ei cutis, & exuta viſceribus pellis, infecta rubro colore, ut in templo barbarorum Deorum ad memoriam clariſſimi triumphi poneretur.* ORTW.

ibid. Αὖτη) Sic Ienſius. SOLAN.

ead. l. 12. Ἀναχείσθω ἢ εἰκὼν) Non dubium eſt, quin hoc verbum de ſuſpenſis tabulis ac donariis ſit uſitatiſſimum: ita in tab. Cebet. pr. ἀνέκειτο δέ τις καὶ πίναξ ἔμπροσθε τοῦ νεώ. *Suſpendatur* tamen cum Ienſio vertere malim, vel *proponatur*, quam *reponatur*. Etſi *reponere* recte dicitur: nam quaeritur modo, quid hic ſit convenientius, non quid Latine dicere liceat. Sed video, Geſnerum iam dediſſe *propoſita ſit*, ad mentem Luciani appoſite. REITZ.

in Schol. col. 2. *l.* 1. Πτίλαις) Sic Mſ. Reg. 3011. uti emendandum iuſſerat Solanus. Vulg. πίλοις.

Pag. 23. *l.* 1. Θεανοῖ) Homericam hanc induci a Luciano exiſtimo, quia Minervae ſacerdos precibus ſuis ab Ilio Graecos averteriſſe illic dicitur; ut L. Vero bene ominaretur adverſus Parthos bellum gerenti. V. Hom. Il. E, 70, Z, 298, A, 224. SOLAN. Puto, reſpicit ad Il. E, 70, ubi tanquam novercam minime novercam laudat. Verſus aurei de Pedaeo Antenoris filio: Ὃς ῥα νέος μὲν ἔην, πύκα δ' ἔτρεφε δῖα Θεανὼ ἶσα φίλοισι τέκεσσι, χαριζομένη πόσει ᾧ. Aretae Alcinoi hiſtoriola nota eſt ex Od. H, 65 ſeqq. De Nauſicaa tota prope Od. Z. GESN.

ead. l. 2. Ἀρήτῃ &c.) Homer. Odyſſ. Z, & H, 34. SOLAN.

ead. l. 7. Περίφρονα) Homer. in Odyſſ. ſaepiſſime. SOLAN.

ead. l. 9. Τὴν τοῦ Ἀβραδάτα) Vide cap. 10. SOLAN.

Pag. 24. *l.* 5. Ὅσῳ) Conf. ſupra notr. ad cap. 17. REITZ.

ead. l. 8. Εὐπαιδίαν) Non ſatis probum hoc verbum iudicat Pollux, L. V, S. 140, pag. 551, ſcribens: Τὰ δὲ πράγματα, ἀνεργεσία, χάρις, δωρεά. τὰ γὰρ εὐπαῖα, οὐ λίαν κέκριται. Utitur tamen & Alciphr. I, Ep. 10 f. p. 42. Ubi Bergler. etiam hoc Luciani contra Pollucem affert, & alibi quoque apud Lucian. occurrere obſervat, quod ex Indice patebit. Utitur & Apoſtolus in Epiſt. ad Hebr. XIII, 16. Legitur & apud Epict. Sent. 26, p. ed. Rel. 102 f. ἐπὶ χρηστότητι καὶ εὐπαΐᾳ. Item Sent. 75, pag. 128 pr. καὶ δικαιοσύνης, καὶ εὐπαΐας ἀνάθημα. Et Ioſeph. Antiq. Iud. XIX, cap. 9, § 1, p. 952, τῶν εὐποιῶν αὐτοῦ λαβόμενοι. REITZ.

ead. l. 12. Ὁμήρου Ἄτην) Il. I, 500. SOLAN.

ibid. Ἄτην) *Ate* Dea fingitur ab Homero Il. IX, quam interpretantur noxam: de qua Eraſm. in proverb. *Ira omnium tardiſſime ſeneſcit.* Bud. L. V de aſſe. COGN.

Pag. 25. *l.* 3. Ὅσπερ ὁ Ἴκαρος.) Sic rurſus Gall. c. 23 m. & paſſim. SOLAN.

ead. l. 6. Ὅσοι) Conf. iterum Gall. c. 23. SOLAN.

Pag. 26. *l.* 2. Καλλίων δὲ καὶ ἐρασμιωτέρα) In L. ἴσως, καλλίονα. Ego reponendum puto, καλλίῳ δὲ καὶ ἐρασμιωτέραν. SOLAN. Καλλίῳ δὲ καὶ ἐρασμιωτέραν omnino legendum, tranſlata *ν* litera, quae in omnibus, quos inſpicere mihi contigit, libris, ad καλλίω adhaeſit, ad ἐρασμιωτέρα. Qui Graece ſciunt vel modice, lectionem hanc & interpretationem ei, quae adhuc obtinuit, ſpero, praeferent. Nempe converſum eſt, *ſed pulchrior & amabilior, cum his praeſidiis animam muniat.* Vidiſſe hoc ipſum video doctiſſimum Solan. GESN. Abſurde omnes, quas vidi edd. καλλίων — & ἐρασμιωτέρα. Qui error cum nimis ſit manifeſtus, & facile in cuiuſvis oculos incurrat, literam *ν*, quae ad poſterius adiectivum pertinebat, ad prius eſſe translatam, eum vel meo periculo, non exſpectata Codicum fide, ſuſtuliſſem: iam vero magis ſecurus id facio, quando id Solanum pariter ac Geſnerum iubere video. REITZ.

ead. l. 3. Βασιλεῖ τῷ μεγ.) Minus apte haec L. Vero conveniunt; ſed adulatorie dicta cenſenda ſunt. Vide Garak. ad M. Aurel. Anton. VIII, 37, I, 17, & vitam operibus praemiſſam, p. XL. Scholiaſtes recte Vero tribuit; ſed in eo erraſſe videtur, quod *uxorem*, non *concubinam* faciat. Uxor enim ei *Lucilla*, non *Panthea*: neque hic uſquam *uxor* audit, ſed tantum βασιλεῖ συνοῦσα, hic & cap. 10 &c. cui Imperator conſueſcit. Adde c. 20. SOLAN.

ead. l. 7. Εὐδαιμόνημα) Ubi dixiſſet auctor, rem eſſe convenientiſſimam, ut magnus rex (Romanum Imperatorem ſui temporis intelligit) inter alia felicia etiam tam praeſtanti & omnibus numeris abſoluta femina eſſet beatus, ait: Οὐ γὰρ μικρὸν τοῦτο εὐδαιμόνημα γυνὴ, περὶ ἧς ἂν τις εὐλόγως τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο εἴποι, χρυσείῃ μὲν αὐτὴν Ἀφροδίτῃ ἐρίζειν τὸ κάλλος, ἔργα δὲ αὐτὴν Ἀθηναίῃ ἰσοφαρίζειν. *Neque enim exigua illa eſt felicitas, femina, de qua iure quis Homericum illud dixerit, illam cum aurea Venere certare formae praeſtantia; in operibus vero Minervae aequalem eſſe.* Locus Homeri, qui reſpicitur, eſt ex Il. I, v. 389: Κούρην δ' οὔ γαμέω Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο, Οὐδ' εἰ χρυσείῃ Ἀφροδίτῃ κάλλος ἐρίζοι, Ἔργα δ' Ἀθηναίῃ Γλαυκώπιδι ἰσοφαρίζοι. *Filiam vero Agamemnonis Atridae*

non uxorem duxerim, Non etiam ſi aurea cum Venere de formae gloria certaret, Caeſiaeque Palladi in operibus ſoret par. Ceterum in verbis Luciani, quia vox εὐδαιμόνημα non facile alibi occurrit, & plane omiſſa eſt ab H. Stephano, cogitabam ſcripſiſſeme Lucianus εὔδαιμον κτῆμα, ut infra Tox. c. 62 amicitia vocatur κτῆμα κράτιστον καὶ κάλλιστον, & Paraſit. c. 58 dicitur τῷ τρέφοντι καλὸν καὶ λυσιτελὲς κτῆμα, & ignis appellatur τιμιώτατον κτῆμα τῶν θεῶν in Prometheo § 3. At non attrectandus hic locus; neque, puto, ſatis concinne diceretur, οὐ γὰρ μικρὸν τοῦτο εὔδαιμον κτῆμα γυνή. Sed nec ob rariorem uſum vox quaepiam damnanda, multo minus quia abeſt ab locupletiſſimo ceteroquin Stephani Theſauro. Etenim, ne de aliis ſcriptoribus Graecis loquar, in Luciano noſtro quamplurimae voces ſunt, quas fruſtra in Theſauro illo quaeſieris. Non alienum fore puto, hic eas ſubiicere, quae nobis ex Samoſatenſi notatae ſunt, quarum haud facile ullam apud Stephanum offenderis. Sunt autem hae:

A.

Ἀκνίσασθος. *Bis Accuſ.* c. 2 poſt med.

Ἀκροχειρισμός. *Lexiph.* c. 5. Habet H. Steph. Ἀκροχειρισμός.

Ἀκωμῳδήτως. 1. *Ver. Hiſt.* cap. 2.

Ἀμάξοπληθής. Ibidem cap. 41 fin.

Ἀμφιβόσκομαι. *Tragopod.* a fin. v. 31.

Ἀναῤῥαψῳδέω. *Iov. Trag.* c. 14 p. med.

Ἀνεξέργαστος. *Fugit.* § 21.

Ἀνίγνευτος. *Amor.* c. 35 m.

Ἀντιμαίνω. *Dialog. Mer.* XII m.

Ἀντισυμποσιάζω. *Lexiph.* c. 1.

Ἀντιφιλοσοφέω. *Bis Accuſ.* c. 21 verſ. fin.

Ἀπανδρόω. *Amor.* c. 26.

Ἀπομυκτίζω. *Dial. Meretr.* VII m. An tamen ἀπομυχθίζω legendum? Heſychius agnoſcit μυχθίζω, & exponit μυκτηρίζω· χλευάζω· idque loco Luciani apprime convenit.

Ἀπονεκρόομαι. 2. *Ver. Hiſt.* c. 1.

Ἀπροοιμίαστος. *Quom. Hiſtor.* c. 23 f. & 52.

Ἀσυγχύμναστος. *De Paraſ.* § 6.

Ἀχλόητος. Ibidem c. 11. (Sic ſcriptum inveni in Lectt. Lucianeis p. 309, errore calami: nam ap. Lucian. recte legas ἀόχλητος, tam in Benedict. ed. pag. 352 E. quam in *P.* &c.)

Δ.

Δελφινίζω. *Lexiph.* cap. 5. (hoc nihil mirum, eſt enim vox ludicri cauſa conficta.)

Διαβρεχής. *Tragopod.* non longe a fin.

Διεπιλαμβάνω. *Philop.* c. 1.

Διέμπτιλος. *Lexiph.* c. 13 f.
Δυσέξοδος. *Eunuch.* c. 10 f.
Δωδεκαφόρος. 2. *Ver. Hiſt.* § 13, de vinibus, ſingulis menſibus κυηροφορούσαις.

E.

Ἐγκαμψιχίδελος. *Lexiph.* c. 10 m. Sed in Mſ. Wittiano diſerte legitur Ἐγκαμψιχηνίδελος. Verum & hoc caret Steph.
Εἰράμαγγα. *Philopatr.* § 20.
Ἐκεῖσε. *Timon.* cap. 43, idque corruptum cenſet Tan. Faber. (Sed probat Hemſt. ex Plutarch. Arr. Epict. & Chryſoſt.)
Ἐμμαλλος. *Cynic.* c. 5 m.
Ἐμμεμετρημένος. *Gall.* § 27, de hoc vocabulo vide quid ſentiat Graevius p. 880 edit. Amſt.
Ἐμπεριέρχομαι. *Amoribus*, c. 11.
Ἐμπυδάκτους. *Lexiphane*, § 13.
Ἐμφδέγγομαι. *Eunucho*, cap. 7 pr.
Ἐναποπτίγεσθαι. *Mort. Peregr.* c. 24 p. m.
Ἐναρχμενέω. *Icarom.* c. 21 m.
Ἐνεργοβεστέω. *Philopatr.* c. 3 p. m.
Ἐνοιτοφλύειν. *Lexiphane*, § 14 pr.
Ἐντειχίδιος. *De Paraſ.* c. 42 p. m.
Ἐξαβλος. *Lexiph.* c. 11. pr.
Ἐπικαταδέω. *Aſino*, c. 16 m. & 34 p. m.
Ἐπιῤῥαβυμέω. *Bis Accuſato*, c. 1 ante m.
Ἐπιχαριεττίζω. *Lapithis*, c. 12. pr.
Ἐπτιαρχέω. *Amor.* c. 9 fin. Niſi fallor, ab hoc verbo poſſumus reſtituere veram ſuam vocem Heſychio. Quis enim dubitet, quin, cum apud eum legitur, Ἑπτιάχος, οἰκουρὸς, οἰκουρὰξ, καὶ Ζεὺς παρ' Ἴωσιν, legendum ſit, Ἑπτίαρχος. Idque cognominis Iovi haud inconcinnum. Vel, ſi malis, Ἑπτιοῦχος, qualis vocatur Ceres Euripidi in Supplicib. v. 1.
Εὐδαιμόνημι. *Imag.* c. 22 p. m.
Εὐεπίβατος. *De non temere cred. Calumn.* c. 19 m.
Ἐχεγλωττία. *Lexiph.* idem quod ἐχεμυθία. c. 9 f.

H.

Ἡμιέλλιν. *De Salt.* c. 64 m.

I.

Ἱματιοφυλακέω. *Hippia*, c. 8 pr.

K.

Κακοσύνθετος. *De non temere cred. Calumn.* c. 14 m. Κακοσυνθεσία habet Heſychius, perque id exponit τὴν, Κακορραφία.
Κακοτεχνής. Ib. c. 10 a. m.
Κελλίτειχος. *Deor. Dial.* XVI med.
Κιττοστοίητος. *Baccho*, c. 1 poſt med.
Κλεψίχωλος. (nam ſic legendum, non, ut vulgo, κλε-

Ἰχνολός· quod recte vidit Guyetus) *Tragopod.* (In Ocyp. non ita longe a pr.)

Κληρονόμημα. *Tyrannicida*, c. 6 pr.

Κρυψίμετωπος. *Lexiph.* c. 7 pr.

Λ.

Λαλημαζιγάνη. *Lexiphan.* c. 14 m.

Λεπαλέος. Ibid. c. 12 a. m.

Λεπτοῦφής. *Amor.* c. 41 pr.

M.

Μαννάριον. *Dial. Mer.* VI pr. & VII haud ita longe a fine. Μαννάκιον ex Theocriti Scholiaste profert H. Stephanus, voce ΜΑΝΝΟΣ.

Μεγαλοσμάραγος. *Iove Tr.* non longe ab init.

Μεμετρημένως. *De Saltatione*, c. 67.

Μονομάχιον. *Dialog. Mer.* XIII fin.

Μονοχιτίδιον. *Chronoſolone*, c. 11.

N.

Νησομαχία. *Ver. Hiſt.* fin. bis. Sed puto fictum id verbi ab Noſtro.

Ξ.

Ξουτουργία. *De Syria Dea*, § 34.

Ξυμμαστιγόω. *Adverſ. Indoct.* c. 9 f.

O.

Ὀξυδέστροκος. *Lexiph.* § 13.

Ὀρχησομανεῖν. *De Salt.* c. ult. Et hoc crediderim ab Luciano fictum.

Ὀφθαλμιδιοφος. *Lexiphan.* cap. 4.

Π.

Παιδεραστικά. *De Domo*, c. 4 f.

Παυλώβυητος. *Toxar.* c. 24.

Πάνσεμνος. *De Gymn.* c. 9.

Παρανοίγω. *Bis Accuſ.* c. 31 p. med.

Παραρχέω. *Cynic.* c. 5 m.

Παιροδόρητος. *Tragopodagra*, v. 267.

Περιανδρος. *Lexiph.* c. 1 p. m. pro aurium ſordibus.

Πολυάσχολος. *Philopatr.* c. 25 p. m.

Πολυπέλαδος. *Tragopod.* v. 118.

Πολυμάχητος. *Cynic.* c. 8 ad fin.

Πολυστέναικτος. *Tragopod.* v. 2.

Προαπαγορεύω. *De Gymn.* c. 37 p. m. Sed in Excerptis Graevii aliter legitur.

Προάπειμι. *Iov. Trag.* cap. 52 pr.

Προαποκάμνω. *Rhetorum Praec.* c. 9 ad fin.

Προαποκληρόω. *Bis Accuſ.* c. 14 a. m.

Προβασανίζω. *Tyrannicida*, c. 17 m.

Προβουλευμάτιον. *De Paraſito*, c. 42 ad f.

Προεκπλήττω. *Pſeudom.* c. 16 pr. & *Adv. Indoct.* c. 9 a. m.

Προεμυχέω. *Pſeudolog.* cap. 4 f.

Προεμπλήθω. *De non tem. cred. Calumn.* c. 8 a. m.

Προεξέρχεσθαι. Ibid.

Προεπιζεύγνυμι. *Bis Accuſato*, c. 7 f.

Προβουλλεύω. *Patr. Encom.* c. 1 pr.

Προκενέω. *Pſeudomanti*, c. 13 a. m.

Προπείθομαι. Ibid. c. 17 f.

Προπορίζω. *De Salt.* c. 61 f.

Προσαναγράφω. *Macrobiis*, c. 9 m.

Προσανάκλισις. *Amoribus*, c. 31 a. m.

Προσαναρτάω. *Philopſeud.* c. 11 p. m.

Προσδιαγέομαι. *Morte Peregrini*, c. 43 pr.

Προσμυθολογέω. *Saturnal.* c. 7 p. m.

Προσωρεύω. *De Gymn.* cap. 25 f. vel 26 pr.

Προταμιεύω. *De Saltatione*, cap. 61 f.

Πυκνόκαρπος. *Amoribus*, c. 12 a. m.

P.

Ῥητιμετρεῖν. *Lexiph.* § 9 f.

Ῥιπόω. Ibid. cap. 8 f. Sic quidem Bourdelotius legit pro ῥιπῶν· eaque emendatio, quantum ego proſpicio, eſt certiſſima. Verba ergo Luciani (ſive Lexiphanis) ſunt, ἐρῥικνοῦντα σὺν γέλωτι τὴν ὀσφύν. Prorſus ira ῥιπτοῦσθαι exponit Pollux lib. IV, τὸ τὴν ὀσφὺν φορτικῶς περιάγειν· quemadmodum id notat Sopingius ad Heſychium, ubi ῥιπτοῦσθαι exponitur διέλκεσθαι, καὶ παντοδαπῶς διαφέρεσθαι κατ' εἴδος.

Ῥιπτάστεω. Ibidem, Lex. § 19 m.

Σ.

Συγχειροπανέω. *Lexiphane*, c. 2 p. m.

Συμπαροξύνω. *De non temere cred. Cal.* § 27 p. m.

Συμπερίειμι. *Lapith.* c. 16 f.

Συμπεριλαμβάνομαι. *De Dom.* c. 4 f.

Συναναγρέμπτομαι. *Gallo*, c. 10 p. m.

Συναπαιτίζω. *Navig.* c. 4 f.

Συνδιαλύω. *Demoſthen. Encom.* c. 45 f. vel 46 pr.

Συνεμβαίνω. *Navigio*, c. 15 pr. iterum ibid. p. m.

Συνεκλέγω. *Epiſt. Saturnalibus*, c. 28 m.

Συνεξαίρομαι. *De Dom.* c. 4 pr.

Συνεπισκαπτέω. *Icaromenippo*, c. 11 f.

Συνεπιστέλλω. *Chronoſol.* c. 13 m.

Συνεπιτρεύδομαι. *Dialog. Mer.* XIII f.

Συνναύται. *Pſeudom.* c. 56 f. *Iov. Trag.* c. 47 m. Sic συννανβλοῦμαι, διαπεραιοῦμαι, ap. Heſych. quo & ipſo caret H. Stephan. Mendoſe tamen vel ſic apud Heſychium. Lege συναυσθλοῦμαι, διαπ. eſt ab ναυσθλόω, idque ab ναῦσθλον, naulum. Heſych. ipſe, Ναῦσθλον, ναῦλον. Ναυσθλοῦν, ναυτολογεῖν. Ναυσθλωσάμενος, ναυτολογήσας. Sic nimirum emendatius legas, quam in vulgaris hodie exemplaribus.

Συννοσέω. *Amor.* c. 46 m.

Συντυμβωρυχέω. *Lexiph.* c. 2 p. m.

Συντυραννοκτονέω. *Tyrannicida*, c. 7 pr.
Συνυθλέω. *Lexiph.* c. 14 pr.
Συρρίζόω. *Ver. Hiſt.* c. 8 f.
Συσπείρω. *De Dom.* c. 9 pr.

T.

Τεθαρρηκότως. *Abdic.* c. 4 f.
Τρισκαιδεκαφόρος. *Ver. Hiſtor.* § 13 m. de arboribus, ter decies quotannis καρποφορούσαις.

Υ.

Ὑδατοπωσία. *Rhet. Praec.* c. 9 p. m.
Ὑδατοποτέω. *Icarom.* § 7 f.
Ὑπεραναπείνω. *Pro Imag.* c. 13 a. m.
Ὑπερβρύω. *Rhet. Praec.* c. 6 pr.
Ὑπερεμφορεῦμαι. *Dialog. Mer.* VI poſt m.
Ὑπερευδαιμονέω. *Gallo*, c. 20 m.
Ὑπερευφραίνομαι. *Icaromenippo*, c. 2 pr.
Ὑπερκλοῦμαι. *Amor.* cap. 1 m.
Ὑπερφρίττω. *Iove Confutato*, c. 4 f.
Ὑποδειπνεῖν τινι. *Gall.* c. 10 pr. *Loco alterius, convivio intereſſe.*
Ὑπερδραματουργέω. *Iove Trag.* c. 1 f.
Ὑποκρώζειν. *Dial. Mort.* VI Terpſ. & Plut. verſ. fin.
Ὑποπρίω. *Dial. Mort.* VI poſt m.
Ὑποπυπνάζω. *Lexiph.* § 14.
Ὑποσυγχύω. *Soloeciſta*, c. 10 f.
Ὑποφείδομαι. *Morte Peregrini*, § 6 f.
Ὑποφρίττω. *Dialog. Mer.* XIII verſ. fin. & *Mort. Peregr.* c. 39 f.

Φ.

Φιλοκρινέω. *Abdic.* c. 4 pr. *Phalar.* c. 9 f.
Φοινικοβατέω. *Syria Dea*, cap. 29 pr.

X.

Χλοητάκος. *Tragopod.* v. 45.

Ψ.

Ψυχροδόχος. *Hipp.* c. 7 f.

Atque hae quidem ſunt non contemnendo numero voces in Luciano noſtro, quas exſignare, fugit diligentiam Henr. Stephani. At enim multa hic ſunt ex Lexiphane allata vocabula, quae vel ἀρχαΐζοντα, & plane obſoleta, vel κακοζήλως ficta ſint. Sed ſciendum, non magis illa debuiſſe negligi, quam Ἐπιβύστρα, Εὔλεξις, Ἀποκομάω, Ἐμβρυοδόχος, Εὐρυχαδής, Βαυκαλάω in voce Βαυβάω, Λακκοσχέας in voce Λάκκος, Ἀκροκυματόω, Ἀκρουρανία, & forte plura, quae ex ſolo hoc Luciani libello adduxit idem Steph. Neque quis obduxerit, multas hic itidem a nobis prolatas eſſe voces, quales analogice a quolibet verbo poſſint formari, veluti Μεμετρημένως, Τεθαρρηκότως, & plures eius atque alius generis. Etenim cur talia minus notari merentur, quam Μεμελημένως, Μεμετριαμέ-

ρως, & alia ſexcenta ſimilia? IENS. Verba illa rariora, quae Ienſius attulit, numero ad centum & quinquaginta, indicata erant ad num. pagg. ed. *Salm.* Nos autem ea ad capita ſ. paragraphos ed. noſtrae accommodavimus, non ſine aliquot horarum ſatis moleſto labore. REITZ.

ead. l. 8. Χρυσοῖν &c.) Homer. Il. I, 389. SOLAN.

ead. l. 11. Οὐ δίμας &c.) Hom. Il. A, 115. SOLAN.

Pag. 27. *l.* 4. Ὅσῳ) Infra Τίμ. Εἰκ. c. 23, Ἀλεκτ. c. 24 f. & Φιλοψ. 19 f. SOLAN. Conf. ſupra notata ad c. 17. REITZ.

IN PRO IMAGINIBUS.

Pag. 28. *l.* 3. ΠΟΛ.) Praeponendam eſſe hic Polyſtrati perſonam, qui fingitur cum Panthea Veri de ſuperiori libello locutus, & ipſius mandata ad Lucianum perferre, ex ſubiecta deinde eius ſ. Lycini reſponſione apparet. GESN.

ibid. Ἐγώ σοι) Feminam illam, cuius abſolutiſſimam pulchritudinem animi & corporis praecedenti libello adumbrarat Lucianus, nunc ipſam inducit quaſi indignantem, quod nimiis ab eo ſublata ſit laudibus, & tantum, quo celebrata erat, encomium a ſe amolientem. Ne tamen gerat ſe ingratam, exorditur a benevolentia, quam in Luciano, qui ſe tantis ornarit virtutibus, perſpexiſſe ait. Ἐγώ σοι, ὦ Λυκῖνε, φησὶν ἡ γυνὴ, τὰ μὲν ἄλλα πολλὴν ἐνεῖδον τὴν εὔνοιαν πρὸς ἐμὲ, καὶ τιμὴν ἐκ τοῦ συγγράμματος. Sed haec formoſiſſimae & praeſtantiſſimae feminae verba levis quidam naevus depravavit. Neque enim σοὶ, ſed σου legendum puto; quamquam non ignoro, σοὶ interdum pro σου poni, nec non ſaepe παρέλκειν. Nec etiam σοὶ ad φησὶν referri poteſt, ſed ad εὔνοιαν pertinet. IENS. Non opus eſt, ut σοὶ in σου mutemus. Pendet dativus a praepoſitione verbi ἐνεῖδον. Sic deinde c. 12, οὐδὲν πλημμέλημα ἑνορῶν τοῖς γεγραμμένοις. Sic Herodot. 9, 37, οὔτε τινὰ δειλίην μοι παρεῖδον, οὔτε ἀθυμίην· & c. 38, οὔτε δειλίην, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἄχαρι παρεῖδόν τοι. Ita Noſter ſub initium Imaginum, εἰ μέλλοιμεν παραπεπηγέναι σοι. Sic idem in Toxari non procul ab initio, (i. e. c. 3 fin.) ἀτὰρ οὐ ταῦτα ἡμεῖς Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ἐνιδόντες. GESN. Concederem Ienſio, σου pro σοι legenti, ſi ſimplex εἶδον ſequeretur; cum vero iam ſequatur cum σοι iungendum ἐνεῖδον, nihil video, quod quis merito in vulgata reprehendat: etſi enim Obſop. vertit, *tuam erga me benevolentiam perſpexi*, quid obſtat, quo minus & Lati-

ne & Graece recte dicatur, *benevolentiam tibi ineſſe video.* Nam ἐνεῖδον σοι idem erit, quod εἶδον ἐν σοι, idque exemplis haud indigere arbitror; confer tamen Tox. c. 3 f. ac Noſtrum non ſemel alibi ſic loquentem, ut ex Indice apparebit. Haec cum ſcripſiſſem, lubens cognovi, Geſner. mecum ſentire. REITZ.

cad. l. 11. Ἐπιφράττομαι) Infra Chronoſol. § 11, ἐγὼ δὲ ἥκιστα ἐπεφράγμην πρὸς αὐτά. REITZ.

in Schol. col. 2. *l.* 2. Κάλλους &c.) Alterum hoc Schol. ad titulum huius Diff. ſpectans in duo diremtum rurſus in unum redegit Solanus, haec in marg. addens: Πρὸς τοὺς Θεατοῦς ἀντιστυχρίνας τύπους) *Haec verba quaſi textus Lucianeus in priore editione praemittebantur, & pro* Θεαινῶν, *legebatur* Θεατοῦς. *Quae cum nullibi compareant, ego quaſi argumentum huius Apologiae, ut ſequentia ſuadebant, huic loco reddidi, & voculae illius mutatione cum ceteris ut cohaererent, feci. Emendationem noſtram ex ſcriptura C. confirmari video. Idem autem facilitavit Scholiaſtes in Iove utroque.*

Pag. 29. *l.* 8. Νιρέως κάλλος ἢ τὸ Φάωνος) De Nireo Homerum conſule, ſi non meminiſti. De Phaone nos alibi diximus ad N. A. IX. SOLAN.

cad. l. 12. Ἔργον) Malim ἔργῳ. KUSTER. Ego nihil muto. SOLAN.

Pag. 30. *l.* 3. Ἐκέκρυπτο) Prave antea in omnibus impreſſis, & ipſo M. κέκρυπτο legebatur. SOLAN. Κέκρυπτο) Non obſecundavi Solano, ἐκέκρυπτο ſcribere iubenti. Alia res foret, ſi ο tantum in ω foret mutandum, vel παρασκευασμένος, in παρεσκευ— in quo facilius aberrarunt ſcribae, & apertius eſt, quid ab Luciano profectum, quia alias ubique παρεσκευασμένος ait. At in augmento ſyllabico, maxime in pluſquam perf. exempla omiſſi augmenti nimis ſunt frequentia, quam ut omnia pro totidem aberrationibus ſint habenda, eorumque ex proſae ſcriptoribus longe plura exempla poſſemus exhibere, ſi non ſufficerent ea, quae ſupra dedimus ad 1 Ver. Hiſt. c. 13, ubi τετάχατο quoque conſtanter legitur. Adde Aelian. VI, 12, τεθησαύριστο· VIII, 7, κεκόσμηντο· XIII, 3, πεπλήρωτο. Ibid. I, πεφοίνικτο, ac vel decies alibi. Conf. Periz. ad eund. III, 19, ubi ad verb. ἐπελελείπτει no. 8 etiam νενόμιστο ex Plut. Inſt. Laconic. affert. Noſtrum Tox. c. 13 f. ubi συγκεκρότητο pro συνεκεκρ. Adde & Zeux. § 10, κροτάλιζον pro ἐκροτάλιζον (quamquam hoc imitatione Homeri dictum.) Et Alex. c. 22, εὐδοκίμουν, non εὐδ. Adde Herodian. II, 8, 16, συνεφράκτο in 3, quas conſului, edd. Sed, ibi-

dem § 12 tamen ηὐφραίνετο legas, idque aeque in ed. Steph. p. 44 f. & 45 pr. atque in aliis. Similia τοῦ κέκρυπτο poſtea non ſemel occurrent. REITZ.

ead. l. 12. Τὴν χεῖρα ἐπισείειν) Sic ſupr. Σκυθ. c. ult. SOLAN.

Pag. 31. *l.* 3. Προθεῖναι) Hanc etiam vocem, quae perperam in omnibus habebat, mutavimus. Quid enim erat, quod praeferebant προσθεῖναι; SOLAN.

ead. l. 8. Ταχινθίνας) Supr. Amor. c. 26, ἀπὸ τῶν βοστρύχων τῆς κεφαλῆς ἕλικες ὑακίνθοις τὸ κάλλος ἀνθοῦσιν ὅμοιαι. REITZ.

Pag. 32. *l.* 11. Παραθεωρεῖν) Conf. Nigr. c. 10, (iam § 20) & Herod. c. 80 &c. SOLAN.

ead. l. 12. Καὶ γὰρ αὖ) An καὶ γὰρ εὖ; GUYET. Non abſurda quidem eſt Guyeti coniectura; nihil tamen in vulgata mutaverim: nam αὖ interdum eſt fere otioſum, ut vid. Budaei Comment. pag. 487 f. Etſi hoc ut nimis generaliter ab eo dictum refutat Viger. de partic. p. 100. At *porro* hic ſignificare commode poteſt; ſine ſenſus detrimento tamen abeſſe: verum ad numerum oratorium facit. Eiicias enim, & videbis verba aſperius ſonare. Quamvis alibi καὶ γὰρ καὶ coniungere amat; ſed & Alex. § 24, καὶ γὰρ αὖ καὶ οὗτος. Ibid. 28 pr. καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο σοφώτατον. Quare iam tanto minus Guyeto aſſentior. REITZ.

ead. l. 14. Καστιέπειαν) Vide Ὀρχ. c. 44. SOLAN.

Pag. 33. *l.* 14. Ὃς τοῦ ἀρχιτέκτονος ὑπισχνουμένου τὸν Ἄθω &c.) Idem ſuperius poſitum, lib. de hiſtoria ſcribenda. MARCIL. Adſcripſerat etiam Solanus conferend. Quom. Hiſt. Ibi autem c. 12 invenies propemodum eadem. REITZ.

Pag. 34. *l.* 2. Ἔχοντα) De Atho aut Alexandro cogitabat, cum haec ſcriberet; ad εἰκόνα enim aut ὄρος, quae praeceſſere, referri non poteſt. Sed ſic ſolent optimi quique ſcriptores; neque hoc cuiquam fraudi fuerit. SOLAN. An quia virilis *ſtatua*, etiam quaſi rex ipſe eſſet, eam facit maſculini generis? Poteſt id verum eſſe: nam ſi ad βασιλέως referas, ἔχοντος legas. Ideoque cum Solano nihil muto, niſi quis Codex bonae notae id ſuadeat. Vide, quae de generis enallage ſupra notavimus ad 2 Ver. Hiſt. cap. 37. Item Tyrannic. cap. 8. Et Amor. c. 12. Hic tantum addo Evang. Matth. c. ult. f. μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτούς. Sed poſſes etiam ἔχοντα ad Ἄθω ὅλον referre, & reliqua ab ὃς pro parentheſi habere. At lenius fluit oratio, ſi ad εἰκόνα referas. REITZ.

ibid. Ταῖν χεροῖν) Non credideram opus fore ad haec verba etiam aliquid notare; ſed recordatus, quid cl. Wallis de hoc

duali ſcripſerit, paucis id recognoſcere iuvabit. Cum enim in Ptolem. Harmon. p. 158 recte ediditſet τοῖν χεροῖν, in praef. p. 3 ait: *Retineo τοῖν χεροῖν, quod ſic habetur in pleriſque Codicum, propter ἡ χεὶρ. Sed potior lectio videtur unici Codicis* K. τοῖν χεροῖν. *Volunt utique Grammatici femininum χεὶρ fieri in duali numero maſculinum.* At ego nuſquam aliter in Luciano, quam τοῖν χεροῖν inveni. Vid. ſupra Demon. c. 11 f. Et Somn. § 6, ac centies alibi. Sed videtur vir doctiſſ. aut Grammatici decepti in τὰ χεῖρε, quod cum Noſtro aliiſque Atticis familiare, immo perpetuum fere ſit, pro τὰ, (vid. Tox. c. 48, & quae obiter ad Piſcat. § 20 notamus in τὼ τέχνα) credidere forſan etiam in genitivo ac dativo locum habere; vel potius inverſe tribuerunt id ſubſtantivo χεὶρ, quod articulo eſt tribuendum. Ille enim communis, immo omnis ſit generis, eandem terminationem retinendo in τώ. Nam ſi ſubſtantivum in ſing. & plur. femininum revera fieret maſculinum, idem dicendum foret de τέχνη, πόλις &c. quia ſimiliter τὼ τέχνα, τὼ πόλεε, τὼ ἡμέρα invenitur; ut vid. ap. Maittair. de Dialectr. p. 84. Qui tamen & haec ad enallagen generis refert, & ex Thucyd. τοῖν πόλεοιν quoque producit. Quod ſi recte ſe habet, rarius tamen eſt, (nam ſic alibi non ſolet) adeoque articuli immobilitati, ut ſic dicam, potius adſcribendum duxerim, quam ipſi nomini. Aut potius, ut verum fatear, abuſus eſt ab vulgari conſuetudine introductus, qualis apud nos, cum dicimus *'s werelts loop*, *'s maeders lichaam*, maſculino articulo utentes in uno hoc genit. caſu, pro femin. quae cum Graecis quibuſdam abuſibus ſimilibus recte comparat frater Car. G. O. Reitz. in Belg. Graec. p. 46. Conf. & Scholiaſt. Sophocl. ſupra ad Piſcat. c. 20 adductum, qui etiam τοῦ pro τῆς in ſing. adducit ab Atticis uſurpatum. Ego vero τοῖν χεροῖν utique praefero, etiamſi vel concederem Wallisio, genus ſubſtantivi revera in dual. mutari, non articuli culpa: nam, modo probatum ſit τοῖν χεροῖν olim ſcriptum dictumque, levius fuerit, vitiligare, fiatne hoc articuli culpa, an generis ſubſtantivi vera enallage. Quamvis accurate loquendo diſtinguere malim. Nam cum δυοῖν omnis ſit generis, minime ſequitur, omne id ſubſtantivum femininum, cui δυοῖν adiungitur, in duali fieri maſculinum. Simul autem hic notemus, χεροῖν non eſſe poëticum, pro χειροῖν, ſed in pedeſtri ſermone etiam uſitatiſſimum, Noſtroque proprium. Reitz.

ead. l. 8. Μείζω τοῦτο) Lege τούτου. Guyet. Sed poſt inventum τοῦτον iam non opus eſt. Reitz.

ead. l. 9. Τοῦτου) Sic W. In omnibus impreſſ. τοῦτο, minus commode. SOLAN.

ibid. Αὐτοῦ ἀνεστ.) Αὐτόν. GUYET. Sic opus erat, ſi τούτου legeretur: iam vero αὐτοῦ pertinebit ad ἀνδριάντα, niſi malis αὐτοῦ, vel potius αὐτῷ, quod magis placeret, etſi utrumque ſtare poteſt: hoc tamen potentius erit. REITZ.

Pag. 35. *l.* 2. Μὴ καὶ ἐπιστομίσῃ μέ φησιν ἐμπεριπατοῦσαν αὐτῷ) Interpres: *Ne illo* (calceo) *mihi inambulanti os obturet.* Verte: *Ne inambulans prona in os, in vultum, cadam.* Sic infra, ὅμως τὸν πρέχοντα ἐπισχὼν, ἢ ἐμποδίσας ἐπιστομιεῖ. (Ex addendis Graev.) MENAG. An, *in os cadere faciat?* ἐπὶ στόμα πίπτειν ποιῇ; infra pag. 771, ὅπως τὸν πρέχοντα ἐπισχὼν, ἢ ἐμποδίσας ἐπιστομιεῖ. (Non invenio. Sed addo Hor. I, Ep. X, 43, *ut calceus olim ſi pede maior erit*, ſubvertet.) GUYET. Qui calceus laxus valeat ad ἐπιστομίζειν, ad *os obturandum*, equidem me iuxta cum ſtupidiſſimis ignorare fateor. Ut intelligamus, valere laxum calceum ad *evertendum*, ad *ſupplantandum* illum, qui eo utitur, aſſ hoc non magna opus eſt ſapientia, & miror viros doctos, qui concoquere potuere *calceum os obturantem.* Utrum autem Lucianus pro ἐπιστομίσῃ, quod vitioſum omnino eſt, poſuerit ὑποσκελίσῃ, an abſtruſiore quodam uſus ſit, quod nondum inveni, non dixerim. Sed hoc video, tale quid vidiſſe etiam doctiſſimum Solanum, qui dederit, *ne inambulantem ſubvertat.* GESN. Μὴ καὶ ἐπὶ στόμα ὤσῃ emendabat Valkenarius ad Herodot. VIII, pag. 554, notante cl. B. de Ball.

ead. l. 4. Οἱ ἄνδρες) Duo hic ſedulo obſervanda curioſis: Non licuiſſe feminis his intereſſe ludis. Quod diſerte docet etiam Aelian. V. H. X, 1, & iterum de Anim. V, 17, lege prohibitum. Adde Pauſan. El. I, p. 153, 6, Schol. Pindari ad Ol. VII, p. m. 14 b. B. C. & Val. Maxim. VIII extr. Deinde, iuſtae magnitudinis ſtatuas, quae decernebantur Olympionicis, poſitas: quorum poſterius, an a quoquam ante obſervarum ſit, neſcio; certe ſpernendum non fuit. De ſtatuis Olympionicarum multa exempla habes apud eundem Schol. l. c. A. & B. SOLAN.

ead. l. 5. Μηδ' Ὀλυμπιάσιν ἐξεῖναι ταῖς νικῶσι μείζους τῶν σωμάτων ἀνεστάναι τοὺς ἀνδριάντας) Typotheticum puto vitium eſſe ταῖς pro τοῖς· utique ſic recte omnes priores, & ratio ipſa poſtulat. IENS. Non omiſit hunc locum P. Faber Agoniſt. 2, 20, ubi plura in hanc rem, qui volet, inveniet. GESN.

ead. l. 9. Ἐγκρίσεως) Ἐγκρίνω iudicio meo comprobatum admitto, adopto. GUYET.

ead. l. 11. Ἐλλανοδίκαι) Conf. infra Περεγρ. c. 31. SOLAN. Hoc ideo monuit, credo, quia hic in *l.* his male Ἐλανοδίκαι uno λ exaratum; at infra l. c. recte habet eadem cum aliis: ſed pudet minutiarum. REITZ.

ead. l. 17. Γυναικεῖόν τι) Imbecillum, verecundum nimis, & ſuperſtitioni proximum, ſecundum Ter. Heaut. 4, 1, 37: *Ut ſtultae & miſerae omnes ſumus religioſae.* Molliter accedit ad refellendum amicum. Potuit aliquis nimiam religionem Pantheae interpretari: ego quidem initio ſic putabam; ſed mutavi ſententiam. GESN.

in Schol. col. 1. *l.* 1. Μὴ δὲ) Reliqui hoc diſcretim ſcriptum, etſi μηδὲ iunctim in Lucian. quia & alibi ſaepe variatur in edd. quarum nonnullae fere ſemper μὴ δὲ diſiungunt. REITZ.

Pag. 36. *l.* 1. Εἰπεῖν ἔδοξε) Depravatus hic locus eſt, forſan deleto τοιοῦτον, recte habiturus. In L. pro εἰπεῖν ἔδοξε, ſcriptum eſt παθεῖν ἔδοξε. SOLAN.

ead. l. 2. Ἐπλημμέλησα ἑνορῶν) Forſan πλημμέλημα ἐνεώρων. GUYET. Forſan πλημμέλημα ἐνεώρων. Ego certe ex recepta lectione nullum ſenſum extundere me poſſe fateor. SOLAN. Qui ad totam huius loci ſententiam attenderit, illum videre puto, haec, ut leguntur Graece, ſenſum non habere idoneum. Verbo, legendum, quod vetus interpres, Obſopoeus, iam videtur animadvertiſſe, οὐδὲν πλημμέλημα ἑνώρων, vel ἐνεώρων τοῖς γεγραμμένοις. Ita certe interpretatus ſum: & ita dediſſe iam video Solanum. GESN. Viden', ut concinant Guyet. & Solanus? Coniectura placet; ſed num Guyeto illam ſubtraxerit noſter, non dixerim. Cererum de conſtructione illa ἑνορᾶν τινι, vide ſupra notata ad § 1 huius Dial. ubi Geſner. etiam πλημμέλημα legendum tacite monuit. REITZ.

Pag. 37. *l.* 7. Ἐπικλώμενον) *Inflexum.* GUYET. Sed Bened. iam dederat *reflexum*; nec Guyeti notam addidiſſem, niſi viderem Obſopoeum vertiſſe *derivata*, quod aliquanto longius a Graeco recedit, ideoque hoc emendare Guyetus voluit. Nam ἐπικλᾶσθαι pro *debilitari*, *infringi animo* frequens. Thucyd. III, 59, φείσασθαι δὲ καὶ ἐπικλασθῆναι τῇ γνώμῃ οἴκτου σώφρονα λαβόντας. Et IV, 37, εἴ πως τοῦ κηρύγματος ἀκούσαντες ἐπικλασθείεν τῇ γνώμῃ. Dion. Hal. Ant. VII, pag. 466 ed. Lipſ. παθεῖν τι, καὶ ἐπικλασθῆναι τὰς γνώμας. Idem VI, 382, ἀλλ' ἐπικλάσθητε καὶ εἴξατε. Hinc & pro *flecti*, *inclu-*

nari ad aliquid, apud eund. I, 684, v. 32, ἐπικλασθῆναι δὲ τὸν Ἀμούλιον εἰς τοῦτο, ἱκετευούσης τῆς θυγατρὸς, unde Luciani ſenſus facile patet. Conf. noſtrum Tox. c. 20. REITZ.

ead. l. 14. Ἐπαίνους) Cum haec itaque ſcriberet, clarus iam ſcriptis Lucianus fuerit oportet, immo non ſcriptis tantum quibuslibet, ſed Satyra, niſi me coniectura fallit. Hoc enim verba iſta innuunt. SOLAN.

Pag. 38. *l.* 13. Παρ') W. recte. In impreſſis ἀπ'. Vide c. 16, ubi bis occurrit illud παρά. SOLAN. Ἀπ' ἐκείνης) Etſi verum eſt, παρὰ, quod W. habet, hic fore uſitatius; ut Long. Paſt. III, p. 130, παρ' ἐμοῦ δὲ αἱ τριςχιλίαι, (ſcil. δραχμαὶ) *a me feres has ter mille drachmas*; Herodian. I, 1, 4, ἐγὼ δ' ἱστορίαν οὐ παρ' ἄλλων ἀποδεξάμενος, & ſaepiſſ. alibi apud hunc alioſque; ideo tamen ἀπὸ, quod in edd. eſt, (& ſine dubio etiam in aliis Codd. quia nihil ex iis varietatis notatum invenio) non reiicio cum Solano. Nam in ipſo verbo ἀποδεξάμενος, licet cum παρὰ iungatur, praepoſitio ἀπὸ ineſt. At non ſatis eſt ex compoſitis ratiocinari. Verum quid obſtat, quo minus ἀπ' ἐκείνης accipiatur ut locus, unde ille ferens venit? hoc enim ſenſu ἀπὸ eſt frequentiſſimum, etſi non locus, ſed perſona nominatur, ut apud eund. Herod. III, 5, 11, οὔτε γάρ τις — ἀπὸ τοῦ Σεβήρου ἀφικνουμένων. Sic σκῦλα ἀπὸ ἡμῶν ſunt ſpolia a nobis ablata, ſive *de nobis*, ap. Thucyd. III, c. 57, 83. Immo quia λαμβάνειν ἀπὸ τινὸς, ἀπ' οἴκου, & ſimilia, recte dicuntur, quidni & νομίζειν ſic poſſit conſtrui, non video, licet exempla iam non ſuccurrant. REITZ.

Pag. 39. *l.* 6. Ἐγχυθέντος) Antea in omnibus impr. & ipſo M. legebatur hic & cap. 29 ἐκχυθέντος, peſſime. Ego ſedulo mutavi: vide Ἀποκηρ. c. 8, ubi recte ſcribitur, & in Δικ. paſſim; ne te iam ad alios innumeros ſcriptores amandem, apud quos forenſis illa formula nunquam aliter effertur. SOLAN.

ead. l. 10. Ἱμεραῖον ποιητὴν) Τὸν Στησίχορον. GUYET. Quem hic intelligat, ſi neſcias, diſces ex Noſtro in Ver. Hiſt. II, c. 15. Certe non *Theocritum*, qui *Syracuſanus*. *Himeraeum* autem fuiſſe *Steſichorum*, diſerte docemur apud Platonem in Phaedro (citatum Stephano in Lyric. pag. 147 b.) Ad Steſichorum etiam recte referunt Coll. SOLAN. Κατὰ τὸν Ἱμ. ποιητὴν) Steſichorum, qui carmine laeſerat Helenam, &, caecitate ſibi a fratribus illius immiſſa, palinodia eam placavit. Nota vel ex Noſtro fabula. GESN.

ead. l. 13. Ἀντιδίκοις) Forſan ἐν ἀντιδίκοις. GUYET. Ἐν ἀντιδίκοις) Particulam ἐν, quae in libris noſtris exciderat,

omnino reſtituendam duxi. Abſciſſa haec erant cum margine in M. SOLAN.

Pag. 41. l. 8. Ἀναδῦναι) Conf. infra Περιεγρ. § 26. SOLAN.

ead. l. 13. Πέρα τοῦ μέτρου) At ſupra de Salt. c. 21, πέρα τοῦ μετρίου. Prius Noſtro frequentius. Sed & alterum rectum, eiuſque exemplum ex Sozom. dedit Hemſterh. Nigrin. cap. 30 f. REITZ.

ead. l. 15. Ἐν μεγάλῳ τιθεμένη) Sic e contrario, ἐν γέλωτι ποιήσασθαι. Quom. Hiſt. c. 32. Infra, Tox. c. 22 f. ἐν παιδιᾷ ἐποιοῦντο. Sic Herodian. II, 7, 4, εἶχον ἐν καταφρονήσει, aliique paſſim. REITZ.

Pag. 43. l. 5. Ὅσῳ) Omiſſo μᾶλλον, conf. ſupra Amor. c. 17. SOLAN. Conf. potius ſupra notata ad pro Lapſ. c. 12. Et infra ad Gall. c. 18 m. REITZ.

ead. l. 12. Ἐξαγώνια) Id eſt, ἔξω τοῦ ἀγῶνος ὄντα. GUYET.

ead. l. 16. Ταῦτά σοι ἔμμετρα ἔδοξε) Ταῦτά σοι ἄμετρα ἔδοξε. Itaque adiungit, καὶ ὑπὲρ τὸν πόδα. MARCIL. Ἔμμετρα ἔδοξε) Quod editionem Marcilii male habere ἔμμετρα in variantibus notarit Solanus, id neſcio an potius vitium typographicum ſit in Marcilii notis: nam Bourdelotii, Marcilii, & Cognati notae iis plenae ſunt, maxime tamen prioris illius. Sed nihil refert; nam ἔμμετρα manifeſto falſum eſt: quaeritur enim tantum, anne praeſtet ἄμετρα pro ἔνμετρα; prius certe frequentius occurrit. At alterum quoque ſic legit in Luciano H. Steph. Et adverb. etiam ἐνμέτρως adducit aliunde. De quo potius, ſi dubites, vid. Polluc. V, S. 167, τὸ δὲ ἀμέτρως λέγειν, εἰ μὲν κατὰ τὸ πλέον, ἐνμέτρως &c. Ipſum vero ἔνμετρος vel quater occurrit ap. eundem, quod cum ex Indice appareat, tranſcribere nolo. Immo iam fere credo ἔμμετρον in Marcilii ed. lectum, alioqui non emendaſſet. Nos certe iam nihil mutamus. REITZ.

ibid. Ὑπὲρ τὸν πόδα) Vide Paroemiogr. BOURD.

Pag. 44. l. 2. Ποιηταὶ) Horat. — *Pictoribus atque poëtis Quidlibet audendi ſemper fuit aequa poteſtas.* SOLAN.

ead. l. 3. Εἰ καὶ χαμαὶ καὶ βάδην, ὥσπερ ὑμεῖς, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ μέτρων φέροιντο) Notanda locutio, ἐπὶ μέτρων φέρεσθαι, quae non denotat *praeter modum ferri*, ut inepte interpres; ſed *in metris*, h. e. *oratione ligata uti*: quemadmodum contra, χαμαὶ καὶ βάδην φέρεσθαι, *oratione proſa uti*. Similis locus eſt in Bis Accuſato c. 33, καὶ οὔτε πεζός εἰμι, οὔτε ἐπὶ τῶν μέτρων (ſic enim ibi legendum, pro μετεώρων, recte monuit ὁ πάνυ Graevius) βέβηκα. L. Bos. Niſi nimis notum arbitrarer, adderem Ho-

rat. 2, Od. 12, 9, — *tuque pedestribus Dices historiis proelia Caesaris, Maecenas, melius.* REITZ.

ead. l. 4. Ἐπὶ μέτρων) Conf. infr. Διϊκ. c. 33 f. SOLAN.

ibid. Ἐλεύθερον γάρτι ὁ ἔπαινος) Caecina ad Ciceronem fam. 6, 7, cum de ceteris scribendi generibus dixisset, *solum*, inquit, *liberum alterum laudare, de quo quidquid detrahas, necesse est aut infirmitati aut invidiae assignetur.* Quam vere, hic non disputamus. GESN.

ead. l. 9. Ἐκεῖνο δέ [σε] φημὶ [τοιαύτας — λόγων] An sic legendum? ἐκεῖνο δὲ φημὶ ὡς χρὴ τὸν ἐπαινοῦντα, καὶ εἰκόσι &c. Locus integer non videtur. Curvis lineis inclusa glossemata videntur. GUYET. Nihil inficetius interpretatione, quam qua Graeca haec, ἐκεῖνο δέ σε φημὶ τοιαύτας ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐπαινετικῶν τούτων λόγων, ὡς χρὴ τὸν ἐπαινοῦντα καὶ εἰκόσι, καὶ ὁμοιώσεσι προσχρῆσθαι, vertuntur, *illud vero dico, eiusmodi nobis esse laudativarum orationum occasiones, quomodo imaginibus & comparationibus laudatorem uti oporteat.* Nihil, dico, inficetius. Marcilius hic inculcat post ἡμῖν verbum integrum παρεσχῆκέναι. Cogitabam ego pro ἐκεῖνο legendum εἶναι· & certe, si ita scripsisset Lucianus, sensus foret satis absolutus. At nec hoc, nec illud, si recte consideremus, summopere necessarium. Dixerat Lucianus, pleroſque, qui laudandum quempiam suscipiant, omnes vires in id intendere, ut rem gestam, quantum possint, verbis ornent ac amplificent; idque iis quodammodo licere, cum laudatio sit res libera, nullisque terminis circumscripta. Sibi vero, qui eam feminam (ad quam hic loquitur) in priori libello omnibus pulchritudinis & venustatis coloribus depinxerit, praestantissimis formae & virtutum a quaque femina & Dea exemplis atque imaginibus desumtis, & ad hanc unam translatis, nulla laudum amplificatione opus esse; cum feminae huius dotes tantae sint, tamque uberem laudationis praestent materiam, ut, si velit veram eius dare descriptionem, ad comparationes & imagines hominum Dearumque, animi corporisque virtutibus illustrium, se debeat convertere. Haec ergo Graeca ita vertes: *illud autem dico, te unam tot encomiorum nobis* esse *ansas, ut laudatorem oporteat & imagines & similitudines in partes vocare.* Subaudiendum tantum, id quod commode fieri potest, εἶναι. Est quoque συγχύσεως haec species, ἐκεῖνο δέ σε φημὶ, cum ordo postulet, ἐκεῖνο δὲ φημί σε &c. Pari modo supra de Imag. cap. 4, ἀλλὰ καὶ τὸν μῦθον, ὃν λέγουσιν ἤκουσας οἱ ἐπιχώριοι περὶ αὐτῆς. Et hic ordo est, ἤκουσας ὃν λεγ. οἱ ἐπιχ. *sed & fabulam*

audiviſſi, quam incolae de ea narrant. Similes συγχύσεις in hoc & aliis ſcriptoribus ſunt frequentiſſimae, quod nemini latet. Per σύγχυσιν quoque exponam verba haec in Noſtri Hermotimo c. 7 poſt m. καὶ γὰρ ἐκεῖνος (Ἡρακλῆς) ἀποβαλὼν ὁπόσον ἀνθρώπειον εἶχε παρὰ τῆς μητρὸς, καὶ καθαρόν τε, καὶ ἀκήρατον φέρων τὸ θεῖον, ἀνέπτατο ἐς τοὺς θεοὺς διευκρινηθὲν ὑπὸ τοῦ πυρός. Nempe διευκρινηθὲν referendum ad τὸ θεῖον, quaſi verborum ordo foret, ἀκήρατον φέρων τὸ θεῖον, διευκρινηθὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς, ἀνέπτατο ἐς τοὺς θεούς. *Etenim ille, abiecto quidquid humani a matre haberet, puramque & incorruptam atque per ignem diſcretam divinitatem ferens, ad Deos ſubvolavit.* Ergo nihil neceſſe eſt, cum Th. Munkero in notis ad Hygini Fab. XXXVI, pro διευκρινηθὲν legere διευκρινηθείς. IENS. Illud σε vel pro σοι poſitum ab oſcitante librario, vel, quod malim, pro γε, videtur induxiſſe aliquem, ut παρεσχηκέναι illud, de quo eſt in nota Marcilii, inſereret: cum praeſertim non cogitaret, ἀφορμὰς eſſe rhetorum nomen, quo ea deſignantur, quae alias στοιχεῖα, item μόρια τῆς περιστάσεως appellant, locos quoſdam & quaſi praedicamenta, unde laudandi argumenta peti poſſunt. Illud quidem apparet, generali argumento hic uti Lycinum: *In laudando utendum eſt comparationibus; comparandum eſt autem id, quod laudare velis, non cum paribus aut vilioribus, ſed cum excellentioribus.* Verſatur hic in theſi auctor, non in hypotheſi. GESN.

ibid. Σὲ φημὶ) Vide Pvt. cap. 18, & Διαβ. c. 1. Eurip. Bac. 529 B. C. Ὅταν λάβῃ τις τῶν λόγων ἀνὴρ σοφὸς Καλὰς ἀφορμὰς, οὐ μεγ' ἔργον εὖ λέγειν. SOLAN.

ibid. Τοιαύτας ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς) Τοιαύτας ἡμῖν παρεσχηκέναι τὰς ἀφορμάς. MARCIL. Luciani verba, ad quae Solanus remittit, in Rhet. praec. 18 pr. ſunt: ἐπειδὰν καὶ δέῃ λέγειν, καὶ οἱ παρόντες ὑποβάλωσι τινὰς ὑποθέσεις καὶ ἀφορμὰς τῶν λόγων. Et in Cal. non tem. cred. 1 m. τοιγάρτοι μυρίας ἤδη τοῖς τραγῳδιοδασκάλοις ἀφορμὰς εἰς τὰ δράματα τὰ τοιοῦτον παρέσχηται τοὺς Λαβδακίδας, καὶ τοὺς Πελοπίδας. Non vero addit, qua de cauſa eo nos ableget, num ad uſum rhetoricum vocabuli ἀφορμὰς demonſtrandum, an ut oſtendat, etiam hic verbum requiri, ut illic παρέσχηται & ὑπολαβεῖν additum legitur; & ſic mihi videtur: nam ſive pro ἡμῖν legas εἶναι, ſive σε mutes in σοι aut γε, dura tamen & contorta manet conſtructio, Lucianeae non ſatis conveniens. Εἶναι quidem commode alibi intelligendum relinquitur, hic vero duriuſculum videtur, quia ſic σύγχυσις, ἔλλειψις, ac tranſitio a ſingulari

ad plural. ſimul concurrerent. Eſto tamen, intelligatur, quia viri cl. Geſnerus cum Ienſio, me perſpicaciores, ſic volunt. REITZ. Mſ. Reg. 2955: ἐκεῖνο δέ σε φημὶ εἰδέναι, τοιαῦτας ὑμῖν τὰς ἀφορμὰς &c. & ſic reſtitutum vult cl. B. de Ball.

ead. l. 15. Πρὸς τὸ ὑπερέχον) Ἀλλ' ἴν τις πρὸς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τε ἐμβιβάζῃ τὸ ἐπαινούμενον, *ſi quod laudatur, ad excellentius, quoad fieri poterit, extulerit.* Nec Graeca, nec Latina verba reprehendo. Efficacius tamen vetus Codex πρὸς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τε προσβιβάζων, ut ap. Latinos *provehens.* GRAEV.

ead. l. 16. Προσβιβάζῃ) W. & P. cum Graev. faciunt. SOLAN.

Pag. 45. *l.* 2. Εἰδέναι) Quidam libri mendoſe *ἰδέναι.* SOLAN.

ead. l. 7. Ποιητὴς) Unde habeat, neſcio. SOLAN.

ead. l. 9. Γλαῦκον τὸν ἐκ Καρύστου) Supra Zeux. f. aliiſque locis mox ab Solano indicandis. REITZ.

ead. l. 14. Πῶς — ποιητὴς) Pindarus haud dubie; ſed inter ea, quae hodie ſuperſunt, non exſtat. SOLAN.

ead. l. 17. Ὁρᾷς) Ὁρᾷς ὁποίοις αὐτὸν (Γλαῦκον) θεοῖς ἔπαισε; (Ὅμηρος ſcilicet) μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἐκείνων ἀπέφηνε. Locus bono ſenſu mutilatus: condonanda itaque non nimis perſpicaci interpreti noſtro inſulſa verſio, *vides, qualibus Diis ipſum aſſimilarit? quin potius ipſis imaginibus expreſſit.* Ubi hic memorantur imagines? Puto, eum legiſſe εἰκόνων, non ἐκείνων. At vel ſic nec Graece id ſenſu ſano diceretur, nec recte Latine verti poſſet. Lucianus, quo probaret, comparationes petendas eſſe ab rebus minime vilioribus & inferioribus, attulit exemplum Glauci, de quo Homerus dixerit, ne Pollucem quidem, neque robuſtiſſimum Herculem, manus ſuas contra eum audere tollere. Iam ait, *viden', quibus Diis* Homerus Glaucum *comparavit? quin & illis ipſis declaravit.* Marcilius pulchre vidit, deſiderari κρείττω· non tantum ſcilicet Diis comparavit Homerus Glaucum, ſed & iis fortiorem declaravit. Poſſumus molliori emendatione defungi, legentes ἀμείνω pro ἐκείνων· plane uti modo praeceſſit, ἑνὸς ἀνδρὸς ἔλεγεν ἀμείνω εἶναι αὐτόν. Haec iam ſcripſeram, ubi in Florentinam ed. incidens, vidi illic clare ita legi, ac ipſe conſtitueram, niſi quod ipſa vox ἐκείνων ſervata eſt integra. Nempe, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἐκείνων ἀμείνω ἀπέφηνε. Aldina ed. perinde, ac reliquae, mutila eſt. IENS. Adſcripſerat Hemſterh. principio huius notae Ienſianae: Fallitur; nam nec Glaucum Homericum Lucianus, ſed Caryſtium intelligit, neque adeo Homerum. REITZ.

ibid. Μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἐκείνων) Μᾶλλον δὲ καὶ κρείττω αὐτῶν ἐκείνων. MARCIL. Vertitur, *quin potius ipſis imagini-*

bus expreſſit. Sed ſenſus requirit, *quin & potiorem ipſis expreſſit.* GUYET. At iam, cum ἀμείνω reſtituerimus, emendatione Marciliana non opus eſt. Patet interim, recte eum coniecisse. Senſit idem Geſnerus vel ex coniectura, vel ex lenſii Lect. Lucian. perſpiciens, comparativum deeſſe, qui cum *maiorem* in verſione addiderit, non viſa emendatione noſtra, μείζω videtur coniecisse; repoſui tamen *potiorem*, ut cum ἀμείνω verſio conveniret. REITZ.

Pag. 46. l. 1. Ἐκείνων ἀμείνω ἀπέφηνε) Illud ἀμείνω, quod in impreſſis fere omnibus deerat, ex W. & *Fl.* ed. reſtituimus. SOLAN.

ibid. Γλαῦκος) De his vide ad Ἡρ. c. 3, & Συγγρ. c. 35. Adde & Ἔκκλ. c. 12. SOLAN.

ead. l. 4. Εὐδοκίμουν) Omnes libri εὐδοκίμουν. Neque hic ſolum hac in voce peccatur. SOLAN. Εὐδοκίμουν) Quantumvis Solanus iubeat εὐδόκ. cum augmento reponi, ego tamen nihil mutavi; tum propter librorum conſenſum, tum quia & ſupra non ſemel vidimus augmenta neglecta. Adi, quae notavi ad Dial. proximum Imag. c. 3, & Alex. c. 22, ubi εὐδοκίμουν etiam legitur. Sic εὑρίσκω facere εὕρισκον, εὕρηκα &c. nec recipere augmentum, ſatis notum eſt; alia vero promiſcue inveniuntur, ut εὐφραίνοντο & ηὐφραίνοντο, quod ſupra iam monui. Immo in Novo Foedere εὐδοκέω, nunquam cum augmento legas exhibitum, ſed εὐδόκησα ubique. At magis Atticum eſt ηὐδ. Eſto. Nec tamen Noſter alibi ὑπεραττικίζει, ideoque non hic etiam ad id eum adigemus invitum. REITZ.

Pag. 47. l. 1. Θερσίτην) Homer. Il. B, 216. SOLAN.

ead. l. 2. Νέστορα φάναι) Homer. Il. A, 250. SOLAN.

ead. l. 4. Τὸν Κροίσου υἱὸν ἐξυηκοώτερον εἶναι τοῦ Μελάμποδος) Atqui Herodotus lib. I, ὁ δὲ παῖς οὗτος ἦν ἄφωνος. Videtur itaque aut alios ſecutus auctores Lucianus, aut memoria ei vacillaviſſe. Nam & infra in Gallo, ſive Somnio, λυπεῖ δέ, inquit, τὸν μὲν Λυδὸν, υἱὸς κωφὸς ὤν. Neque dixeris hoc Luciani loco reponi poſſe λαλίστερον. Repugnat enim comparatio cum Melampode. MARCIL. Miratur Marcilius, quos Lucianus ſit ſecutus auctores, cum ſcribit in dialogo pro Imaginibus, Croeſi filium auditu acri Melampodem antecellere, cum ſcribat Herodotus, illum fuiſſe mutum, non ſurdum. Sed ego miror, Marcilium hic haerere. Quis ignorat, mutos eſſe quoque ſurdos: immo ſurditatem eſſe cauſam mutae linguae? Qui ſurdus natus eſt, loqui non poteſt. Unde enim ſonos vocum literarumque percipiat? Fuerunt tamen noſtro ſeculo

cum in Germania, tum in Anglia, qui ſurdos docuerunt motu oris literas noſſe & pronuntiare: de quo exſtat elegans diſſertatio Georg. Morhofii, viri eruditiſſimi, & noſtri ſtudioſiſſimi. Quin & ſurdi fuerunt his in terris, non nati, ſed morbo caſuque facti, qui ex motu labiorum aeque poterant etiam longius a ſe remotos, & muſſitantes intelligere, ac ſi articulatim ſingulas voces auribus percepiſſent. Hi videbant ſonum, non audiebant. GRAEV. De filio Croeſi vide Herodotum, & Noſtrum Ἀλεκτ. cap. 25. Aliquem nactus ſit neceſſe eſt, a quo abſque aurium ope, linguam & reliqua vocis organa movere edoctus fuerit, qualis potiſſimum noſtra aetate nobilis Medicus mutam puellam Harlemi loqui docuit, & ex oris motu ut loquentes intelligeret, fecit. Melampodis fabulam vide apud Apollod. I, p. 19 A. B. SOLAN. Τοῦ Μελάμποδος) Cui Dracones lambendis auribus avium etiam ſermonis intellectum dederint. Vid. Plin. X, 49, f. 70, & quos ibi citat Harduin. Bochartus praeſertim Hieroz. I, 3, pag. 21, 69, a quo ſua habet Harduinus omnia. Add. Spanh. diſſ. 4, p. 215. GESN.

ead. l. 5. Τὸν Ἰφνέα ὀξύτερον δεδορκέναι τοῦ Λυγκέως) Hanc lectionem retinent omnes; etiam Latinis interpretibus offerentibus neſcio quem *Iphnea*. Et cui iſte talis auditus? manifeſte apparet, tranſpoſitas literas pro Φινέα, ut optime adſcripſit pater. Is notiſſimus in fabulari hiſtoria, & quidem propter oculos, qui fuerunt excaecati. GRON. Optime & ipſo quoque hoc Lynceo ὀξύτερον viderunt Menagius & Gronovius, hic in notis pag. 902, ille in Addendis, legendum eſſe Φινέα· nec enim aliter legitur in ed. *Flor.* IENS. (Φινέα omnino legendum videtur, *Guyet.*) Monuit idem la Croze. Monuit Menag. in add. ed. Graev. Et nos correximus dudum. REITZ.

ibid. Φινέα) W. *Fl.* & *V.* 2. Reliquae edd. prave Ἰφνέα. Vide Apollod. I, p. 23 C. SOLAN.

ead. l. 7. Ὁ δέ γε [αὐτὸ τοῦτο] ἐπαινῶν οὐχ [ὅπως οὐδ'] ἂν) Sic lege fortaſſe: ὁ δέ γε ἐπαινῶν οὐκ ἂν ψεύσαιτό τι &c. Cetera gloſſa videntur. GUYET.

ead. l. 8. Προσόντων) Conf. ſupra hoc Dial. c. 6, & Συγγρ. cap. 35. SOLAN.

ead. l. 12. Ὡς ἴσμεν ζῴων) Ὡς ἴσμεν ζῶον. GUYET. Ἵππον ἐπαινέσαι θέλων, φύσει κοῦφον ὂν ἴσμεν ζῴων &c. Interpres, *laudando equum, natura levem, ut ea ſcimus eſſe animantia.* Haec ſunt verſionum monſtra. Redde, *equum laudare volens, natura levem ex iis, quae novimus, animalibus* &c. De hoc Helleniſmo vide ſupra ad T. I. IENS. Bis ὡς pro ὂν ſcriptum erat in nota

Guyeti; dubito num deſcribentis vitio. Sed in vulgata nihil video, quod emendationem poſtulet, quamquam ζῶον non improbaverim, ſi quis Codex haberet. Interim ſatis uſitata & haec eſt genitivi cum relativo convenientis conſtructio, ut bene iam monuit ac vertit Ienſius. REITZ.

ead. l. 13. Ἄκρον &c.) Homer. Il. Υ, 227. SOLAN. Fons Homer. Il. Υ, 227. Rivos plena manu indicavit la Cerda ad Aen. VII, 808, *Illa vel intactae* &c. GESN.

ead. l. 14. Ἀελλοπόδων) Fruſtra apud Homerum quaeſivi. SOLAN. Uſitatius quidem Homero ἀερσίποδες. Verum nec alterum eſt improbum. Legitur enim in Hymno in Vener. qui eidem vulgo tribuitur, v. 218, — ἵπποισιν ἀελλοπόδεσσιν ὀχεῖτο. REITZ.

Pag. 48. *l.* 1. Ζηνός που) Homer. Odyſſ. Δ, 74. SOLAN.

ead. l. 4. Ὅπου Κύναιθος) Lege ὥς που. GUYET. Mallem ἅ γοῦν K. Sed in impr. & M. ipſo, uti edidimus, ſcribitur. Accedit ad hunc uſum huius particulae locus Iambl. Nº. 60 A. Vid. Tim. § 2, Deor. Dial. XVIII, 1 f. Ibid. XXIII, 1 med. pro Lapſ. § 2. Ibid. §. 6. Hermot. c. 39. Herodot. § 4. Abdic. cap. 23 f. Infra Icarom. c. 23 f. Et adv. Indoct. c. 21 pr. SOLAN. Decem illa Luciani teſtimonia ab Solano commonſtratis tantum ed. *Iunt.* paginis indicata, quaeſivi, capitumque ſive paragraphorum numerum, ut ſemper, ad noſtram ed. accommodavi, cognovique, in illis omnibus ὅπου vel ὅπου γε occurrere, pro *cum*, *quandoquidem* poſitum, veluti Latinis quoque non infrequens *ubi* pro *quandoquidem*, *ſiquidem*, uſurpare, ut Horat. 2, Od. 13, 33, *Quid mirum? UBI illis carminibus ſtupens demittit atras belluа centiceps aures.* Verum ex his omnibus non conſequitur, ὅ γοῦν hic legendum, cum Cynaethus non ante nominatus ſit. Quare mallem ὅπου καὶ Κυν. legere, aut Guyeto aſſentiri ὥς που legenti. Ceterum de nomine huius paraſiti vid. Bergl. ad Alciphr. III, Epiſt. 43 pr. ἐγὼ καὶ Στρουθίων καὶ Κύναιθος οἱ παράσιτοι, ad quae ille: Fuit aſſentator hoc nomine Demetrii Poliorcetae, de quo Lucianus in Imag. p. 39. (ed. Bened.) i. e. h. l. REITZ.

ead. l. 17. Παρεμιτρῆς τῷ οἰκείῳ μέτρῳ) Non ab re fuerit addere nonnihil ex Obſerv. L. Bos (quem conſulendum Hemſterh. in marg. Luciani monuerat) ad 2 Ep. ad Corinth. XII, 12, ubi reiecta vulgata verſione ac Grotii expoſitione, Apoſtoli verba, quae erant, αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, ſic exponit: *« intra ſuam conditionem & fortunam ſe continere, ſe ex ſuis facultatibus & dotibus aeſtimare, non plus ſibi arrogare, quam*

fas eſt, nec ſe dilatare ultra conditionem ſuam. Secundum Lucianum diceres, παραμετρεῖν ἑαυτὸν οἰκείῳ μέτρῳ, (pro Imag. h. l.) Ἀναμετρεῖν ἑαυτὸν ſecundum Ariſtoph. Sic ille in Avib. p. 590, Οὐκ ἀναμετρήσεις σαυτὸν ἀπιὼν ἀλλαχῆ; *Non ipſe te remetieris hinc abiens alio?* Μετρεῖν τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν dixit Plutarch. in Apophthegm. Lacon.... Horat. *Metiri ſe ſuo modulo ac pede*, lib. I, Ep. 7. — Hinc proverbium apud Latinos, *Tuo te pede metire.* Metaphora harum locutionum deſumta eſt ab iis, *qui corporis ſui ſtaturam numero pedum metiuntur.* Qui itaque non longiorem ſe facit, quam revera eſt, — ille proprie dicitur μετρεῖν ἑαυτὸν ἐν αὐτῷ, i. e. κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας. Qui vero ridicule intendit corporis ſui modum, ut maior, quam ſit, videatur: qui cum ſit βραχύτερος, ὑπεραναπείνεται, ἀκροποδιτὶ ἐπεγείρων ἑαυτὸν, i. e. *brevioris ſtaturae ſit, extendit ſe in ſummos pedes*, ut Lucian. in Imag. loquitur: is non poteſt dici μετρεῖν ἑαυτὸν ἐν ἑαυτῷ &c. » REITZ.

Pag. 49. l. 7. Τάχα ὃ νῦν φαίης) Exigua mutatione legendum τάχα δ', & ſic iam dederunt interpretes. GESN. Verum cum οὖν iam ſit inventum, id facile admittet, ſpero, etſi in verſione nihil mutaverim, quae vel ſic tamen ſenſui Luciani ſatis reſpondet. REITZ.

ibid. Οὖν) Hoc pro vulgato ὃ νῦν, auctore L. Codice reposuimus. SOLAN.

ead. l. 8. Ἐς τὸ κάλλος) Ἐπαινεῖν ἐς τὸ κάλλος eſt *laudare propter pulchritudinem*, vel *pulchritudinis nomine.* Confer, quae ſupra noto ad Piſcat. cap. 12, ubi ἐπαινουμένη ἐς τὸ κάλλος, ἔχαιρε, recte in textu, comma vero male omiſſum in nota. Adde L. Bos Obſ. Crit. p. 50, ibi quoque laudatum. REITZ.

ead. l. 11. Οὐ ζεαῖς γε, ὦ βελτίστη, εἰκασα) Mendoſe. Scribe vel σε pro γε, vel εἰκασά σε. Voculam σὲ hic requiri, vix monitore eget, iamque de ſuo id ſupplevit interpres. Pagina ſequenti idem commiſſum: Εἰ δὲ καὶ ὅτι (male quoque, ſaltem contra conſuetudinem, vulgo legitur ὃ, τι) μάλιστά γε αὐταῖς ἐκείναις εἴκασα. Et hic σε requiritur, ſive εἰκασά σε, ſive γε in σε mutatum malis. IENS. Recte puto Ienſ. conieciſſe σε legendum. Etſi enim eo ſenſu tolerabilis eſt vulgata, quem Geſn. ei tribuit; tamen, cum ſcribae in eadem particula γε, pro σε ſcribenda, peccarint, ubi ad eadem verba reſpicitur, quid mirum, ſi & hic ſimiliter aberrarint? REITZ.

ead. l. 12. Λίθου καὶ χαλκοῦ &c.) Conf. ſupra de Imag. c. 23, ceteraque Luciani loca ibi commonſtrata, ſi eſt operae. REITZ.

ead. l. 16. Οὐρανίαν Ἀφροδίτην) De Venere Cnidia intelli-

go, de qua ſupra Ἐρωτ. c. 11, & Εἰκ. c. 4, non de marmorea, quae Athenis erat, Uraniae dicta ſtatua. SOLAN.

Pag. 50. *l.* 1. Οὐ πάνυ πολλῶν) Πρὸ intelligitur. GUYET. Pompeii enim & Caeſaris aetate vixit Praxiteles. Sic autem in omnibus ſcriptum eſt. Ego vero οὐ π. πρὸ π. ἐ. verum eſſe credo. SOLAN.

ead. l. 5. Σε) W. In impreſſis omnibus prave legebatur γε ante αὐταῖς. SOLAN.

ead. l. 13. Χρυσῆ Ἀφροδίτῃ) Homer. Il. T, 282. SOLAN.

ead. l. 16. Εἶπε δ' ἄρα) Homer. l. c. 286. SOLAN.

Pag. 51. *l.* 4. Οὐδ' ἔστιν ὅστις αὐτὸν — ἠτιάσατο) Zoilus Ariſtarchus. Quique notas ſpurias verſibus addiderat. Vide Olerarium hunc locum inepte interpretantem ed. novae Philoſtrati p. 649. LA CROZE.

ibid. Ὁ μαστίξαι) *Zoilus* hoc, non *Zenodotus*, deſignavit, quamquam Scholiaſtes hoc aliter tradit. Vid. Galen. Therap. I, c. 3, ubi idem de Zoilo narratur (p. m. 37.) Neque Oleario credas, alium ſenſum comminiſcenti; qui a vero nimium quantum recedit praef. ad Philoſtr. Heroica p. 648. Verſus ſpurios obelis etiam notarant Zenodotus & Ariſtarchus, ipſo noſtro monente Ἱστ. β, c. 20. SOLAN.

ead. l. 11. Ὅπερ θεαῖς) Φιλομειδὴς Ἀφροδίτη. GUYET.

ead. l. 12. Ἀγαμέμνονος) Conf. ſupra Συγγρ. c. 8. SOLAN.

ead. l. 14. Ὄμματα &c.) Homer. Il. B, 478. SOLAN.

Pag. 52. *l.* 1. Καὶ αὖ πάλιν &c.) Ego nomen Hectoris, aut alius cuiuſvis, excidiſſe hic puto. Vide Homer. Il. N, 802, M, 130, Λ, 295, Γ, 16, A, 131, Odyſſ. P, 37, T, 54, Z, 102, P, 51. SOLAN.

ead. l. 14. Ἐξαλπλίφθω) Vulgatam bene ſe habere, vid. ap. Grammaticos: nam ἀλήλιμμαι, ἀλήλιπται fit praet. paſſ. ab ἀλείφω, & ἀπήλιπται ab ἀπολείφω, ne confundatur cum ἀπολείπω, ab quo ἀπαλείφθη formatum legas aoriſtum Navig. c. 4, & ſexcenties alibi. Ignoſcat lector puerilia haec proferenti, ad quae adigimur variante ſcriptura. REITZ.

Pag. 53. *l.* 1. Τῶν βοῶν) Alludit ad frequentiſſimum Epithetum Iunonis, βοῶπις. SOLAN.

ibid. Ἕτερος) Pindarus haud dubie, quem ſupra poëtam Thebanum vocavit Εἰκ. c. 8, ubi vide not. SOLAN.

ead. l. 2. Ῥοδοδάκτυλον) Hom. Il. A, 477 &c. SOLAN.

ead. l. 5. Τὰς προσηγορίας) Inſignis ea de re Clementis Alex. locus eſt p. 22 A. Οἱ βασιλεῖς οἱ παλαιοὶ καταφρονοῦντες τῶν μύθων τούτων, ἀνέδην διὰ τὸ ἐξ ἀνθρώπων ἀκίνδυνον σφᾶς αὐ-

τοὺς θεοὺς ἀνηγόρευον, ταύτῃ κακείνους διὰ τὴν δόξαν ἀπαθανατῆσθαι διδάσκοντες. Κηῦξ μὲν Αἰόλου ΖΕΤΣ ὑπὸ τῆς Ἀλκυόνης τῆς γυναικός. Ἀλκυόνη δὲ αὖθις ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς Ἥρα προσαγορευομένη. Πτολεμαῖος δὲ ὁ τέταρτος ΔΙΟΝΤΣΟΣ ἐκαλεῖτο· καὶ Μιθριδάτης ὁ Ποντικὸς ΔΙΟΝΤΣΟΣ καὶ αὐτός. ἐβούλετο δὲ καὶ Ἀλέξανδρος Ἄμμωνος υἱὸς εἶναι δοκεῖν, καὶ κερασφόρος ἀναπλάττεσθαι πρὸς τῶν ἀγαλματοποιῶν, τὸ καλὸν ἀνθρώπου ὑβρίσαι σὺν κέρατι. καὶ οὔτι γε βασιλεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰδιῶται θείαις προσηγορίαις σφᾶς αὐτοὺς ἐσέμυνον. Deinde recenſet Menecratem *Iovis*, Alexarchum *Solis*, Nicagoram *Mercurii*, nomina & partes aſſumentes, & quos gentes ut Deos coluerunt vivos, Philippum Macedona, Demetrium *Deum*. Menander de rege, εἰκὼν δὲ βασιλεύς ἐστιν ἔμψυχος θεοῦ. SOLAN.

ead. l. 6. Διονύσιοι καὶ Ἡφαιστίωνες) Pendebam animi aliquando, eſſentne haec nomina Latine convertenda ipſa quoque, ut eorum vim ſcilicet lector Graecorum rudis aſſequatur. Sed cum id genus lectoribus pereat eadem hiſtoria nominum, ut *Bacchium* non cogitent tyrannum utrumque Syracuſanum, *Vulcanium* non amicum Alexandri, *Iovianos* non Eleatem illum, & alterum Stoicae ſectae principem &c. ſed quoſvis alios: melius videtur relinquere Graeca ſuſpicioni & inquiſitioni eorum, qui primo conſpectu eorum poſſent origines ignorare. GESN.

ead. l. 7. Ἑρμαῖοι) Reliqua nomina ſatis nota: hoc an reperiatur, neſcio. *Hermeas* quidem multos, Hermaeum nullum legere me memini. In W. Ἑρμαῖ, quod minime probo, quia nondum eos recenſet, qui ipſa Deorum nomina, ſed eos tantum, qui paululum mutata aſſumſiſſent. Ego itaque Ἑρμείας legendum cenſeo. SOLAN.

ead. l. 8. Εὐαγόρου) Vide, an apud Diodorum Siculum, qui multa de hoc rege narrat, de uxore aliquid etiam reperiatur? SOLAN.

ead. l. 11. Αἰγυπτίους) Vide Spanh. 431, 434. SOLAN.

Pag. 54. *l.* 4. Ἄριστον τῶν φιλοσόφων) Vide Platonem Alcib. II, p. 46 E. quamquam ibi quidem non diſerte dicitur *imago*; & de Rep. VI, p. m. 431 B. Adde Lactant. II, 10, (mihi II, p. 150.) Τῶν autem inſerui, quod habent Coll. & M. *Sanctum* eſſe in Minoë ed. Baſ. p. 509 B. C. Tribuitur tamen hoc Diogeni apud Diog. Laërt. 150 A. SOLAN. Platonem ita ſignari, vix eſt dubium. Atque apud illum eſſe, quae huc referri poſſunt, conſtat v. g. de republ. VI, p. 476 A. ubi probat illud Ho-

mericum Θεοειδές τε καὶ θεοείκελον, κ. τ. λ. Sed ipſa tamen haec verba nondum invenire potui, nec apud ipſum, nec apud quemquam, qui concordiam rationis & fidei teſtimoniis philoſophorum demonſtrarunt, Auguſtinum Steuchum dico, Voſſium, Huetium, Pfannerum. GESN. Diog. Laërt. cap. 51, Grotius in Geneſ. 1. LA CROZE. Non ſic invenies locum Diog. Laërt. ab la Croze indicatum. Quare adi illius L. VI, Segm. 51, p. 340, T. I ed. Amſt. ubi de Diogene Cynico ait: *Τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας θεῶν ἔλεγε εἰκόνας εἶναι· τὸν ἔρωτα, σχολαζόντων ἀσχολίαν.* REITZ.

ead. l. 10. Ἐγχυνόμενον) Vide not. ad c. 15. Prave hic etiam legebatur ἐχχ. SOLAN.

ead. l. 11. Ἀποσοβῶ παρ' αὐτὴν) Th. Magiſt. h. v. haec Luciani profert, ut hic leguntur, item alia, quibus demonſtret, ἀποσοβῶ non ſolum eſſe ἀποδιώκω, verum & σεσοβημένως καὶ ἀῤῥαλέως ἀπέρχομαι. Adde Noſtrum infra Navig. c. 4, ἀποσοβοῦντα ἐς τὸ ἄστυ. De περισοβεῖν autem, de quo Thom. ibid. agit, videbimus in Lapith. Hoc loco ἀποσοβῶ παρ' αὐτὴν, *deferam ad illam*, verterat Obſop. *Deferre propero*, Benedict. male uterque. Eſt enim *abibo*, vel *abeo*, *propero ad illam*. Alciphr. I, Ep. 34, p. 142, εἰς τὴν Ἀκαδημίαν σοβεῖς, ubi Bergl. σοβεῖν *de inſolenti, faſtuoſo & concitatiore inceſſu, cum iactatione quadam corporis. Exempla annotavit H. Steph. in Theſ. Interdum ſimpliciter* propero. *Lucian. pro Imag. fin. &c.* (non in Imag. ut ibi editum.) Addo eund. Alciphr. III, 51, p. 392: Ἀλλ' ἕτοιμος ἐνθένδε ἀποσοβεῖν, καὶ σπεύδειν ὡς ἡμᾶς. REITZ.

ead. l. 16. Ἐκ ποδῶν) Lege ἐκποδών. GUYET. Et ſic Stephanus in Theſ. ſcribi iubet, quando *e veſtigio*, *ſtatim*, ſignificat. Sed in Suid. ed. Hagen. lit. E. ἐκ ποδῶν quoque ſcribitur, & ἐκποδῶν uno verbo; (prius autem ibi errorem tantum typogr. eſſe, ex ſeqq. apparet.) Ait autem: Ἐκ ποδῶν τὸ πρὸς ὀλίγον χρόνον ὑποστείλασθαι. Ἀριστοφάνης· Οὗτός ἐστιν ὃν ζητοῦμεν. Ἀλλὰ δεῦρο πᾶς ἐκποδών. Καὶ αὖθις· Ἀργεῖοι καὶ Θηβαῖοι ἐκποδῶν ἔστησαν. Καὶ παροιμία· ἀνδρὸς καλῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι. Ἐκποδὼν γενέσθαι, φυγεῖν, ἢ ἐξαλείφεσθαι, ἢ ἐκ τοῦ μέσου γενέσθαι. Si adverbii more iunctim ſcribas, ἐκποδὼν cum Guyeto ac Stephano praeferrem; ſed nihil hic ſuadet, ut exponamus *illico*, *e veſtigio*, verum *e medio*, *e conſpectu*, ſenſus poſtulat; ideoque vulgatam minime mutandam arbitror. Nam & Noſter alibi, ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ἐκ ποδῶν, notante fratre G. O. Reitzio, in Belg. Graeciſſ. qui locus eſt ex Reviv. c. 32. Addamus alia, ut Amor. c. 5, ubi ἐκ ποδῶν *ſtatim* eſt,

& Toxar. cap. 9 f. αὐτίκα μάλα ὥσπερ τὰ ἐνέλματα ὀίχονται ὑμῖν ἐκ ποδῶν ἀποπτάμενοι, ubi iterum diſcretim recte ſcribitur. Nec ibi *confeſtim* ſignificare, patet, quia id per αὐτίκα μάλα enuntiatur. Sed pro arbitrio ſcribentis videtur modo ſic, modo aliter exaratum: nam viciſſim ἐκποδὼν ἄπιθι ſcriptum ſine varietate video deinde in Pſeudolog. cap. 4 poſt med. Ac tamen Latine ab Micyllo converſum, *abi e medio*. Et in Eurip. Hecub. 52 ἐκποδὼν χωρήσομαι iunctim exaratum vertitur, *procul abibo*. Immo nihil intereſt, utrumque eſt eiuſdem originis, ſi non prorſus idem: nam ut in ſingulari ἐκ ποδὸς διώκειν nulla eſt controverſia, quid obſtat, quin ἐκ ποδῶν ſimili ratione ſcribamus ſemper, cum illa coniungendi aut dirimendi mutandique accentus ratio ſit inventio poſterioris aevi? Interim relinquamus huiuſmodi orthographiam, qualem ſuis locis invenimus. REITZ.

IN TOXARIN.

Pag. 56. *l.* 1. ΤΟΞΑΡΙΣ) De vero Toxari in Scytha multa. Vide cap. 1. Hic autem fictus Toxaris Romanorum imperatorum aetate vixiſſe ponitur. Quamquam alicubi etiam ad veterem reſpexiſſe patet, ut cap. 57. Vid. Schott. Obſerv. pag. 138. SOLAN.

cad. l. 4. Ὑμεῖς οἱ Σκύθαι) Qui oram inter Tanaim & Phaſim accolunt, nunc Cercaſſii dicti, eos nonnulli Ziccos eſſe volunt. COGN.

cad. l. 7. Ἀλλὰ ἄνδρας) Ἀλλὰ ſeq. vocali, etiam α, ſine apoſtropho ap. Noſtrum fere ubique, rariſſime cum eo. Forſan ne confundatur cum adiectivo ἄλλα. Confer παρὰ αὐτοῦ deinde c. 32, ubi plura damus. REITZ.

Pag. 57. *l.* 1. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν) Etiam in hac editione video admiſſum ineptiſſimum in verſione errorem, quem a prioribus acceperunt, *iis, quae in vita ſunt*, cum & res ipſa & Graeca poſtulent maſculinum. GRON. Eraſmus tamen recte, *his, qui in vita ſunt*. In Bened. itaque verſione illud *quae* vitium tantum typographicum eſt: ἀδύνατον enim arbitror, id eum per ignorantiam aut oſcitantiam ſic vertiſſe. REITZ.

cad. l. 2. Καὶ τιμῶμεν ἀποθανόντας) Samoſatenſis noſter, peculiari libello conſcripturus eminentiſſima quaedam fidae amicitiae exempla, inducit Toxarin & Mneſippum, hunc ex

Graecis, illum ex Scythis, quorundam, qui in ſe ſummae fidei & nulla calamitatum violentia infracti amicitiae vinculi documenta dederunt, hiſtoriam texentes. Mneſippo itaque miranti, quod apud Scythas Pyladi & Oreſti ſacra fierent, cum ab iis, utpote mortuis, nihil utilitatis humano generi poſſet accedere, reſpondet inter alia Toxaris, Scythas ita exiſtimare, ſe recte & ordine facere, qui virorum praeſtantium memoriam colant, quo magis viventes ſe ad magna erigant, ubi videant, etiam poſt mortem manere bene factorum praemia. Graeca verba quaedam labes inſidet emaculanda. Ait § 1, Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν, μεμνημένοι τῶν ἀρίστων· καὶ τιμῶμεν ἀποθανόντας. Sed legendum, (idque nemini non perſpicuum eſt) μεμνημένοι τῶν ἀρίστων, καὶ τιμώμενοι ἀποθανόντας. *Quin putamus nos id melius quoque iis, qui in vita ſunt,* (πρὸς τοὺς ζῶντας, oſcitabundus interpres verterat, *iis, quae in vita ſunt.* Quem errorem iam caſtigavit Gronovius,) *facturos, ſi optimorum memores ſimus, & honore proſequamur mortuos.* Apprime huic Scytharum inſtituto, claris viris & Deis iuxta honorem habentium, convenit, quod de Octavio Auguſto, proximum Diis immortalibus honorem memoriae ducum praeſtante, qui imperium populi R. ex minimo maximum feciſſent, memorat Suetonius cap. 31, eum *nempe ſtatuas omnium* eorum ducum *triumphali effigie in utraque fori ſui porticu dedicaſſe; edicto profeſſum, commentum id ſe, ut illorum velut ad exemplar & ipſe, dum viveret, & inſequentium aetatum principes erigerentur a civibus.* — Mneſippo itaque & Toxaride, ſingulis ex ſua gente relaturis quoſdam fideliſſima amicitia memorabiles, & inter ſe exemplis nobilibus quaſi certaturis, rogat Mneſippus, utrum in exemplorum multitudine, an in excellentia conſtitura ſit victoria. Reſpondet Toxaris c. 11 m. ſe potius velle, ut exemplorum dignitas ſpectetur. Καὶ εἰ τομώτεραι (pergit) φαίνοντο αἱ σαὶ (φιλίαι) τῶν ἡμῶν, ἴσαι τὸν ἀριθμὸν οὖσαι, καιριώτερα δηλονότι ἐργάσονταί μοι τὰ τραύματα, καὶ ἧττον ἐνδώσω πρὸς τὰς πληγάς. Reddit interpres, *ut ſi tuae meis acutiores appareant, quamvis numero ſint pares, magis letalia vulnera iuſtigant, quarum ictibus memet ocius dabo.* Inſcita, & a mente auctoris aliena verſio. Verte, *Et ſi tuae* (amicitiae) *meis videantur acutiores, ſi pares etiam numero ſint, haud dubie magis letalia mihi infligent vulnera, & ad illos ictus citius inclinabo ac cedam.* Non videtur intellexiſſe hoc in loco interpres, quid ſit ἐνδιδόναι, ubi de pugnis & certaminibus ſermo eſt. Ἐνδιδόναι videlicet dicitur acies, quae incli-

natur, & retrolabitur. Noſter in eodem hoc libello c. 54 p. m. Γενομένης δὲ ἐπιπολὺ μάχης καρτερᾶς, ἐνεδίδου ἤδη τὰ ἡμέτερα, καὶ παρερρήγνυτο ἡ φάλαγξ· ubi aliquanto melius interpres, *noſtri terga dabant;* quamquam id non prorſus eſt *terga dare.* Plutarchus in Romulo, Ἐνέδωκαν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ φυγῇ πρὸς τὸ Παλαντιον ἐχώρουν ἐξωθούμενοι τῶν ἐπιπέδων. Sic ventus, flatum remittens, dicitur ἐνδιδόναι ab Noſtro in 2 Ver. Hiſt. c. 29 f. Μαλακῶς ἐνδιδόντος τοῦ πνεύματος, καὶ συνιζάνοντος. At contra ἐπιδιδόναι dicitur ventus, ubi increbeſcit. *Laxare frenum* Graecis quoque dicitur χαλινὸν ἐνδιδόναι. Noſter in Deorum Dial. p. 182, δεῖ συνέχειν ἀνάγκῃ τὸν χαλινόν. εἰ γὰρ ἐνδοίη τις, ἀφηνιάζουσιν εὐθὺς, ἵπποι ſcilicet. Similiter ἐνδοῦναι πόδα, quae phraſis eſt nautica, uſurpat Lucianus in Contemplant. c. 3 pr. pro remittere funem, quo remiſſo, velum a latere navis recedit, & minori violentia in velum irruit ventus. Verba Luciani ſunt, Ὁπόταν γὰρ τὸ πνεῦμα καταιγίσαν πλαγίᾳ τῇ ὀθόνῃ ἐμπέσῃ, καὶ τὸ κῦμα ὑψηλὸν ἀρθῇ, τότε ὑμεῖς μὲν ὑπ' ἀνοίας κελεύετε τὴν ὀθόνην στεῖλαι, ἢ ἐνδοῦναι ὀλίγον τοῦ πόδος, ἢ συνεκδραμεῖν τῷ πνεύματι. Belgae dicimus, *den Schoot uitlaten.* Quod hic vocat Noſter συνεκδραμεῖν τῷ πνεύματι, id eodem prorſus modo Belgae *met den Wind uitlopen.* IENS. Nondum poſſum accedere Ienſianae emendationi; cum nondum mihi conſtet, τιμᾶσθαι media vel paſſiva terminatione ſignificare poſſe ſimpliciter honorare; & nihil hic ſit in oratione Scythae, quod non optime cohaereat: ἄμεινον οἰόμεθα — μεμνημένοι — καὶ τιμῶμεν — ἡγούμεθα γάρ. Si τιμῶντες inveniatur in libro antiquo, illud vero arripiam, GESN. Recte divinavit Geſner. τιμῶντες alicubi inveniri poſſe. Quare laudabit factum, quod ad id etiam verſionem nunc accommodaverim. REITZ.

ibid. Τιμῶντες) Ita Coll. Gall. optime. Antea legebatur τιμῶμεν. Ienſius mutandum ſenſit. SOLAN.

ead. l. 13. Ἀποπλέοντες, καταγελάσαντες) Duo participia ſine copula habuimus etiam ſupra Alex. c 19, ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας, εἰς τὴν Κιλικίαν ἀφικόμενος. Ubi addidi, ſimilem conſtructionem videri poſſe in Evang. Luc. c. V, 25 & 28. Item Alciphr. I, 4, p. 20. Iam aliquanto plura additurus ipſa auctorum verba etiam ſubiungam. Ait enim Evangeliſta: Καὶ παραχρῆμα ἀναστὰς ἐνώπιον αὐτῶν, ἆρας ἐφ' ᾧ κατέκειτο, ἀπῆλθεν. Ac deinde: Καὶ καταλιπὼν ἅπαντα, ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ. Alciphr. autem l. c. Τί δὴ οὖν παθοῦσα, ὦ γύναι, τὴν ἀκτὴν ἀπολιποῦσα — ἄστυδε θαμίζεις; Adde Evang.

Marc. VIII, 23, Καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ, ἐπηρώτα αὐτόν. Ibid. X, 16, Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὰ, τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὰ,ηὐλόγει αὐτά. Ibidem VI, 54, 55, — εὐθέως ἐπιγνόντες αὐτὸν, περιδραμόντες ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, ἤρξαντο &c. Addo Lucian. Somn. § 3, ἀγαναπτήσας, σκυτάλην λαβὼν — μοῦ κατήρξατο. Infra Aſin. c. 37, ἀποῤῥίψαντες, τὴν κεφαλὴν ἐλίσσοντες. Vel tria denique iungit Alciphron III, Ep. 43 pr. ξυράμενοι τὰς κεφαλὰς — λουσάμενοι εἰς τὸ Σηραγγεῖῳ βαλανεῖον — δρόμον ἀφέντες, εἰς τὸ πρόαστειον — ὠχόμεθα. Intricatius paulo idem III, Ep. 7 pr. Ἀκεσίλαος ὁ ἰατρὸς ἠμιθνῆτα, μᾶλλον δὲ αὐτονεκρὸν θεασάμενος, ἕνα τῶν κάτω, μαζηταῖς ἐπιτάττων, φοράδην ἀνελὼν, ἤγαγεν ὡς ἑαυτὸν οἰκαδε. Quod ſic in omnibus ſuis Codd. inveniri teſtatur Bergl. qui tamen ἐπέταττεν, καὶ ἤγαγεν legendum exiſtimat. Sed vide, anne ex ſuperioribus vulgata ſe tueri poſſit. REITZ.

ead. l. 15. Οὐκ ἂν φθάνοιτε) Confer ſupra notata ad Vit. Auct. c. 26. Alciphr. III, Ep. 3 f. μὴ δ' ἂν φθάνοιμι λιμῷ κατασκλῆναι. Ubi negatio tamen pertinet ad priora: *non, etſi prius fame contabeſcendum eſſet.* REITZ.

Pag. 58. *l.* 1. Πρὸς τὰ παλαιὰ) Ego haec verba gloſſam eſſe τοῦ τοὐντεῦθεν exiſtimo. SOLAN.

ead. l. 2. Καταίρειν) Iuſſit Solan. conferri Iud. Voc. § 1. Ibi invenio, καὶ καταίροντος ἔνθα μὴ δεῖ. Et patet inde vis verbi καταίρειν, quam ſupra l. c. male acceperant ac verterant interpretes, reddentes *auferre*; hic tamen recte *appellere* dederant. Καταίρειν enim proprium eſſe de navibus in portum invectis, Hemſterh. ibi docuit. Cui tantum addo Alciphr. I, Ep. 38, pag. 174, οἶδα τὸν Μήδειον ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ Συρίας δεῦρο καταράντα. Quod recte quoque ibi converſum, *a Syria huc appulerat.* REITZ.

ead. l. 9. Εἴπερ τι ἄλλο) Hunc locum, ſi propius inſpicias, haud ſincerum invenies. SOLAN. Εἴπερ τι ἄλλο habere omnes edd. notarat in variantt. Solanus. Habebant autem εἴπέρ τι, quem accentum tamen ego mutavi, non ferens duos acutos in ſyllabis contiguis. Quod autem ait, non ſana eſſe verba, haud ſatis capio: mihi certe plana videntur, & ſenſus vel ex verſione Geſneri patebit unicuique. REITZ.

Pag. 59. *l.* 7. Ἄξενος) Ovid. Triſt. IV, 4, v. 55, & Strabo VII, Eur. Ἰφ. A. p. 402 C. 406 B. 407 B. 410 A. SOLAN.

ead. l. 9. Μὴ ἀγαπῆσαι) *Non contentum eſſe* ſignificare, in quo tamen deinde errarint interpp. vid. mox ad c. 62. REITZ.

ead. l. 10. Διαφεύξονται) Ita L. Codex, uti antea conieceram legendum, pro διαφυλάξονται. SOLAN. Διαφυλάξονται) Mallem & ego cum Solano διαφεύξονται. Verſio Geſneri utramque lectionem complexa eſt. Hinc nihil mutavi: neque enim nego, διαφυλάττεσθαι eſſe *ſalvum manere, incolumem ſe ſervare;* ſed quia ad fugam e cuſtodia magis pertinet hiſtoria, & fuga ipſa ſic etiam evaſiſſe incolumes ſatis indicat, & egregius Cod. hanc lectionem ſuppeditat, magis ad illam feror. REITZ. Codici L. διαφεύξονται legenti ſuffragatur Mſ. Reg. 2954. quare ita cum Solano reſcripſimus.

Pag. 60. *l.* 3. Αὐτῶν) Abundat illud αὐτῶν, niſi cum Φοίνιξας coniungas. SOLAN. Mſ. Reg. 2954 αὐτοὺς, probante cl. B. de Ball.

Pag. 61. *l.* 10. Καὶ ὑπὸ Σκυθῶν τῶν ἀρίστων θεραπ.) Aut mutila oratio eſt, aut haec verba loco ſuo mota ſunt, & alio referenda. SOLAN.

Pag. 62. *l.* 6. Συνειλημμένος, καὶ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένος) Συνειλημμένους, καὶ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένους. MARCIL.

ead. l. 7. Κατάρχεται αὐτῶν) Apud Eur. Iph. in Taur. 40 de hac ipſa fabulae parte loquitur Iphigenia, Κατάρχομαι μὲν σφάγια δ' ἄλλοισι μέλει. Vid. Scholia & not. Barneſii; aut adi Ἐνυπν. c. 3, & quae illic annotata ſunt. SOLAN. Verti *immolat.* Servius ad Aen. X, 541: *Immolari proprie dicuntur hoſtiae, non cum caeduntur, ſed cum accipiunt molam ſalſam.* Et laudat ſtatim locum Catonis in Origg. *Boves immolatos, priuſquam caederentur, profugiſſe in Siciliam.* Iam hoc eſſe κατάρχεσθαι, ſatis docebit ipſe poëta Od. Γ, 445, & ibi Euſtathius. Nempe Neſtor ibi, χέρνιβα τ' οὐλοχύτας τε κατήρχετο. GESN.

ead. l. 12. Ἐκκρεμαννύμενοι) Utitur etiam Thucydid. VII, 75, τῶν δὲ ξυσκήνων ἤδη ἀπιόντων ἐκκρεμαννύμενοι. Ubi Waſſius haec notat: *Habet Suid. in* ἐκκρεμωντ. *& exponit* ἀπηρτημένοι. *Nec variant Mſſ.* Ἐκκρεμαννύμενοι τῶν πηδαλίων *dicit Lucianus in Toxari* (h. l.) *Apud Theophraſt. in Hiſt. plantar.* 9, καταπρεμάννυται. REITZ.

ead. l. 13. Τῶν πηδαλίων) Plurali numero utitur, etſi de una navi tantum ſermo eſt. Ita rurſus infra Navig. cap. 6, μικρός τις ἀνθρωπίσκος γέρων ἤδη — τὰ τηλικαῦτα πηδάλια περιστρέφων. Et ſic in Act. Apoſt. XXVII, 40, ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων. Nec abs re erit addere, quae I. Elſn. ad eum locum notavit, dicens: *Beza* πηδάλια *gubernacula dixiſſe Lucam notabat*, plurali num. pro ſing. cum unius navis

plura non eſſent gubernacula. *Sed fallitur vir doctiſſimus, antiquum navium modum ex ſui temporis conſuetudine interpretatus: nam utique in antiquis navibus bina erant gubernacula, ſuum cuique lateri, ut recte monuit Grotius. Aelian. Var. Hiſt. L. IX, c. 40, duos gubernatores ſingulis navibus conſtituiſſe Carthaginienſes ait; — vid. ad illum locum Perizonium. Et Apuleius L. 2 Metam. p. 50*, Navis turbinibus procellarum quaſſata UTROQUE REGIMINE *amiſſo demerſa eſt. Ubi mirus ille commentator in uſum Delphini notat:* malo ſcilicet & gubernaculo, quibus navis regitur. *Sed vide Bochartum Hieroz. P. 2, c. 1, p. 452. Et Graevium ad Heſiod. pag. 9. Hinc in plurali fere πηδάλιον meminerunt auctores. Galenus Protrept. ad ſcient. p. 1, ἐπιτρέψας τὸ πηδάλια κυβερνήτῃ τυφλῷ. Lucian. Tox.* (h. l. & Navig. ſupra iam indicato.) *Vide & Ariſtoph. Equit. v. 539, & Achill. Tat. L. III, p. 159. Et Orph. Argon. v. 1178,* Ἀγκαῖος δ' οἴακας ἐπισταμένως ἐτίταινε, Ancaeus vero clavos docte gubernavit. *Ita etiam Latini* gubernacula *dicunt. Petron. c. 114, p. 531. Vid. & Munker. ad Hyg. fab. 14, pag. 50. Et* moderamina *Ovid. III Metam. 644.* Haec ille. Plurima recte & ad Lucianum appoſite, quare deſcripſiſſe non piguit. Sed quod poëtae *gubernacula ac moderamina* dicant, inde non probes, duo revera fuiſſe; hi quippe *ora* pro *os*, & ſimil. de uno homine dicere amant. Res tamen ſatis certa eſt ex aliis: nam & Heliod. Aethiop. V, c. 15 pr. *τῶν τε πηδαλίων ἕτερον ἀποβαλόντες* &c. quem cum aliis ab Elſnero adductis indicat Scheffer. de milit. naval. p. m. 146, docens, duo, tria, quatuorve gubernacula habuiſſe naves maiores. Verum & alia navigia duplici gubernaculo non a puppi, ſed a prora & puppi inſtructa fuiſſe, ut accedere & retrocedere poſſent ſine converſione, monuit Scholiaſt. Luciani ad Amor. c. 6, v. *δικρότων*. Interim cum Scheffero credo, minoribus navigiis unum tantum fuiſſe gubernaculum. Et plura congerere iam eo minus geſtio, quo id facilius fore ſentio. Unum addo ex Achill. Tat. III, fol. 62, *Τέλος ὁ κυβερνήτης ἀπειπὼν ῥίπτει μὲν τὰ πηδάλια ἐκ τῶν χειρῶν*. Haec ſi conferas cum Luciani verbis, ſupra ex Navig. prolatis, rogabis, quomodo unus vir utrumque gubernaculum regere potuerit? Nec tamen de parvo adeo navigio eſt ſermo, in quo tot vectores enumerat Achilles T. Sed nec nimis magnum fuiſſe oportet, quod vectores ante legantur ſaepe locum iuſſu nautarum mutaſſe, ut navem ad alterum latus inclinare tentarent. Quare ſuſpicor, nec in ſolutae orationis ſcriptoribus ſemper neceſſario plura gubernacula in-

telligi, quoties plurali numero utuntur; ſed quia ordinario duo erant, uſum invaluiſſe, ut pluralem etiam de uno loquentes retinerent. Nam ſi in magna navi duo erant gubernacula, etiam bini erant gubernatores, ut Meibom. de fabrica triremium aliique iam obſervarunt. At in mediocri fieri potuit, ut perticae verſatiles utrique gubernaculo, ad latera puppis dependenti, ita eſſent connexae, ut iis dextra ſiniſtraque manu ab uno gubernatore prehenſis, utrumque ſimul vel alterutrum per vices moveri potuerit. REITZ.

Pag. 63. *in Schol.* Φιλέτερος) Corrige, φιλέταιρος. Nam videtur tantum indicare voluiſſe, diverſo accentu φιλέταιρος & φιλεταῖρος poſſe ſcribi, ut ἄγροικος & ἀγροῖκος, de quo deinde. Niſi quis φιλεταίριος legere malit, quod longius tamen a ſcriptura Codicis abit. REITZ. Notat frater: Quidni a φίλος & ἕτερος derivemus, quod idem erit ac φιλέταιρος. IDEM *in Addend.*

Pag. 64. *l.* 5. Κορώνους) De veterum Scytharum lingua quis ſcripſerit, neſcio. SOLAN. Forſan Κοκάνους Sarmatice. LA CROZE. De Scythica lingua, ni fallor, ſcripſit Theoph. Sigefr. Baiierus, quem laudat Geſnerus ſupr. ad Alexandr. ſeu Pſeudom. c. 51. REITZ.

Pag. 65. *l.* 1. Ἐν Σκύθαις· ἅτε ἀξένους) De Scytharum in hoſpites crudelitate, quos mactatos comedebant, conf. Noſtr. ſupr. Deor. Dial. XVI, & Iac. Elſner. ad Epiſt. ad Coloſſ. III, 11, ubi a barbaris diſtinguuntur, quod maxime ſint barbari, ſeu barbarorum barbari, licet poſtea aliqua quoque iuſtitiae laude celebrati legantur. Paret ſaltem, ἀξένους omnino legendum, ut probe etiam Geſner. cum Solano vidit. Vid. Ovid. IV Triſt. IV, 56. REITZ. Ἅτε γὰρ ξένους — καὶ ἀγρίους) In ξένος nihil eſt, quod ſuſpicionem praebeat *feritatis;* neque apparet, quomodo populus aliquis totus, in ſua patria vivens, poſſit ξένος vocari. Quaeſivit ἀτὰρ φέρμλεκον Eraſmus, & vertit *barbaros;* ſed praeter vim nominis, puto. Itaque plane non dubito, hic legendum eſſe ἀξένους, idque eo magis, cum ſupra iam innuerit, quod aliunde notiſſimum eſt, Pontum, qui poſtea, εὔξεινος vel εὔξεινος boni ominis cauſa dictus eſt, ἄξενον olim ab ingenio & moribus accolarum eſſe vocatum. Itaque verti *inhoſpitales,* idemque factum video a Solano, & puto ipſum ἀξένους eſſe in contextum orationis recipiendum. GESN.

ibid. Ἀξένους) Ita neceſſario emendandum fuit: ξένους enim, quod in omnibus legitur, manifeſto pravum eſt. Vidi-

ſi iam ſupra c. 3 eo nomine infamem olim Pontum, (quod & ex Strabone diſcere eſt, lib. VII, pag. 298 D.) qui poſtea melioris ominis cauſa εὔξεινος appellari coepit. *Inhoſpitalis* itaque tum habitus eſt, ob Scythas eius accolas, quod vel haec fabula ſatis evincat. Vide tamen & Horatii *inhoſpitalem Caucaſum*. SOLAN.

ead. l. 2. Καὶ ὀργὴ καὶ θυμῷ) Non haec ſunt otioſa ſynonyma. Vid. ſupra notata ad Hermot. c. 12. REITZ.

ead. l. 5. Ὅτι κατεσθίουσι τοὺς πατέρας ἀποθανόντας) Confer infra Περὶθ. § 25. SOLAN.

ead. l. 12. Ἀχθηδόνα) Iuſſit Hemſterhuſ. in marg. conferri Duker. ad Thucyd. IV, pag. 262, No. 7. Ait autem Thucyd. c. 40, Καί τινος ἐρομένου ποτὲ ὕστερον τῶν Ἀθηναίων ξυμμάχων δι' ἀχθηδόνα. Ibique Hudſ. ac Dukerus: Ἀχθηδὼν vox *apud Thucydidem poëtica, ut dicit Dion. Halic. T. 2, p. 133. Utitur tamen ea ipſe Dionyſius in Antiquit. Rom. p. 572. Etiam alios proſae ſcriptores hoc vocabulo uſos, oſtendit Waſſe in Indice. Add. Lucian. Toxar.* h. l. Deſcripſi ex commentt. Thucyd. REITZ.

Pag. 66. *l.* 8. Ἦν του φίλος) Sic Mſſ. Regg. 2954. 2955. & 3011. cum edd. *S.* & *B.* 4. Ἦν που φίλος ed. Reitz.

ead. l. 10. Ἐν ποδῶν) Cf. ſupra pro Imag. c. ult. ubi Guyet. ἐκποδὼν una voce maluit. Sed vid. quae ibi noto. REITZ.

ead. l. 11. Κενοῖς — καὶ καφοῖς προσωπείοις) Confer ſupra Quom. Hiſt. cap. 4, de Salt. cap. 27. Infra de Gymn. cap. 23 & 32. SOLAN.

ead. l. 14. Ὅσον) P. & L. ὅσῳ. Sed nihil hic quidem mutato opus eſt, cum mox ſequatur τοσοῦτον, niſi & poſterius mutare velis, de quo iidem illi Codd. non monent. SOLAN.

Pag. 67. *l.* 3. Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου φιλίαν, καὶ τὴν Θησέως καὶ Πειρίθου, καὶ τὴν ἄλλην ἑταιρίαν) In his verbis καὶ τὴν ἄλλην non agnoſcit Mſ. ſunt utique delenda. Latinus interpres vertit, ac ſi legiſſet τῶν ἄλλων, quia in τὴν ἄλλην nulla ſententia ſuberat. GRAEV. Ἑταιρείαν.) Ἑταιρίαν etiam ſcribit Graev. in nota ſua, caſune, an quod ſic legendum duxerit, neſcio, ego quidem ſic mallem; ſed in iſta diphthongo tam ſaepe variant Codd. & edd. ut nihil certi ſtatuere auſis: cum vero ἑταιρία frequentius atque uſitatius ſit, hoc praeferrem. REITZ.

ead. l. 10. Τὴν αὐτοῦ) Subintellige πατρίδα. Interpres νίκην ſubaudit, quod non placet. GUYET.

ead. l. 13. Σκυθικῆς) An ἵππος; ſeu potius, ἵππῳ τοῖς Σκύθαις ἵππος ἐπιτήμιόν ἐστιν. GUYET.

ibid. Ἐπιτίμιον) Conf. ſupra Μισθ. c. 4 med. Ὀρχ. c. 4. Infra Διαβ. § 26, & Κρον. c. 4 a. m. SOLAN.

Pag. 68. *l.* 2. Τεθηγμένους παρεσκευασμένῳ τοὺς λόγους) Illud παρεσκευασμένῳ Ienſ. iis praeteritis paſſivis annumerat, quae pro activis ponuntur, vid. eius not. ad Tyrannicid. cap. 12, vertitque, *paratam habenti orationem.* Sed pace illius dixerim, non video, cur paſſiva ſignificatio non maneat, & ſit, *inſtructo orationem*, ſive ad orationem, uſitatiſſimo Graeciſmo. Τεθηγμένοι λόγοι vero ſunt verba teli inſtar acuta & penetrantia, veluti de fulmine τεθηγμένος κεραυνὸς Noſter ſupra Tim. § 19 f. Alibi quae ad animi affectum movendum valent, ut de Salt. c. 72, Θήγουσα τὴν ψυχήν. REITZ.

ead. l. 9. Ἐρήμην — ἁλῶναι) *Être condamné par deſaut.* GUYET.

Pag. 69. *l.* 2. Ἐπὰν ὦσι) Vid. notam Ienſii ad § 1, ubi hoc verbum contra priſtinum interpretem explicat. Et 1 Ver. Hiſt. c. 29. Hermot. c. 24 &c. REITZ.

ead. l. 3. Ἱκαναί. πέντε ἔμοιγε δοκ. ἓξ. ΤΟΞ.) Ita uti emendare iuſſerat vir celeberrimus, ed. *Fl.* SOLAN.

ead. l. 5. ΤΟΞ. Κάμοὶ) Turbatus eſt ordo colloquentium, qui ſic conſtituendus eſt. ΜΝΗΣ. Εὖ λέγεις. καὶ ὡρίσθωσαν ἑπτὰσαι ἱκαναί. πέντε ἔμοιγε δοκοῦσιν ἑκατέρῳ. ΤΟΞ. Κἀμοὶ δοκεῖ. πρότερος δὲ λέγε &c. dein poſt οὐχ ὅσιον ἀπιστεῖν. ΜΝΗΣ. Ὀμούμεθα. εἴ τι καὶ ὅρκου δεῖν νομίζεις. τίς δέ σοι τ. ἡμ. θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς ὁ Φίλιος; ut haec ultima omnia Mneſippo tribuantur. Nam cum Mneſippus prior narrare incipiat, non poſſunt illa verba πρότερος λέγε Mneſippo convenire. GRAEV.

ead. l. 9. Τίς δέ σοι) Sermo confuſus, pro τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν ἱκανός; ἆρ' ὁ Φίλιος; GUYET. Mallem θεῶν ἱκανός; ἆρ' ὁ Φ. In *Fl.* deeſt ἆρ' ἱκανός. SOLAN.

Pag. 70. *l.* 2. Ἀγαθοκλ. — Δειν.) Vera an ficta haec ſint, quamvis iusiurandum interceſſerit, vix dixeris, cuius tamen temporis ſint aut fingantur, oſtendunt nonnulla. Vide c. 17, 18, 32 & 33. Aetatis nempe Lucianeae. SOLAN.

ead. l. 3. Οὐ πρὸ πολλοῦ) Lucianum exempla amicitiae relaturum ordiri ab eo, quod noviſſime contigerat, & inde retrogredi ad antiquiora, atque eodem modo narrationem inſtitui ab Apoſtolo in Act. V, 36, 37, unde cum Ioſepho conciliari queat, vide monentem L. Bos in Act. Apoſt. pag. 77, quem Hemſterhuſii admonitu conſului, inſerere haud adeo neceſſarium exiſtimavi. REITZ.

ead. l. 5. Λυσίωνος) Ita hic edd. Infra vero fin. c. 15 Λύσωνος exhibent eaedem. Sed cum probabile ſit, eundem eſſe, alter-

utrum erit corrigendum. Utrum autem rectius, dicere non habeo. Priſca verſio utroque loco *Lyſionis* dedit. Geſner. hic *Lyſionis*, illic *Lyſonis* ſervavit. Fruſtra adhuc apud alios quaeſivi, nec tempus patitur ulterius inveſtigare. Nec inter nobilia amicorum paria refertur ab Cicerone in Amicit. nec in Offic. Ait autem de Amic. c. 4, *ex omnibus ſeculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum: quo in genere ſperare videor Scipionis & Laelii amicitiam notam poſteritati fore.* Plutarch. περὶ πολυφιλ. p. m. 93 quinque paria enumerat, *Theſeum & Pirithoum, Achillem & Patroclum, Oreſten & Pyladem, Pythiam & Damonem, Epaminondam & Pelopidam.* De Dinia Lyſonis aut Lyſionis nihil. REITZ. Hic Λυσίωνος, infra vero cap. 15 Λύσωνος habere editiones, teſtatur Reitzius. Non videtur igitur contuliſſe Salmurienſem, in qua, uti & in *B.* 4. utroque loco legitur Λυσίωνος.

ead. l. 7. Νεόπλουτον) Conf. ſupra Tim. § 7, ubi *repente dives* vertitur, ac Solanum notantem, tamen mox indicari paterna bona fuiſſe; hic autem in Tox. eodem modo uſurpari. REITZ.

ead. l. 12. Καὶ ὁ Δεινίας — κολάκων) Additamentum videtur, quod auctoris ſententiae contrarium eſt. GUYET.

ead. l. 14. Ὑπομιμνήσκων ἀεὶ τῶν πρ.) Ὑπομιμνήσκων καὶ τῶν πρ. adhuc edebatur. Lectio, quam ſecuti ſumus, eſt in Miſſ. Regg. 2954. 2955. & 3011.

Pag. 71. *l.* 2. Ἀλλὰ — ἐκώμαζε) Et hoc ſubditicium videtur. GUYET.

ead. l. 5. Χαρίκλεια) Claudia nimirum quadrantaria Ciceronis in Plut. & ap. Cic. pro M. Coelio. COGN.

ead. l. 6. Γραμματεῖα) Solanus γράμματεῖα correxerat in *l.* Obſecundavi, quia duo Codd. ſic habent; verum quia & alterum bonum, ac poſtea c. 14 γραμμάτια legitur, nihil etiam hic mutaſſem. Adde, c. 16 iterum γραμματεῖα eſt in iiſdem Codd. quamvis ideo non negem, variandi ſtili cauſa utrumque potuiſſe ſcribere Lucianum. Alciphr. loco mox adducendo γραμματίδια dicit; ſed res eſt parvi. REITZ.

ead. l. 7. Καὶ στέφανοι ἠμιμάραντοι) Martialis: *A te vexatas malo tenere roſas.* MENAG. in addend. ed. Graev. Idem notarat Guyet. REITZ.

ead. l. 8. Καὶ μῆλά τινα ἀποδεδηγμένα) Ex hoc loco lux affulget Theocrito in Cyclope, ubi de violento eius in Galateam amore ſic ait: Ἤρατο δ' οὔτε ῥόδοις οὔ μάλοις οὔτε κιτρίνοις, Ἀλλ' ὀλοαῖς μανίαις. Scilicet poma morſibus amaſiarum lancinata amantibus data favoris erat & amoris indi-

cium. PALM. Praeterea mala erant Veneri ſacrata. Quod pluribus agit Moll. ad Long. Paſt. I, pag. 19. Adde Alciphr. III, Ep. 62, p. 430, Καὶ παρὰ τούτων γραμματίδια ὁσημέραι φοιτᾷ — καὶ στέφανοι ἠμιμάραντοι, καὶ μῆλα ἀποδεδηγμένα. Quae Lucianeis plane conveniunt. Ac Bergl. ad I Ep. 37, p. 167. Immo credebatur vis faſcinans ad amorem conciliandum ineſſe his pomis admorſis. Iac. Elſner. ad Apocalypſ. XVIII, 14, recte quidem pag. 464 ait, poma amoris Venerei ſymbola & pignora fuiſſe; ſed quando ex hoc Luciani loco demonſtratum it, *& petere ſeſe malis ſolitos amantes*, non videtur attenta mente legiſſe verba Luciani: quin ſic potius teſtem adduxiſſet Virg. Ecl. III, 64, *Malo me Galatea petit laſciva puella*. REITZ.

ead. l. 9. Μαστροποὶ) Habuimus idem ſupra, Amor. c. 16 med. SOLAN.

ead. l. 13. Ἄχρις) Negat Phrynich. p. 6, ἄχρις & μέχρις Attice recte dici, pro ἄχρι, μέχρι. Falſo; ſi item in Luciano ſemper ἄχρι, etiam ſequente vocali reſcribere velis. Licet enim apud Thucyd. qui hiatus affectat, non inveniantur cum σ, & apud Homer. in locis a Nunneſio ad Phrynich. adductis ex Iliad. Δ & Π ἄχρις ſignificet *omnino*; tamen apud Lucian. bene ſe habet ἄχρις. Et ſic ſupra Tim. § 24, ἄχρις ἂν λάθω. Iterum ibid. § 30, & Hermot. § 29 f. ἄχρις ἂν εὕρωμεν. Alciphr. I, Ep. 23, pag. 96, ἄχρις οὗ τὸν νιφετὸν — διεδέξατο. Herodian. II, 6, 22, μέχρις αἵματος. Epict. Man. c. 14, pag. 22, μέχρις ἂν γένηται. Lucian. Dial. Mort. XII poſt med. μέχρις ἴυδῶν. Amor. cap. 25, μέχρις ἡλικίας, & ſic ubique, ſequente vocali. At ſignificatio *tou omnino* non tantum differt ab *uſque*, *donec*, quin facile concilietur ex Il. P, 599, — γράψεν δέ οἱ ὀστέον ἄχρις Αἰχμὴ Πουλυδάμαντος ὁ γὰρ ῥ' ἔβαλε σχεδὸν ἐλθών. Ubi Scholiaſt. γράψεν interpretatur ἐπέξεσεν. Ἄχρις vero, ἕως τέλους. REITZ.

ead. l. 15. Καὶ εἴ πάνυ ἐπ' ὀλίγῳ ἐθελήσειέ τις) Eraſmus: *etiamſi quis admodum leviter concupiviſſet*. Benedictus: *etiamſi vel minimum concupiviſſet*. Non agitur de levi aut minima cupiditate; agitur de pretio, quo quis noctem eius redimeret. Itaque verte, *etiamſi vel exiguo quis vellet*, etiamſi tenuem aliquis mercedem modo dignaretur ſolvere. Innuit ipſam non minus oblectatam Venere, quam adoleſcentes, ut ideo vix aliquem repelleret, qui modo parvum quid vellet impendere. GRON.

Pag. 72. *l.* 7. Συγκεκρότητο) Vide iterum p. 642. LA CROZE. (i. e. Sympoſ. c. 18, 19, ubi bis occurrit in ἀνάπαιστα

συγκροτῶν, & ὁ Ἀλκιδάμας ὑπὸ συγκεκροτημένων ἀνθρωπίσκου καταγωνισθείς.) Invitus eadem ſaepe repeto. Sed neceſſitas iubet; quia alii haec tories corrigere volunt. Adſcripſerat enim Solanus, συνεκεκρότητο legendum atque edendum; quia ſcilicet infra Gall. cap. 12 poſt med. συνεκροτεῖτο legas. Verum in temporibus pluſquamperf. omiſſionem eſſe frequentiſſimam, iam notavi ſupra pro Imag. § 3, ad κέκρυπτο. REITZ.

ead. l. 10. Ὑπεκωμῴδουν) Id eſt, *deridentes fingebant.* GUYET.

ead. l. 12. Ἐκτραχηλίσασα) Ἐκτραχηλίζειν τὴν νεότητα. Perdere iuventutem. Plutarch. de liberis educandis. MENAG. in addendis ed. Graev. Sed hoc Plutarchi, non addito loco, vel Scapula in Lexico habet. Notavit eadem totidem verbis Guyetus. REITZ.

Pag. 73. *l.* 1. Διαπείρασα) Ad *ungues* refero hoc verbum, quibus *configunt* rapaces beſtiae praedam, ne effugere facile poſſit. Alioqui, niſi modo facta eſſet ὀνύχων mentio, *hamos* imaginari liceret. Noſter ſupra Ἀναβ. c. 51, περιεπάρη, *hamo traiectus eſt:* idque eo magis placeret, quia ſtatim utitur verbo καθιέναι, de quo nota proxima. GESN.

ead. l. 4. Γραμμάτια) Supra pr. c. 13, & infra c. 16, γραμματεῖα correxerat Solanus ex Codd. Hic nihil mutavit. Quare aut γράμματα recipiendum, aut γραμματεῖα ſimiliter, ut aliis locis, ſcribendum. Sed quia id incertum, nihil hic mutavi. REITZ.

ead. l. 5. Καὶ συνεχῶς πεμπομένη) Nominativus πεμπομένη poſtulat verbum finitum, cuius Chariclea ſubiectum ſit: quod adeſt nullum. Porro πεμπομένη activa ſignificatione poſſe poni, mihi quidem non conſtat. Utrique rei medebimur, ſi leviſſima mutatione, quae ex calligraphorum ratione, *n* & *ν* iungendi, facilius poteſt intelligi, legamus πεμπομένην τὴν ἄβραν, & ad καθίει referamus, quod piſcatorium eſſe & ad hamum pertinere, vel noſtri Luciani piſcator ſatis docet, in cuius fine aliquoties eo ſic utitur. Hoc igitur interpretando ſecuti ſumus, & *binas* quaſi eſcas, binos hamos, dedimus, hinc codicillos, hinc ancillam. GESN.

Pag. 74. *l.* 1. Διάβροχον ἤδη τῷ ἔρωτι) Ridicule interpres uterque, *iamque amore illaqueatum;* quaſi nunc βρόχος in mente fuerit Luciano. Verte *madefactum ac merſum amore.* Et quaeſo, cur nunc aliter conſiderant, quam in Bis accuſato, οὐ γὰρ τέλεον ἦν διάβροχος τῇ μέθῃ; GRON.

ibid. Ταχέρδη) Conf. ſupra Amor. cap. 3, ibique ex Alciphr.

addita, ex quo rursus alium locum hic addam, qui est L. III, p. 410: Συνοκράτης δὲ ὁ Ἐπικούρειος τὴν Ψάλτριαν ὡς αὐτὸν ἐνηγκαλίζετο, ταχὺν καὶ ὑγρὸν προσβλέπων ὑπομεμυκόσι τοῖς ὄμμασι. REITZ.

ead. l. 4. Καὶ οὐκ ἔτι ἐφοίτα πρὸς αὐτὸν, φυλάττεσθαι ὑπό τ' ἀνδρὸς λέγουσα, πεπυσμένου τὸν ἔρωτα) Leve mendum in his latet. Pro illo τ' est vel τοῦ scribendum: nullum enim hic ista copula locum habet. Chariclea, ubi Dinian amore sui iam infatuarat, *haud amplius*, quod ante solita fuerat, *ad eum veniebat, dicens, se prohiberi a viro, qui de amore illo audivisset.* Vel Attice legendum ὑπὸ τἀνδρὸς pro ὑπὸ τοῦ ἀνδρός. IENS. Ὑπὸ τἀνδρὸς) Quod Iens. suspicatus est, id Paris. ed. habet, sed ὑπὸ τ' ἀνδρὸς, ita ut ex accentu praepositionis videre liceret, non particulam τε, sed articulum intelligendum: quare spiritum tantum sustulimus, ut propius iungerentur. REITZ.

ead. l. 11. Ἐκυλίνδετο) Sic supra Θ. Δ. VI m. SOLAN.

ead. l. 13. Συνοικίαι) *Insulae.* Nimirum tales *insulas* sive coniuncta aedificia intelligit, quales Sueton. Caes. c. 41, *Recensum populi — vicatim per dominos insularum egit;* ubi vid. interpretes: plura enim in re vulgari congerere non lubet. REITZ.

ead. l. 15. Λυσίωνος) Sic *Salm.* & *Bas.* 4, quas secuti sumus. Edd. ceterae, teste Reitzio, Λύσωνος. Vid. nott. ad pag. 70, lin. 5. Sed & in Gesneri versione, pro *Lysone*, *Lysionem* rescripsimus.

ead. l. 17. Ἐξεκενέωτο) P. & L. recte. In reliquis ἐξεκένωτο. SOLAN. Dandum hoc Solano ac Mss. duobus probae notae existimavi, ut iam augmentum adderem, quod edd. non agnoscebant; alioqui, si modo unus Cod. habuisset, non addidissem. Vid. supra ad συγκεκρότητο c. 13 f. REITZ.

ibid. Ὡς ἤδη αὖος ἦν) Praeclare illustrat hanc formulam Kusterus ad Aristoph. Θεσμοφ. 853. Sed nondum tamen persuasit, ibi pro Ἄλλος γεγένημαι προσδοκῶν legendum esse αὖος. Interrogat, quis unquam vel legit vel audivit, aliquem exspectando *strabum* factum fuisse? Non lubet interrogare, quis siccus factus sit exspectando, vel mortuus adeo? Sed an non solent, qui exspectant, quod ipsum verbum Latinum indicat, frequenter versus illum locum spectare, unde venturum putant, quem cupiunt? Nonne conversis diu nimis in unum locum oculis (ut illa apud Horatium mater *curvo nec faciem litore demovet*) metus est, ne quis strabus fiat? Alia iam praetermitto, quae nihil ad Lucianum: & ne haec quidem. GESN.

ibid. Αὖος ἦν) Confer supra Tim. c. 8 m. Et Mer. Dial. XIV

pr. SOLAN. Nota eſt metaphora de iis, qui bona profudere, aut quem aſſentatores ac meretrices exederunt, vel potius ebiberunt, unde vulgatum illud Horatianum, *Diffugiunt cadis cum face ſiccatis Amici.* De paupere ac famelico Alciphr. III, Ep. 4, p. 282, ὡς νῦν ἐγώ σοι αὖος ὑπὸ λιμοῦ καὶ αὐχμηρός. Sed & αὖον *mutum prae metu* ap. Suid. & Ioſeph. eſſe, docet L. Bos Animadv. ad Suid. c. 35, p. 145. REITZ.

Pag. 75. l. 1. Ἄλλον τινὰ Κρῆτα νεανίσκον τῶν ὑποχρύσων εὐθήρατ') *Alium quendam adoleſcentulum Cretenſem bene nummatum venatio eſt.* Ὑπόχρυσος eſt ad auri colorem accedens, ſubaureus, ut ſic dicam: ut paulo inferius ὑπόχρως ſubpallidus. Non convenit pecunioſo iuveni hoc verbum. Videtur literis tranſpoſitis ſcripſiſſe Lucianus τῶν πολυχρύσων. GRAEV.

ead. l. 12. Μόνον αὐτὸν τῶν φίλων) Non auſim ſevere damnare hanc lectionem: poteſt enim τῶν φίλων latitudinem quandam habere, & eos etiam comprehendere, qui ſpecie tenus modo ſunt tales. Sed videtur tamen opponere ſibi invicem velle auctor τὸν φίλον, & τοὺς κόλακας· vehementius certe locutum eſſe, ſi ita dederit, nemo facile negaverit. Equidem ita interpretatus ſum. GESN.

Pag. 76. l. 1. Γραμματεῖα) P. & L. Reliqui vero, ut ſupra, γραμμάτια, prave. SOLAN.

ead. l. 3. Ἐπικαλαμησόμενοι) Sic recte legitur in *Fl.* ed. pro eo, quod in reliquis eſt, & in ipſo P. ἐπισκαλαμησόμενοι. SOLAN. Si omnino legendum ſit ἐπικαλαμησόμενοι, ſignificabit, *manum admoturi operi ſuo*, h. e. denuo ad adulationem conſuetam olim redituri; vel etiam ad *doloſam machinationem* referri poterit. Sed videtur H. Stephanus librum habuiſſe, in quo legeretur ἐπικαλαμησόμενοι, (ita certe ſub hoc ipſo verbo laudat, & ait, male vulgo legi illud alterum ἐπικαλαμησόμενοι.) Et ſane *ſpicilegii* ſignificatio multo commodius ad h. l. videtur applicari poſſe. Et video, idem placuiſſe Solano, forte ex alio fonte. Certe ita interpretandum putavi; quidquid ſit de auctoritate utriuſque verbi compoſiti, cuius notum ſimplex, ipſum adhuc ἅπαξ λεγόμενον, puto, in Lexicis. GESN. Ἐπικαλαμησόμενοι) Ita omnino legendum videtur. In addend. ed. Graev. *Menag.* Sic rurſus etiam ad verbum Guyetus in nott. Mſſ. REITZ.

ibid. Ὁρῶντες ἐδώδιμον) Eraſmus, huius Dialogi interpres, lectorem ſaepe decipit. Verte igitur hunc locum, ut Godofr. Maluynus Senator clariſſimus monuit, *machinantes, ut viderunt in Dinia adhuc eſſe quod edi poſſet.* Sic Terent. Eunuch. *hunc*

comedendum & deridendum vobis propino. Idem Maluynus *debibendum* legebat. BOURD.

ead. l. 5. Ἔνδον ἦν ὁ Δημ.) Perperam haec antea interpunctata & verſa ſuo nitori reſtituimus. SOLAN.

ead. l. 8. Τήν τε αὐλειον ἀποκλείειν) Hic quoque, ut alibi, abſurde vertunt *atrium occludi*, cum in dialogo Cochlidis & Parthenidis recte vertant iſta κτύπος ἠκούετο καὶ βοὴ καὶ ἡ αὐλειος ἠράσσετο, *domuſque ianua exterior effringitur*: ſicut peſſime de Gymnaſiis cap. 2, ἐν τῷ αἰθρίῳ τῆς αὐλῆς, reddidit Benedictus *in atrio*, cum Obſopoeus accuratior *in aulae area*. Sequente pagina vides minime verti Graeca in illis ἔωθεν δὲ οἱ στρατηγοὶ παρῆσαν, *ut autem diluxit, milites aderant*, quod factum ab interpretibus, quia incredibile videbatur, στρατηγοὺς officio lictorum functos, cum intelligendi ſint praetores haud dubie accincti ſatellitibus & lictoribus. Stupidior ἀβλεψία eſt interpretis Salmurienſis in pagina vicina ναύκληρος ὁ Μεγαρικὸς ſcribentis *Chalcidenſis nauclerus*, quod omnino in hac editione mutari debuit. GRON.

ibid. Αὔλειον) Adſcripſerat Solanus legendum αὔλιον, nulla ed. neque Cod. addito, qui ſic habeat, ſed edd. *I. Fl. Fr. P.* conſentire in αὔλειον. Obſecundavi tamen, quia ſic alibi apud Noſtrum ſcribi ſolet, ut in Dial. Meretr. XII poſt med. τὴν αὔλιον εὖρον ἀποκεκλεισμένην. Ibid. Dial. XV ipſo med. ἡ αὔλιος ἠράσσετο. Θύραν autem intelligi, priore Luciani aliorumque teſtimoniis probavit L. Bos de Ellipſ. p. m. 67. Confer eund. in πύλη p. 139. REITZ.

Pag. 77. *l.* 9. Ἁρμοστὴν) Cur utatur hoc loco Lucianus voce ἁρμοστὴς, difficile eſt dicere. Fuit Lacedaemoniorum propria ea vox, & id nos docet Diodorus L. XIII his verbis: Ἱπποκράτης ἡγεμὼν (ὃν οἱ Λάκωνες ἁρμοστὴν ἐκάλουν.) Ii ſuos praefectos in regiones ſibi ſubiectas mittebant, & ἁρμοστὰς eos vocabant. At Aſia, de qua hic ſermo, & quae tempore Luciani & huius Dialogi ſub Romanis erat, ut in ipſo Dialogo patet, proconſularis erat provincia, & a proconſule regebatur, qui Graecis dicebatur ἀνθύπατος. Tentabam hunc nodum ſolvere, & dicebam, forte Lucianum ſervaſſe decorum, & cum Mneſippum Laconem introduceret loquentem, eum de induſtria non exacte ῥωμαΐζειν facere, & non perfectam notitiam Romanorum magiſtratuum habentem induxiſſe. Sed, ut verum fatear, id non mihi ſatisfacit; nam nec in tota orationis ſerie utitur alia voce, quae Laconiſmum redoleat, nec ipſum nomen Μνήσιππος videtur eſſe Laconis, ſed

Μηδισσιστος dicendum fuiſſet. Tum & infra de morte Peregrini utitur ea voce ex ſua perſona, ἐπὶ τὸν ἁρμοστὴν ἐπαχθῆναι τῆς Ἀσίας. Itaque alio me verto, & puto, fuiſſe nomen Graeci magiſtratus, non Romani. Nam civiliter & moderate regentes provincias Romani permittebant aliquando populis, ut haberent quandam ſpeciem regiminis, & magiſtratus quoſdam ex ſua gente, ſibi tamen ſubditos, & ſine iuriſdictione ſuprema, ſed morum & εὐταξίας curam habentes. Id mihi ſuadet Budaeus in commentariis ſuis, qui haec ait: ἁρμοστῆρας ἐκάλουν Ἀθηναῖοι τοὺς εἰς τὸ εὖ ζῆν διατάττοντας. Ignoratur, unde id acceperit, ſed ex eo loco colligitur, fuiſſe Athenis ἁρμοστῆρας id, quod Romae Cenſores, & credo ad exemplar Cenſorum Romanorum inſtitutos; nam in antiqua Athenienſium republica de iis non fit mentio apud auctores; niſi ſic ſit, cur ita locutus fuerit Lucianus, mihi non liquet. PALM. Haec & alia nonnulla in hoc libro, hiſtorias haſce fabulaſve temporis eſſe recentioris, arguunt, cum de imperio Romano haud dubie haec intelligenda ſint. Vide etiam c. 18, 32 & 33. Βασιλεὺς μέγας hic eſt Imperator Romanus: (de quo titulo conſule Spanh. p. 446.) cum *Italia* nominetur, & *Gyaros* ſub Imperatoribus exſilii locus. SOLAN. Nondum ſatis video cauſae, cur hac appellatione non Praefidem & Rectorem Provinciae ordinarium, uno verbo Proconſulem Aſiae intelligamus; licet non ignorem, ſummo viro Ez. Spanhemio in loco Noſtri de morte Peregrini § 9, ubi itidem de ſupplicio capitis agitur, aliter viſum, cum intellexerit de magiſtratu ſ. Legato, extra ordinem *ad ordinandum ſtatum liberarum civitatum* miſſo; vid. Diſſ. 13, pag. 586. Libera quidem civitas Epheſus; ſed quam tamen Proconſulari imperio ſubiectam, ſatis aliunde conſtat. Lucianum non ſemper ſolemnibus Romanarum dignitatum appellationibus uti, (nam alioquin hic ἀνθύπατος nominandus erat) vel inde ſatis apparet, quod ſtatim τὸν μέγαν βασιλέα appellat, qui magis proprie αὐτοκράτωρ erat dicendus. Quae res magnum ipſum Eraſmum in fraudem induxit, ut Perſarum regem interpretaretur. Eodem modo infra in Demetrii atque Antiphili hiſtoria c. 32 συναρμοστὴν legatum Praefidis arbitror intelligi. GESN. Adde idem pluribus confirmantem Weſſeling. ad Diod. Sic. XIII, c. 66, No. 4, ὃν οἱ Λάκωνες ἁρμοστὴν ἐκάλουν· ubi licet magiſtratus Graecus intelligatur, tamen hac occaſione ad refutandum Palmerium utitur. REITZ.

ead. l. 10. Βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ) Eraſmus, *ad Perſarum regem.*

Verte, *ad Imperatorem.* Solebant enim Praefides provinciarum, ubi in honeſtos homines poena ſtatuenda erat, principem conſulere l. Divi fratres, § 1 & 2 ff. de poenis. At mentio Gyari Eraſmum ſaltem admoniſſet, loci Romanis exſiliis frequentis. Hoc monebat idem Senator, & Vincent. Obſopoeus argumento *εἰκόνων.* BOURD.

ead. l. 12. Γύαρον νῆσον τῶν Κυκλάδων) Cycladibus annumerat etiam Strabo 10, p. 334, atque Plin. 8, 29, ſ. 43; ſed inter Sporadas refert idem Plin. 4, 12, ſ. 23, & Stephanus Byz. Ceterum hoc exemplo illuſtratur illud Satyrici, *Aude aliquid, brevibus Gyaris & carcere dignum* &c. GESN.

ead. l. 15. Συνεισῆλθεν εἰς τὸ δικαστήριον) Utitur inter alia & hoc Luciani teſtimonio I. Elſnerus ad illuſtranda Apoſtoli verba ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, quae leguntur in 2 Epiſt. ad Timoth. IV, 16. Nimirum periclitantibus in iudiciis adeſſe ſolitos amicos & patronos, (quos *advocatos* dictos, notum.) Idque ut ad locum N. T. non incongruum erat, ita ad Lucianum non opus erit id pluribus exponere aut firmare, quod res ſit notiſſima. Vid. tamen, ſi vis, Herald. ad ius Atticum. REITZ.

in Schol. col. 1. *l.* 2. *Gyaris*) Modo enim *Gyara* plur. modo *Gyarus* dicit. Vid. Sat. I, 73. Ubi tamen poſteriore loco non *aliquid*, ſed *aliquis* rectius editum, & neſcio num Solanus in deſcribendo Scholio aberraverit, an in ipſo Cod. ſic legatur. Sed & in Iuven. lectum quondam *aliquis*, commentatores monent p. 762 ed. Caſaub. Singulari utitur idem Iuven. X, 170, *Ut Gyarae clauſus ſcopulis, parvaque Seripho.* Cetera vid. Eraſmus in Adag. REITZ.

Pag. 78. *l.* 3. Πορφυρεῦσι) Verte, ut idem Senator, *purpurarum piſcatoribus.* Alibi de quibuſdam huius Dialogi narrationibus fuſius. BOURD. Iam Strabo, cum appuliſſet ad hanc inſulam, κώμιον ἔγνω ὑπὸ ἁλιέων συνοικούμενον, ut ipſe ait X, p. 334, 48; ubi plura de eorum hominum paupertate. GESN.

ibid. Τὸ γινόμενον) Conferri iuſſerat Solanus Somn. 1. Ibi enim legas, ἀποφέρων ἀεὶ τὸ γιγνόμενον. Vid. not. Hemſterh. Adde Alex. c. 54. Ac ſimul adverte, ſi tanti videtur, modo γιγνόμενον, modo γινόμενον eſſe in Luciano; modo in antiqq. edd. γιγνόμ. ubi in recentt. γινομ. Hic quidem γιν. *Fl.* aeque ac *I.* & *H. P.* &c. Alibi non ſemper huiuſmodi minutiis reſcendis lectori faſtidium pariemus. REITZ.

ead. l. 9. Πέντε &c.) Si ex Romana hiſtoria de Agathocle iſthoc aliquid conſtaret, nullo iam negotio ſcripti hu-

ius libelli tempus assignaretur. Ego nihil invenio. SOLAN.

ead. l. 15. Εὐθύδικον) Et hi mihi ignoti. SOLAN.

Pag. 79. *l.* 4. Καὶ μετ' αὐτοῦ Δάμωνα τὸν Χαλκιδέα, καὶ τοῦτον ἑταῖρον αὐτοῦ) Videntur mihi enervare hunc loquendi modum, dum sic distinguunt, & vertunt, *& cum ipso Damon Chalcidensis, eius amicus.* In his certe nulla significatio vocum καὶ τοῦτον. Distinguo & verto, καὶ μετ' αὐτοῦ Δάμωνα, τὸν Χαλκιδέα καὶ τοῦτον, ἑταῖρον αὐτοῦ, *& in eis Damonem, hunc quoque Chalcidensem,* (aeque ut Euthydicus) *amicum eius.* Sic solent, cum duo in eodem conveniunt. GRON.

ead. l. 15. Ἀπὸ ψιλῆς τῆς κεραίας) Contractis nempe nautarum ministerio, aut celeritatis causa abscissis, aut abruptis denique a vento velis, *nudae sunt antennae.* Hoc est in Actis Apostolicis XXVII, 12, χαλάσαι τὸ σκεῦος, ut recte explicat Scheff. de mil. nav. I, 4, p. 35. GESN.

ibid. Σπείρας τινὰς ἐπισυρομένους) Primo audiamus Plutarchum περὶ ἀδολεσχίας p. 900: Νεὼς ἀρπαγείσης ὑπὸ πνεύματος ἐπιλαμβάνονται, σπείρεις καὶ ἀγκύραις τὸ τάχος ἀμβλύνοντες. Σπείρα igitur adhibetur in tempestate ad cursum navis retardandum, & frangendum obtundendumque quasi impetum. Sed quid est σπείρα; Scholium ad Odyss. Z, 269, σπείρας interpretatur μεγάλους κάλως, δι' ὧν ἕλκονται αἱ νῆες. Nempe funes magni nautici, in spiram convoluti, mari innatantes, impediunt aliquantum, ne ita celeriter abripi, ita facile everti navis possit. Emendandus est Hesychius, apud quem sub voc. σπεῖον continuatur oratio, οἱ πρὸς τῇ βάσει λίθοι, quae σπείρας explicatio est, non minus, quam ea, quae sequuntur, &, nisi fallor, ad hunc nostrum locum pertinent, καὶ νεὼς σκεῦός τι, καὶ σύστρεμμα ἐκ σχοινίου. Sequitur, ἢ ῥάκη, καὶ ἱμάτια, καὶ ἱστία· haec σπεῖρον vocant Homerici interpretes. Excipere itaque se debent apud Hesychium, σπεῖον, σπείρα, σπεῖρον. Sed redeamus ad *spiras* nostras. Retinui in interpretatione hoc nomen, auctoritate Festi, qui inter alia, *spira,* inquit, *funis nauticus in orbem convolutus,* & laudat Pacuvii versum, haud dubito quin in tempestatis descriptione a poëta positum, *Quid cessatis socii eiicere spiras sparteas?* Huc refero etiam Isidori verba Orig. 19, 4, *Spirae, funes, quibus in tempestatibus utuntur, quos nautici suo modo curcubas vocant.* Servata res ad recentiora usque secula. Laudantur in Glossario Dufresniano Voc. *Spera,* n. 3, Glossae ad Fr. Barberini Documenti d'amore, p. 273: *Ligantur plures fasces & proiiciuntur in aquas retro naves, ut non sic naves currant, fractis*

themonibus: & dicuntur ſperae, *quaſi res, quae faciunt tardare progreſſum.* Praeſtant ergo *ſpirae* navi iactatae, quod plauſtris in deſcenſu arduo alligata a tergo ſarmenta, *Schlepp-reiſs* vocant ruſtici. GESN.

Pag. 80. *l.* 15. Ἐπὶ τούτων) Minus rectum videtur, quod *Fl.* habet, ἐπὶ τούτοις. Locus enim aut res, ſuper quibus ſedemus, genitivum poſtulant poſt ἐπί. Namque ἐπὶ τούτοις ita quidem ſignificabit *ſuper illis*, ut conditionem vel cauſam deſignet, & valeat *propter* vel *praeterea*. Nam licet Grammatici recentiores vulgo in Syntaxi praepoſitionum ad ἐπὶ cum dativo loci, in quo vel ſuper quo ſedemus, inſiſtimus, afferant illud Aeliani, (V. H. I, cap. 30) ἐπὶ ἵππῳ, id merito tamen ſuſpectum eſt Perizon. qui ἐφ' ἵππων malit, ut eſt in Hiſt. animal. XII, 34. Vid. eius notam in ed. maiore; (nam in minore omiſſa erat, licet in eius Indice ad hanc notam remittatur lector.) Et ſic recte apud Long. Paſt. IV, 112 ed. Moll. ἐφ' ἵππου ἦκε legitur bis. Interim non negaverim, & alicubi ἐπὶ cum dativo pro *ſuper loco* reperiri; ſaltem in Novo Foed. Epheſ. II, 20, ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν. Et in proverb. βοῦς ἐπὶ σωρῷ. Inde autem non conſequitur, ἐπὶ τούτοις & ἐπὶ τούτων permutandum, aut prius hic in Luciano admittendum. Verum & illud ἐπὶ σωρῷ aeque recte vertas, *bos* APUD *acervum*, (quod Eraſmus in Adag. fecit) atque alterum βοῦς ἐπὶ φάτνῃ, *bos* AD *praeſepe*. Et ſic ἐπὶ νηύσι non eſſe *in navibus*, ſed *apud naves*, diximus ſupra ad Quom. Hiſt. cap. 28. Interim non repugno, quin ἐπὶ φάτνῃ recte etiam vertatur alibi, *in praeſepi*, ut apud Long. L. III haud ita longe a pr. (p. 69 f. Moll.) Τότε βοῶν ἐπὶ φάτναις φροντὶς ἦν ἀχύρου ἐσθιόντων· αἰγῶν καὶ προβάτων ἐν τοῖς σηκοῖς φυλάδας· ὑῶν ἐν τοῖς συφεοῖς ἄκυλον καὶ βελάνους. *Tunc boves curabant in praeſepibus paleas, capras oveſque in caulis fronde* — &c. *veſcentes*. Quid enim hic differat ab ἐν, quocum connectitur, nullus video. Et licet plura ſimilia afferre poſſem, ad ambiguitatem vitandam tamen plurimum intereſſe ſentio, ut diſtinguamus ἐπὶ τινὸς & ἐπὶ τινί. Quae enim confuſio foret, ſi ἐπὶ τραπέζῃ κάθησθαι idem eſſet, atque ἐπὶ τραπέζης. E. c. apud Iſocr. Trapez. p. 711, al. 860, τὸν ἐπὶ τῇ τραπέζῃ καθήμενον, eſt, *qui ad menſam ſedet*, non, qui *in ipſa*. Ap. Achill. Tat. ipſo init. Σιδὼν ἐπὶ θαλάττῃ πόλις, *Sidon urbs ad mare*. Qui non diſtinguit, etiam inde fecerit urbem in ipſo mari conditam, quales ſunt *Venetiae*. Ut itaque in loco ex N. T. adducto nulla ambiguitas, ita alibi magna foret. Quare noſtra culpa eam

non augeamus, quippe Graecarum praepoſitionum paucitas iam ſatis difficultatis parit. At, at, ἐπὶ τραπέζῃ, quod Iſocrati l. c. eſt *ad menſam*, Noſtro tamen eſt *IN, SUPER menſa*, infra Aſin. cap. 47 poſt med. ἔπειτα τράπεζάν μοι παραθεῖναι εἶπε, καὶ εἶναι ἐπ' αὐτῇ πολλὰ καὶ ὅσα μὴ δυνατὸν ἄλλῳ ὄνῳ καταφαγεῖν. Ita ibid. c. 29 f. ἐπ' ἐμοὶ καθίζων. Conf. c. XI g. Immo ἐπὶ φάτνῃ etiam eſſe *ob*, *propter praeſepe*, apertum ex Epiſt. Sent. XXVI, p. 102, Οὔτε ἵππος ἐπὶ φάτνῃ, καὶ φαλάροις, καὶ τάπησιν· οὔτε ὄρνις ἐπὶ κρόκῃ — γαυριᾷ. REITZ.

Pag. 81. *l.* 5. Ἐπικλωμένου) Vix operae foret exponere, quid hoc ſit, niſi caſu viderem (ubique enim priſtinam verſionem examinare non eſt animus) Eraſmum vertiſſe, *imminentes procellas, fragorem aquae ſeſe agglomerantis*, non adeo male ad rem ipſam, minus commode ad Graeca. Ἐπικλωμένου eſſe *fractam* ſive *infractam* aquam, ipſum verbum ſatis indicat, de quo vid. ſupra pro Imag. c. 13, adeoque colliſionem undarum ab vento diſiectarum, ſonitumque hinc ortum ſignificari, quilibet videt. Adde tamen id manifeſto declarantem Alciphr. I, 1, p. 4, καὶ ἐπεφρίκει μὲν ὁ πόντος μελαινόμενος, τοῦ ὕδατος δὲ ἀφρὸς ἐξηνθήκει, πανταχοῦ τῆς θαλάσσης ἐπ' ἀλλήλων ἐπικλωμένων τῶν κυμάτων, τὰ μὲν γὰρ ταῖς πέτραις προσεράσσετο, τὰ δὲ εἴσω ἀναδαῦντα ἐῤῥήγνυτο. Ad quae verba Bergl. & hoc Luciani adducere non eſt oblitus. REITZ.

Pag. 82. *l.* 11. Εὐδαμίδας) Nihil de his invenio. SOLAN.

Pag. 83. *l.* 8. Αὐτῷ) Per hunc cave Charixeinum intelligas. De Eudamida enim hoc dicitur. SOLAN.

ibid. Ἐν παιδιᾷ — ἐποιοῦντο) Ita ſupra habuimus in Quom. Hiſt. c. 22, ἐν γέλωτι ποιήσασθαι. Pro Imag. c. 17 pr. ἐν μεγάλῳ τιθεμένη, & paſſim. REITZ.

ead. l. 14. Διαιτῶντες) Duplicem huius loci ſcripturam dederunt editores. Primi Florentini dedere διαιτοῦντες, Aldus διατῶντες· qua Aldina lectione, quam ſequiores recte ſecuti ſunt, locum hunc ſanum & ſincerum arbitror. Διαιτῶντες non ab διαιτέω, ſed διαιτάω, deducendum. Amiciſſimi inter ſe erant Aretaeus, Charixenus & Eudamidas: horum Eudamidas moriens reliquit Aretaeo alendam matrem ſuam; Charixeno vero reliquit locandam cum dote filiam ſuam. Mortuo Eudamida, *heredes, quibus haec delegata erant, ſimul audierant, venerunt, illico curantes ea, quae in teſtamenti tabulis perſcripta & demandata erant.* Aretaeus ſcilicet aluit Eudamidae matrem, Charixenus eiuſdem cum dote elocavit filiam. Sic expono διαιτῶντες τὰ ἐν τῇ διαθήκῃ. Quamquam διαιτάω

plerumque ſignificat *vivo, verſor, dego;* dubitari non poteſt, quin & natura ſua ſignificet *diſpono, ordino, compono, diſcepto,* & ſaepe in ea ſignificatione uſurpetur. Noſter in Abdicato c. 11, Ἢν δέ τινες ἐκόντες αὐτοὶ συνθῶνται δικασταὶς, καὶ προελόμενοι ἐπιτρέψωσι διαιτᾶν. Perſpicuum eſt, quid hic ſit διαιτᾶν, nempe *diſceptare, cognoſcere cauſam.* Sic apud Dionyſium Hal. lib. IV Ἀρχαιολογ. δικασταὶ καθεζόμενοι δίκην. Hinc iudex paſſim διαιτητὴς dicitur, & δίαιτα non raro *arbitrium, iudicium* notat: ſic apud Noſtrum in Deor. D. XX, 1, Iuppiter contendentes de formae praeſtantia tres Deas ad Parin reiiciens, ἐγὼ δὲ, inquit, ἀποθοῦμαι τὴν δίαιταν· & iterum eadem pag. οὐδ' ἂν ὁ Ἄρης ὁ σὸς, ait Iuno Veneri, ἐπιτραπῇ τὴν δίαιταν. Adde, quae habet H. Stephanus, qui inter alia hunc ex Thucydide diſertum affert locum, καί τοι πολλὰ μὲν ἐς θεοὺς νόμιμα δίκηται, πολλὰ δ' ἐς ἀνθρώπους δίκαια καὶ ἀνεπίφθονα. Hic διαιτᾶν eſt *adminiſtrare, ordinare,* plane ut in Luciani loco, quo de agimus. Legitur autem apud Thucydidem δεδίκηται pro δίκηκα. Vide ſis, quae ſupra ad Tom. I de uſu perfectorum in Paſſivo apud Graecos diſputavimus. IENS. (δεδίκηται legitur in Thucyd. & Steph. REITZ.) Rarior uſus verbi διαιτᾶν in tali re videtur induxiſſe virum ſummum, Graevium, ut aliquid hic mutari vellet. Eſt autem διαιτᾶν aequo arbitrio rem aliquam tractare. Suidas, διαιτῶν, δικάζων. καὶ διαιτῶν, τὸ ἴσον νέμων. Convenerunt viri ad cernendam dividendamque ex aequo, & mutuo quaſi arbitrio, hereditatem. Iudicialis illa ſignificatio pervulgata: ſed uſum, huic Luciani & Suidae rationi plane ſimilem, aliunde adhuc firmari velim, de quo nec dubito. GESN. Prorſus ab Luciani mente eſt alienum, quod Graev. ſubſtituit, ἀπαιτοῦντες, & vulgata lectio omnino melior eſt. Non enim aderant Aretaeus & Charixenus, ut aliquid petituri aut partem ablaturi ex hereditate; neque enim id ab homine paupere, vel ante apertum teſtamentum ſperabant; neque iam, dum accurrunt, incognitum teſtamenti ab Luciano ſtatuitur argumentum; neque adeo narrat, quando id fuerit apertum; ſed ipſe eius contenta iam narrando patefecit, idque iam innotuiſſe, diſertis verbis praemittit, riſumque aliorum inſueto legandi more audito exortum commemorat. Adveniunt igitur heredes iſti de onere ſibi impoſito iam edocti, non lucro inhiantes, verum amicitiae memores, & onus contra vulgi opinionem ſuſcepturi; quo narrationis filo obſervato, verbum διαιτᾶν eſt aptiſſimum, quod *res ordinare, conſtituere, diſpo-*

nere, disceptare, significat, adeoque cum seqq. ἐκ διαθηκῶν connexum, significabit rem ita dirigere, ut testamento satisfiat. Quam significationem τοῦ διαιτᾶν, nescio an sit adeo necessariam testimoniis comprobare: certe sic διαιτα *de schikking*. Aristoph. Eccl. 669, Τὴν δὲ διαιταν τίνα ποιήσεις; ΠΡ. Κοινὴν πᾶσιν. τὸ γὰρ ἄστυ Μίαν οἴκησιν φημὶ ποιήσειν συρρήξασ' εἰς ἓν ἅπαντα. — Τὰ δικαστήρια καὶ τὰς στοὰς &c. Ac pro *arbitrio* Vesp. 522, quod expressis verbis a iudicio distinguit Liban. Ep. 118, Σὺ δὲ, εἴτ' ἐκ διαίτης, εἴτ' ἐκ δικαστηρίου δέησεις, δεῖξον &c. Sed hoc posterius pueri norunt, cum vel Grammatici habeant, ἐπιτρέπομαι τὴν δίαιταν, *permittitur mihi arbitrium*. At Thucyd. VII, c. 77, πολλά τε ἐς θεοὺς νόμιμα δετιήτημαι. Quod Scholiast. exponit, ἐπιτέθεισαι· πεπολίτευμαι νομίμως. Adeoque ad Luciani mentem apposititissime. Pro *disceptare, componere*, Dionys. Hal. Isaeo. p. m. 107, οὐδὲ λόγον ποιήσασθαι, οὐδὲ διαιτᾶν ἐπιτρέψαι. Et Antiq. VII, pag. 457 f. τοὺς πατρικίους τὰ νείκη διαιτᾶν. Adde Harpocrat. v. διαιτηταὶ, p. 124. Conf. nott. Vales. pag. 19. Plura adderem; sed his scriptis video, Iensium idem fere egisse. Nec tamen poenitet, quia res iam videbitur tanto manifestior. REITZ.

Pag. 84, *l.* 2. Ἀπὸ ταλάντων πέντε, ὧν εἶχε) Toto genere confusus & absurdus in his est interpres posterior. Ita enim vides eum vertisse, ut dicat, filiam datis quinque talentis, quae habebat, elocavisse. Quae talia plane non sunt in Graecis; & si dedisset in hanc rem talenta quinque, profusus fuisset, non diligens in distribuendis hereditariis bonis; ex quibus sic nihil reliquum supermansisset. Longe accuratior Erasmus: *& matrem alit Eudamidae, & filiam non ita pridem elocavit, ex quinque talentis, quae possidebat, duobus in propriae filiae dotem, duobus in amici filiam erogatis.* Atque ita superat talentum unum in alimenta matris Eudamidae, sapientissima ratione. GRON.

ead. l. 9. Εὐδαμίδα) Leve mendum in omnibus edd. conspicitur, quod vel a tirone poterat deleri, ἐγὼ δὲ τὸν Εὐδαμίδα πολὺ μᾶλλον ἐθαύμασα τοῦ Σάρπους, scribendum Εὐδαμίδαν. Est enim ab Εὐδαμίδας. In eadem pagina paulo ante sine sensu legitur, οἱ κληρονόμοι δὲ, οἷς ταῦτα κατελέλειπτο, ὡς ἤκουσαν, ἦκον εὐθὺς διαιτῶντες τὰ ἐκ τῶν διαθηκῶν. Vertunt: *At heredes, quibus ista erant legata, ut audierunt, illico venerunt, agnoscentes ea, quae testamento erant mandata.* Quid hoc? num διαιτᾶν est *agnoscere*? Locus est corruptus. Existimo Lucianum scripsisse ἀπαιτοῦντες τὰ ἐκ τῶν διαθηκῶν, *petentes, quae*

in teſtamento illis erant legata. Nam διαιτέω non memini apud quemquam inveniri: ſed ἀπαιτέω Luciano eſt familiare. GRAEV. Εὐδαμίδαν) Perperam legebatur Εὐδαμίδα. V. Graevii Not. SOLAN. Εὐδαμίδα.) Εὐδαμίδαν. In addend. ed. Graev. *Menag.* Item Guyet. REITZ.

ead. l. 11. Ἔπραξεν ἐπ' αὐτοῖς) Monente in marg. Hemſterhuſio adii L. Bos ad Act. Ap. V, 35, vidique illum hoc adducto Luciani loco docentem, & Apoſtoli verba ſimiliter conſtruenda, exponenda; cum interpretes vulgo male conſtruxerint προσέχετε ἐπὶ ἀνθρώποις, pro προσέχετε τί μέλλετε πράσσειν ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις. REITZ.

ead. l. 15. Συνίθεμεν) Vera haec eſſe crediderim & a Luciano viſa. SOLAN.

ead. l. 17. Ἰταλίᾳ πρεσβεύοντι) De ſe ipſo loqui hic ſub perſona Lucianum putem. Confer cum his, quae in Somnio habet cap. 9. SOLAN.

Pag. 85. *l.* 4. Παυλώβητον) Enumeratur inter verba in Stephan. Theſ. deficientia ab Ienſio in longa illa nota ad Imag. Nec habent Poll. Suid. Heſych. Harpocr. Nec ego alibi legi. Hemſterhuſianis arculis opus foret ad talia aliunde probanda, niſi compoſitum fictum ſit ab Luciano; ſed λωβητὸς notum, & ex eo alterum ſatis intelligitur, neque auctoritatibus ad id opus eſt. REITZ.

ead. l. 12. Ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων) Vid. Dionyſ. Voſſii notas in lib. I Caeſ. de Bell. Civ. p. 302. LA CROZE. Quid prohibet Voſſii notam ab la Croze indicatam compendioſe deſcribere? Caeſ. enim B. Civ. I, c. 35, dixerat: *Evocat ad ſe Caeſar Maſſilienſium XV primos* &c. ad quae Voſſ. „πεντεκαίδεκα πρωτοστάτας. *Nam, ut ex Strabone diſcimus l. IV,* διοικοῦνται ἀριστοκρατικῶς οἱ Μασσαλιῶται πάντων εὐνομώτατα· ἀνδρῶν γ' καταστήσαντες συνέδριον, διὰ βίου ταύτην ἐχόντων τὴν τιμήν, οὓς Τιμούχους καλοῦσι. Πεντεκαίδεκα δέ εἰσι τοῦ συνεδρίου πρωτοστάτες, τούτοις δὲ τὰ πρόχειρα διοικεῖν δίδοται· πάλιν δὲ τῶν τε προκαθηνται τρεῖς οἱ πλεῖστον ἰσχύοντες. *Igitur ſexcenti Senatores Maſſilienſibus, in his XV viri, quos* Τιμούχους *vocant, praecellebant, & inter* Τιμούχους *tres praeſidebant. Etiam meminit Lucianus, qui Maſſiliae rhetorem egit, in Toxari,* h. l. &c. *Etiam Valer. Max. lib. II, cap. 6, ait:* Venenum datur ei, qui cauſas ſexcentis (id enim Senatus eius nomen eſt) exhibuit.„ — Sed & de Atticis Sexcentis mentio fit in Inſcript. quam affert Sponius de pag. Atticis, p. m. 29:

Η ΒΟΥΛΗ ΕΞ ΑΡΕΙΟ . . . .
ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ . . .
&c. &c.

Quamque fic ſupplendam arbitratur:

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ ΚΑΙ
Η ΒΟΥΛΗ
ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ &c. REITZ.

Pag. 86. *l.* 5. Εὐγενῶν) De Menecratis filia deformi, ἣν οὐδὲ μετὰ πάσης τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ἣν γε πρὸ τῆς καταδίκης ἐκέκτητο, ἄξίωσεν ἂν τις τῶν γε εὐγενῶν καὶ πενήτων ῥᾳδίως παραλαβεῖν, οὕτω κακοδαίμονα οὖσαν τὴν ὄψιν. *Quam ne cum omni quidem patris ſubſtantia, quam ante damnationem poſſederat, dignatus fuiſſet quiſquam ingenuus ac pauper facile accipere, quae forma eſſet tam infelici.* Sic Eraſmus vertit. Non eſt mirum, nullum τῶν εὐγενῶν hoc ſpinturnicium voluiſſe ducere. Omnino ſcribendum ex Mſ. τῶν ἀγεννῶν, *obſcurorum, ex ima plebe.* GRAEV. Ἀγεννῶν) Deberur haec genuina ſcriptura Mſ. Gr. P. L. & edd. *l.* & *V.* 2. nam depravatiſſime in reliquis legitur εὐγενῶν. SOLAN.

ibid. Παραλαβεῖν) Proprium eſſe de uxore recipienda, domum deducenda, multis docet Elſner. ad Evang. Matth. I, 20, ubi legas, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν τὴν γυναῖκά σου. REITZ.

ead. l. 8. Ταῦτα πρὸς τὸν Ζηνόθεμιν ἀποδύρετο) Verterat optime Eraſmus per verbum *deploraret.* Id Salmurii futiliter degeneravit in *declararet*, ac perperam in hac editione retentum. Cavebunt ſpero poſteri. GRON. Ἀποδύρετο) Turpis macula. Scribe ocius ἀπωδύρετο. Vertit Salmurienſis *declararet*; quam futilem verſionem iam caſtigavit Gronovius pag. 904 ed. Graev. IENS. Ἀπωδύρετο) Hanc vocem emaculavimus. In omnibus enim exceptis Baſſ. ἀποδύρετο legebatur. SOLAN. Quod Gronov. monet, *cavebunt poſteri*, id Geſner. vel ſine hac monitione praeſtitiſſet, ut praeſtitit: quod Bened. *declararet* dederit, id vitium typographicum credo, cum *declamaret* voluerit; idque forſan eadem notione accipi voluit, qua *deplorare*: nam Graeci verbi vim ei incognitam fuiſſe, prorſus eſt ἀδύνατον· quod vero Graeviana ed. id ſervarit, magis culpandum. REITZ.

ead. l. 11. Ἦγεν) Sic recte L. In P. ἦσεν. In impreſſis vero ἧκεν. SOLAN.

Pag. 87. *l.* 6. Συγκαταζευγνύμενον) Qui neſcit, τὸ ζεύγνυμι eiuſque compoſita de matrimonio iunctis, aut iungendis adhiberi ſolitum, adeat Iac. Elſner. ad Evang. Marc. X, 9. REITZ.

Pag. 88. *l.* 3. Θαλλῷ ἐστεμμένον) Τὸ θαλλὸν ἐνταῦθα ὁ τῆς ἐλαίας κλάδος. Schol. Mſ. Reg. 3011.

ead. l. 6. Βουλὴ &c.) Citat haec verba Suidas in ἐπιτιμ. Sed ibi corrupte pro αὐτὸ legitur αὐτόν. Quod cum doctiſſimo editori contubernali tum indicaſſem, & cum pauculis aliis in ſchedula annotatum tradidiſſem, ea caſu aliquo deperdita, in ea ed. omiſſum fuit: quod tamen ei fraudi eſſe, tantillum cum ſit, ob alia & multa laude ſane digna, in ea ed. ab eo ſummo labore praeſtita, nolim. SOLAN.

ead. l. 7. Ἐπίτιμος) Bene monuit Hemſterh. in marg. adeundum Dukerum ad Thucyd. p. 339, No. 25. Cum enim & Thucyd. V, c. 34, habeat, καὶ ὄντες ἐπίτιμοι, & Duker. illud verbum ex Th. Mag. Suid. atque auctore Etymologici, hocque Luciani loco probet, ſatis patet, probam eſſe Luciani vulgatam, neque id in ἐπιτίμιος mutandum; ſed ſignificare, *qui integra fama & exiſtimatione eſt.* REITZ.

ead. l. 11. Παλλακὰς) Plures fuiſſe Scythis uxores & concubinas, infra clarius patebit cap. 39. Idem de Thracibus ex Menandri fragmento conſtat a Strabone in eam rem adducto, calculoque ſuo comprobato, lib. VII, p. 297 ed. Par. qua de re infra pluribus. SOLAN.

ead. l. 13. Δημητρίου) Idem, de quo Philoſtratus IV, 24, qui VI, 33, in quibuſdam Codd. Συνιεὺς pro vulgato Κύων dicitur; vide etiam noſtrum Ὀρχ. c. 63. Unicus reſtat ſcrupulus, quod Demetrius iſte, quicunque tandem eſt, etiam tum, cum auctor haec ſcriberet, in vivis fuiſſe videtur; vide cap. 33 & 34. SOLAN.

ead. l. 15. Τῷ Ἀλωπεκῆθεν) Alciphr. III, Ep. 37 pr. ἦειν εἰς Ἑρμαφροδίτου, τῷ Ἀλωπεκῆθεν ταύτην ἀναβησούσα. De pago autem Attico Ἀλωπεκὴ vel Ἀλωπεκαὶ vid. Meurſ. de pag. Att. Et reliq. Att. pag. 7. Ubi ex Aeſchine docet, abfuiſſe ab urbe ſtadiis circiter duodecim. Et ex Ariſtaen. I, Ep. 4, Ἱππίας ὁ καλὸς, ὁ Ἀλωπεκῆθεν &c. affert, qui eod. modo adverbialiter cum articulo ponit, ut Lucian. REITZ.

ead. l. 16. Ἐκ παίδων) Modo ἐκ παιδὸς, ut Alciphr. I, pag. 30, modo ἐκ παίδων. Pluralis tamen hic frequentior. Supra cap. 12 φίλος ἐκ παίδων ἦν. Adde Demon. c. 3, & alibi. Herodian. III, 15, 11. At ibi ἀμφοτέρους praemittitur, adeoque nihil mirum. Sed quid plura in re nota? Latini aeque *a pueris* dicunt, atque *a puero*, & prius quidem frequentius. REITZ.

Pag. 89. *l.* 1. Ῥοδίῳ — σοφιστῇ) Quis ille Rhodius Sophiſta Cynicus? An Agathobulus ille, de quo Δημων. cap. 3, &

Περ. c. 17? Sed ſi *Cynicus*, cur *Sophiſta* audit? Niſi forſan *impoſtorem* intelligat, ut Περ. c. 13, & paſſim. SOLAN.

ead. l. 5. Μέμνονα βοᾷν) Exſtabat revera Luciani tempore decantata illa Memnonis ſtatua. Vide Φιλοψ. c. 33, Philoſtr. pag. 232, & lege omnino Strabonem, qui ipſe ſe eam Thebis vidiſſe narrat XVII, p. 816. SOLAN.

ead. l. 7. Πυραμίδων — Μέμνονος) Pyramides ſtructurae ſunt ex ſaxis aut lateribus, ab imo amplae, in ſummo acutae, atque in altam molem evectae, ad nihil, quam ad effundendum opes, inventae. Memnonis autem huius cineres in aves tranſmutati feruntur, quae magnis gregibus e diverſis locis ſingulis annis ad ſepulcrum Memnonis convolare, atque ibi primum querulas voces edere, deinde inter ſe dimicare dicuntur. Ovidius lib. XIII Metamorphoſ. Lucianus in Philopſ. COGN.

ibid. Ἀναπεπλεύκει κατὰ τὸν Νεῖλον ἕκτον ἤδη μῆνα) Aſſumſit ab Eraſmo Benedictus *ſextum iam menſem adverſo Nilo navigabat.* Quod quis unus homo fecit unquam? aut ſi quis feciſſet, qui non oportuiſſet fieri, ut ab illo detegerentur fontes Nili? ſed fieri id non poterat, & Nilus non niſi ad Elephantinen erat bene navigabilis. Sed neque id dicere vult Lucianus; ſed illum ſex menſes in iſta peregrinatione conſumſiſſe, non utique ſemper navigando per adverſum Nilum, ſed per Nilum: verſus interiora ac mediterranea coeperat navigare in Nili alveo abhinc iam ſextum menſem. Κατὰ non magis de adverſo, quam de ſecundo amne ſumi docet vel ipſe Lucianus in Iove Tragoedo, ſcribens, τὰ δ' ἄλλα κατὰ ῥοῦν φέρεται, & ταυτὶ μὲν ἤδη κατὰ ῥοῦν προχωρεῖ τῷ Δάμιδι. GRON. *Adverſo Nilo* & nos interpretamur, non quo κατὰ τὸν Νεῖλον hoc ſignificet; ſed ob verbum ἀναπεπλεύκει, & ipſam rationem itineris, ab Alexandrea, ut apparet, in Aegypti interiora inſtituti. Scrupulum de ſex menſibus ipſe iam vir doctus bene removit. Adverſo fluvio navigavit Demetrius, ſed non uno tenore ſcilicet, verum ut paſſim, quoties videretur, ad dextram, ad ſiniſtram, excurreret &c. ut Phoenices, qui Africam primi circumnavigarunt, triennium ei rei impenderunt apud Herod. 4, 42. Quin pluſquamperfecti ratio etiam hic habenda: ſermo eſt de profectione; iam poterat eſſe occupatus in reditu. Sex menſes enim ſatis ſuperque his, quae de Antiphilo iam narrabuntur, ſufficiunt. Recte igitur *adverſo Nilo* ſervavit etiam Solanus. GESN.

ead. l. 14. Κηρύκιον) Sic libri omnes; forſan tamen aliud

quid ſub hac voce latet, quod ſine Codd. Mſſ. ope eruere non poſſum. SOLAN.

ead. l. 16. Ἐμπεσόντες) Iuſſerat in marg. Solan. conferri infra Δικ. § 5. Ibi invenias, ὃς παραδοθεὶς τοῖς ἑνδεκα, καὶ ἐς τὸ δεσμωτήριον ἐμπεσών. Sed ἐμπίπτειν εἰς τινὰ eſt *irruere in aliquem, invadere.* Supra Tim. cap. 23, & paſſim. Long. Paſt. II, p. 78, λύκος ἐμπεσὼν, de lupo irruente in gregem. At oppoſito ſenſu pro incidere in quem, quaſi in rete, Noſter Tim. § 25. Nec non pro *incidere, obviam venire*, Long. Paſt. I, pag. 25, (al. 18) ἢ μὲν — ἐπανθοῦν ἐνέπιπτε τὸ κάλλος, καὶ ἐτήκετο. Ubi forte tamen ἐπ' ἀνθοῦν diſcretim ſcribendum, ſed legitur ἐπανθοῦν in tribus, quas conſului, edd. REITZ.

Pag. 90. *l.* 1. Ἀπεμπολοῦντες) Etſi ſimplex πωλέω *vendo* primam habet longam, ideoque ſuſpicor, verius ad etymon accedere ſcripturam ed. *P.* quae ἀπεμπωλ. dedit; tamen ab ea receſſi, non modo quia cett. edd. recedunt, ſed quia & alibi apud Noſtrum alioſque media correpta ſcribitur conſtanter; ut ſupra de Merced. cond. cap. 23 pr. c. 24 verſ. 34. Item Alciphr. III, Ep. 3, p. 280. Et eod. lib. Ep. 46, pag. 376. Ut alia teſtimonia brevitatis ergo omittam. Veniam igitur oro erroris in Piſcat. c. 27 ſupine admiſſi; quandoquidem ibi Pariſinae editionis orthographiam, ἀπημπώλησεν media longa exhibentis, ſum ſecutus, dum & ibi ceterae recte brevem haberent, quas tamen ideo accuratius perſpicere neglexi, quod corrupte ἀμπημπολ. haberent. At hoc levius eſt, quam quod ibid. Codd. quoque in nota Solani dicantur ita exhibere mediam longam; quod ego, non ſatis inveſtigans confuſiorem notarum iſtarum ſcripturam, arbitrabar ita eſſe. Iam vero iſta recognoſcens, & ad margines librorum revertens, in quibus collationes Codicum ſunt conſignatae, invenio in his accurate notatum, Mſſ. O. P. L. omnino habere ἀπημπόλησεν, aeque ac in ceteris Luciani locis modo allegatis. Plura igitur ex aliis auctoribus non addam, praeter unum hoc Ariſtophanis Acharn. v. 373, Κἀνταῦθα λαυθάνουσ' ἀπεμπολώμενοι· unde etiam patet, ſyllabam πολ. in verſu brevem eſſe. REITZ.

ead. l. 14. Ὁ ἐπὶ τῶν δεσμῶν) Cur Solan. varietatem quaeſierit, neſcio. Quidni enim ὁ ἐπὶ τῶν δεσμῶν *cuſtodiae praefectum* ſignificet, aeque ac apud LXX, Dan. VI, 7, οἱ ἐπὶ τῆς βασιλείας *praepoſitos regno, ſatrapas aut praeſides* notat, non video. Plenius Herodian. III, 3, 12, οἱ ἐπὶ ἐρύματος φύλακες. Sed & ſaepe οἱ ἐπὶ, ſine ſubſtantivo perſonae uſurpari, ut ὁ

ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν, ὁ ἐπὶ τῶν ξενίων, ex H. Steph. de L. Graec. & Gall. conv. pag. 91, Obſ. 6, notavit frater G. O. Reitz. in Belg. Graeciſſ. p. 471 — 2. REITZ.

Pag. 91. *l.* 5. Τῷ ξύλῳ καταικλεισθέντα.) Ex mala interpunctione mala olim verſio nata; cum enim comma poſt νυκτὸς eſſet poſitum, dederant, *utpote qui humi cubaret, idque etiam noctu:* quare id comma ſuſtuli, probe monente I. Elſnero ad Act. Apoſt. XVI, 24, ubi habemus, τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον. Qua occaſione plura affert ad explicandum captivos ligno vinciendi morem: eum igitur adeat curioſus lector, cum Commentatoribus ad Ariſtophanis varia loca ibi producta. REITZ.

ead. l. 6. Ὁ κλοιὸς ἥρκει) Haec inſtrumenta intellexiſſe arbitror Prudent. in hymn. 1 & 5 περὶ στεφάν. *Cataſta* autem inter alia machinam ſignificat longae & magnae compedis formae, qua ſervi vincti tenebantur, qualis a Prudentio deſcribitur in Vincent. COGN. Conf. ſupra Apol. pro Merced. c. 1 p. m. REITZ.

Pag. 92. *l.* 1. Δεσμοφύλαξ) Non parui Florentinae, mediam longam exhibenti: nam & ipſa mox c. ſeqq. 31 & 32 δεσμοφύλακι & δεσμοφύλακα cum ceteris legit. REITZ.

ead. l. 6. Εἰώθασιν) Sic P. optime. In reliq. εἰώθεσαν. SOLAN.

ead. l. 11. Ἀπαγωγῶν) P. & L. In reliquis ἀπάγων, minus commode. SOLAN.

ead. l. 15. Αὐτόν τε) Sic etiam legere Florentinam adſcripſerat Solan. Quid illud mirum? Recte enim τε cum καὶ iungi, quis tandem dubitaverit? Vidimus id de Merced. c. 26 pr. Add. de Hom. Il. Z, 351, — νέμεσίν τε καὶ αἶσχεα &c. Ibid. 310, Ἄστυ τε καὶ Τρώων ἀλόχους, ac millies alibi. Herodian. I, 1, φράσεώς τε καὶ εὐφωνίας. Aelian. II, 13 pr. Et ſic ap. omnes, ne excepto quidem N. Teſt. in quo vel tricies occurrit. Sed fors αὖτον voluit adſpirari, quod concedo. REITZ. Αὖτον *Baſ.* 4.

Pag. 93. *l.* 3. Ἐκτετρυχωμένα) Th. Mag. v. περιεσπάσθη haec Luciani afferens, ἐκτετριχωμένα habet, non ἐ—τρυχ. Et id quoque Luciano non incongruum arbitror, ut ſit *pilis nudati:* modo aliunde etiam conſtet, probum eſſe verbum, quod nondum obſervavi. Sed analogiae non repugnat. Nihil notaverat de lectionis huius conſtantia vel varietate Solanus noſter: quare edd. novem ſtudioſe conſului, omnes tamen in ἐκτετρυχ. conſpirare cognovi. REITZ.

ead. l. 7. Μέρος μὲν τοῦ μισθοῦ — καταβαλὼν, τιθασσὸν αὐτῷ — ἀπειργάζετο) Alciphr. I, Ep. 23, p. 96, καὶ καταβαλὼν

ὀβολοὺς δύο, καὶ τὸν βαλανέα τούτοις ἴλεων καταστήσας. Quod etsi non magni momenti est, moneo tamen, Berglerum ibi & haec Luciani adduxisse, non addita pag. Scribit autem τιθασσὸν αὐτῷ in Luciani loco; quod & ego feci, etsi edd. hic αὐτῷ habent. REITZ.

Pag. 94. *l.* 5. Προσελθὼν τῷ συναρ.) In L. ἐλθὼν πρὸς τὸν ἁρμοστήν. Quae ultima vox magis arridet, quam vulgata. Quid enim est hic συναρμοστής; Ἁρμοστὴς autem quid sit, vidisti iam c. 17, nempe idem, quod mox c. 33 ὁ τὴν Αἴγυπτον ἐπιτετραμμένος. SOLAN. Supra c. 17 f. ἁρμοστῇ. REITZ.

ibid. Συναρμοστῇ) Uti supra c. 17 τὸν ἁρμοστὴν, ὃς ἦρμοσε τὴν Ἀσίαν, *Proconsulem*, *Praesidem* certe & *Rectorem* provinciae *ordinarium* intelligebam: ita hic συναρμοστὴν *Legatum* dici arbitror, cui mandata a Praeside iurisdictio. Non missos esse in Aegyptum Senatorios viros, Proconsules aut Propraetores, cum fascibus, sed ἐπάρχους Praefectos Augustales, minori & equestri dignitate homines, notum est, & monuit Spanh. diss. X, 1, p. 92. Interim hoc tamen manet, Luciano ἁρμοστὴν esse magistratum ordinarium, συναρμοστὴν, eius vicarium. Ille ὁ τὴν Αἴγυπτον ἐπιτετραμμένος paulo post vocatur. GESN.

ead. l. 7. Καὶ ἀχθεὶς παρὰ τὸν Ἀντίφ.) Sentio hic aliquid a facilitate & candore Luciani alienum. Non offenderer, si illud ἀχθεὶς abesset: quod ut signarem, *ductus* in versione Latina uncis inclusi. Sed potest fieri, ut pro ἀχθεὶς aliud verbum dederit auctor, quod melius huc conveniat. Illud apparet, post καὶ intelligi denuo verbum ἀπήγετο· quod si cum ἀχθεὶς iungi voluit omnino Lucianus, habeat sibi, & suspicionem nostram rideat. GESN.

ead. l. 9. Παρ' αὐτοῦ) Raro admodum exemplo in omnibus scriptum erat παρὰ αὐτοῦ. SOLAN. Παρὰ αὐτοῦ) Non certe adeo rara est eiusmodi scriptura, ac Solanus praedicat, ut non semel iam vidimus. Conf. notata ad Apol. pr. Merc. c. 11, & Quom. Hist. c. 5. Addo hic Long. Past. IV, 222 ed. Moll. παρὰ ἀνδρὸς, & ὑπὸ αἰγὸς ibid. Ap. LXX in IV Reg. XII, 9, παρὰ Ἀμμαζειβί. Sic ex iisd. κατὰ ἀναπολὰς vel quater notavit Trommius; sed longe plura in ἐπὶ & ὑπό. Noster in Astrol. § 26. Hoc Dial. § 1, ἀλλὰ ἄνδρας οὐδὲ ἐτίμησαν. Alciphr. III, p. 444, κατὰ ἄστυ. Si vero Solani mens est, παρὰ rarissime sic scribi ante pronomen, & quidem apud Lucianum, facile id concedo. REITZ.

Pag. 95. *l.* 3. Διειρομένων) Narrat, cum quidam victorum

in carcere Aegyptiaco limam eſſet nactus, qua ἀποτρίβει τε τὴν ἅλυσιν, ᾗ ἐδέδεντο ἑξῆς, τῶν κλοιῶν εἰς αὐτὴν διειρομένων, καὶ ἀπολύει ἅπαντας. Eraſmus cum interpolatore Salmurienſi: *Catenam inſecuit, qua ordine adſtringebantur, cyphonibus in hanc inſertis, ſolvitque omnes.* In Graecis verbis primum non intelligo, quid ſit τῶν κλοιῶν εἰς αὐτὴν διειρομένων, multo minus verſionem Eraſmi *cyphonibus in eam inſertis*. Διείρομαι eſt *quaero, interrogo.* Sed legendum ex Mſ. διειργομένων, vinculis, quibus ſinguli ſeparatim ligati erant, eos dirimentibus. Ὁ κλοιὸς eſt vinculum, quo vinciebantur rei in carcere, ut ſuperius ad tomum primum oſtendit. Cur *cyphones* verterit Eraſmus, ego equidem ignoro, multo minus cur in verbis, quae modo haec praeceſſerunt, interpretatus ſit, *trabem*, τοῦτο γοῦν μόλις πολλὰ ἱκετεύσας τὸν δεσμοφύλακα ἐξεργάσατο παρὰ αὐτοῦ πλησίον τῷ Ἀντιφίλῳ, καὶ ὑπὸ τῷ αὐτῷ κλοιῷ δεδέσθαι. *Nam hoc multis precibus a cuſtode carceris vix obtinuerat, ut proxime Antiphilo eademque in trabe vinciretur.* Immo *eadem catena.* Solebant vincti interdum duo treſve eadem catena vinciri. Sic apud Romanos in carcerem coniectus, & miles, qui cuſtos ei apponebatur, eadem vinciebantur carena, ut patet ex Senecae ep. 5, *Eadem catena & cuſtodiam & militem copulat.* Iſta vincula ſingularum cuſtodiarum, quibus eorum manus pedeſque conſtricti erant, alligata erant maiori catenae, quam dixit Lucianus ἅλυσιν. Sic igitur in Latinam linguam vertendus hic locus: *Catenam diſſecuit, qua ordine alligabantur, vinculis in eam* (ſc. inſertis) *dirimentibus* (ſc. carenatos) *ſolvitque omnes.* Omnes aut ſaltem paria catenatorum erant vincta compedibus, qui omnes compedes adſtringebantur catenae maiori. GRAEV. Non ſpernenda eſt altera, quam ex Mſ. profert Graevius, lectio διειργομένων. Praeferam tamen ego vulgatam. Senſus eſt, ſingula ſingulorum nexorum vincula per iſtam catenam fuiſſe traiecta, ita ut quiſque quidem ſuo vinculo fuerint vincti, ſed omnes uni iſti catenae inſuper illigati. Διείρω eſt *truncio, innecto, implico, infero.* Infra c. 43, διὰ τῶν ὀδόντων μεταξὺ διείρων τοὺς δακτύλους, *digitos inter dentes inſerens.* In Pſeudomanti c. 26 E. Γεράνων ἀρτηρίας συνάψας, καὶ διὰ τῆς κεφαλῆς διείρας, *gruum arteriis contextis, & per caput inſertis.* IENS. Τῶν κλοιῶν εἰς αὐτὴν διειρομένων) Lectionem hanc ſatis ſanam eſſe exiſtimem, & vertend. *vinculis in eam inſertis.* Mentionem enim fecerat de catena longa, cui ordine omnes captivi erant alligati. Nam κλοιοὶ, vincula uniuſcuiuſque in eam catenam erant inſerta. Iam cum maior illa catena diſſecta erat, ſolvebantur

omnes ab illa. Significat autem διείρειν *traïicere, tranſmittere, inſerere.* Aelian. Hiſt. an. XI, 12, διείρειν ὁλόσχοινον τῶν ῥινῶν, *holoſchoenum per nares traïicere.* L. Bos. Vide Xenoph. 520, 24: ὅτι μεταξὺ τοῦ ὑμᾶς λέγειν, οὐδ' ἂν τρίχα, μὴ ὅτι λόγον ἄν τις παρείρειε. Vide Dion. Chryſoſt. 205 B. C. SOLAN. Non nego, διείρω ſignif. etiam *inſero.* At non quamvis inſertionem notare arbitror, ſed eam potiſſimum, quae tranſeundi ſimul notionem complectatur, i. e. quae ad latus uſque oppoſitum tranſeat. Aelian. IV, 28, διὰ τῆς ὀπῆς τῆς κατὰ τὴν θύραν διείρας τὸν δάκτυλον. Ubi non ſimpliciter eſt, *inſeruit digitum,* ſed ita inſeruit, ut ab altera parte promineret, pertranſiret. Idque in locis aliis Luciani etiam locum habet: ea ſaltem non ſatis probant, vulgatam & hic veram eſſe, quia praepoſit. διὰ additur τῷ διείρειν; hic vero εἰς. Interim nec falſam eſſe, ſatis patet; nam etſi διειργομ. cum Graevio ſubſtituas, tamen εἰς manet: at eodem hic redit, utrum eligas, Graevianam an vulgatam lectionem. Nam *adactis* an *inſertis* hic eandem poteſtatem habet. Veluti idem eſt in loco Xenophontis Cyr. 8, quem Steph. profert, διειρκότες τὰς χεῖρας διὰ τῶν καννάβων, ὥσπερ καὶ νῦν ἔτι διείρουσι, ὅταν βασιλεὺς ὁρᾷ. Ubi prius a διείργω an διείρω derives, eodem redibit; id quod ex aliis etiam exemplis videre licet. Error Graevii in eo latet, quod non cogitarit, διειρόμενον paſſivum eſſe a διείρω, ſed διείρομαι crediderit tantum ſignificare poſſe *interrogo.* REITZ.

cad. l. 5. Ἐκπηδῶσιν) De furibus cito aufugientibus ἀποπηδᾶν Alciphr. III, Ep. 53, p. 398. Sed nihil hoc notatu dignum habet. REITZ.

Pag. 96, *l.* 13. Οὔτε) Αὐτοὺς adſcriptum in marg. *A.* 1. non addito ſigno, pertineatne ad οὔτε, an ad ſequens αὐτῷ, quod in eodem legitur ed. Aldinae verſu. Nec refert. Addo tantum, ut videas, quam nihil varietatis praetermittam, quae ex Codd. fuerit deſumta. Sed pertinere credo ad αὐτὸς, v. 16. REITZ.

cad. l. 16. Αὐτὸς ἂν) Rectius Mſ. καὶ αὐτοὺς ἂν σοι τοὺς λόγους διεξῆλθον πολλοὺς, καὶ ἀγαθοὺς, *ipſas tibi orationes exponerem multas, & egregias.* Αὐτὸς, quod in editionibus eſt, hic valde friget. Mox idem Codex exhibet φαῦλος ῥήτωρ γενόμενος, *fis malus orator,* pro vulgato φαῦλος ῥήτωρ φαινόμενος· & paulo ante illae membranae pro διηγησάμην σοι ἀγαθοὺς καὶ βεβαίους φίλους, ſcriptum oſtendunt ἀγαθοὺς καὶ γενναίους φίλους, *tam bonos & generoſos amicos.* Nec ſpernendum, quod ſequente pag. in hoc Codice legitur, εἰ ἀληθὴς ὁ κυβερνήτης ἐστὶ, *veruſne quis gubernator ſit.* In editis eſt ἀγαθός. GRAEV.

Verſionem Geſneri vulgatae lectioni αὐτὸς accommodatam quod mutaverim, Codicibus ac Graevio obſecutus, eo minus aegre feret, ſpero, quo id facere ſoleo rarius. REITZ.

ead. l. 17. Διεξῆλθον) Indicativ. ille pro ſubiunct. non ſemel ſupra eſt indicatus. Et lector ei iam eſt aſſuetus, ita ut monitione poſtea nihil opus ſit. Vid. notata ad Zeux. c. 5. Ipſumque Lucian. Abdic. c. 31 bis ter ſic loquentem. Ex Lect. Ienſii Lucianeis p. 28 tantum unum addam, quod ipſe in auctioris exemplari manu ſua ceteris adiecit ex Hom. Il. N, 299 ſeqq. Οἷος δὲ βροτολοιγὸς Ἄρης πολεμηδὲς μέτεισι, Τῷ δὲ Φόβος φίλος υἱὸς ἅμα κρατερὸς καὶ ἀταρβὴς Ἔσπετο, ὅστ' ἐφόβησε καὶ ἀφρονέα περ πολεμιστήν. *Qui metus filius Martis* TERREAT *quantumvis impavidum bellatorem.* Non *terret*, ut vulgo vertitur. Unum adiungo ex Herodian. II, 3, 12, ἄλλῳ μὲν ἂν τῷ θάρσος καὶ προθυμίαν ἐνέβαλλεν. *Alium forſan audaciorem atque alacriorem redderet*, recte ibi vertitur. Innumera addere ſimilia liceret; ſed non decet eſſe nimios in hiſce: nec tamen ſemper talia plane praeterire fas eſt, quia interpretibus ſaepe fraudi fuere. REITZ.

Pag. 97. *l.* 7. Βεβαίους) Vulgatam potiorem arbitror, etſi utrumque recte dicitur, quod exemplis haud eget. REITZ.

ead. l. 14. Φαινόμενος) Ipſum marginis Aldinae vitium iuvat lectionem τοῦ φαινόμενος. REITZ.

Pag. 98. *l.* 15. Ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ) Sic ſupra in Alex. cap. 51, καὶ εἰρήνη βαθεῖα πρὸς ἐκείνους ἦν. Herodian. IV, 10, 1, οὔσης εἰρήνης βαθείας. Alia de hoc adiectiv. vid. ad Reviv. cap. 41, Piſc. cap. 12, de Merced. cap. 25 & 33, Zeux. cap. 8, ac de Salt. c. 25. REITZ.

Pag. 99. *l.* 3. Προχωροῦμεν ἐπιόντας) Itane vero? An terga dare ſic ſuos vulgo hic fatetur? Non credo. Quid ergo, inquies? Dicam ἀποκρούομεν ſcripſerat Lucianus, quod facile ſic mutatum fuerit. Sed rem ego in medio relinquo. SOLAN.

Pag. 100. *l.* 2. Ἐντεμόντες — τοὺς δακτύλους) Scytharum amicitiae ut concilientur, morem tradit, cui conforme eſt iuſiurand. Catilinae, de quo Salluſt. & Flor. COGN. Salluſt. id, quod Cognatus ait, non liquido affirmat. Sed famam tantum fuiſſe: vid. eius Catil. c. 22. Sed moris huius, de quo Lucianus, diſerte Tacitus meminit Annal. XII, c. 47. De Mithridate & Rhadamiſto: *Mos eſt regibus, quotiens in ſocietatem coëant, implicare dextras, polliceſque inter ſe vincire, nodoque praeſtringere: mox ubi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt. Id foedus arcanum habetur, quaſi mu-*

tuo cruore ſacratum. Plura Lipſius & Gronovius ibi in notis. REITZ. Deſcribit eodem fere modo Herodotus IV, 70, Ὅρκια δὲ ποιεῦνται Σκύθαι, κ. τ. λ. GESN.

ead. l. 5. Τοῦτο) Ita recte P. Plerique libri τοῦθ'. *Fl.* vero μετ' αὐτό. SOLAN. Τοῦτο ἡμᾶς) Quia ſic ſolet plerumque ſcribi apud Noſtrum, & in Cod. invenitur, & Solan. ita mutavit, ſic dedi. At poëtis uſitatius τοῦθ' ita exarare, ſequente adſpirata, non opus eſt, ut demonſtrem. Vid. tamen Hom. Il. A, 193, ταῦθ' ὥρμαινε &c. Sed & in Noſtro aliquoties ita editum, ut Amor. cap. 19, διὰ τοῦθ' αἱ &c. Et in aliis proſae ſcriptoribus, ut Alciphr. III, Epiſt. 61, pag. 428, εἰς ταῦθ' ὅταν — ſed quorſum nimia iſta diligentia in re nullius momenti? REITZ.

ead. l. 6. Εἰσιέναι) Valde quoque probo ſcripturam veteris libri, καὶ ἐφεῖται δὲ τὸ μέγιστον ἀχρι τριῶν ἐς τὰς συνθήκας συνιέναι, *licet autem ſummum tres in foedus tale coire,* pro communi εἰς τὰς συνθήκας εἰσιέναι, non quod hanc lectionem non poſſimus tueri, ſed quod illa ſit efficacior. Eſt enim σύνειμι vox propria, qua utuntur de familiaritate, quam amici ineunt & colunt, uti notum eſt. GRAEV.

ead. l. 7. Ὅστις ἂν πολύφιλος) Πολυφιλία apud Scythas non aliter infamis fuit, quam apud alias gentes unius mulieris cum pluribus viris conſuetudo. Sed diverſa ſentit Cic. lib. de Amicit. & Plut. περὶ πολυφιλίας. COGN.

ead. l. 15. Μὰ γὰρ τὸν Ἄρεα καὶ τὸν Ἀκινάκην) Cum Barbaros per *gladium* iurantes ridet, aut in mentem non venit, aut diſſimulavit, Graecos ipſos per *lanceas* iurare ſolitos; (quod apud eos ſanctiſſimum habebatur ſacramentum. Iuſtin. XIII.) neque per *ſceptrum* iurare apud Homerum ridiculum haberi. Vid. Euſt. Il. A. Sed ad Scythas redeo. Clem. Alex. p. 25 C. Σκυθῶν δὲ οἱ Σαυρομάται, ὥς φησιν Ἡρόδοτος ἐν τῷ περὶ μυστηρίων, Ἀκινάκην σέβουσιν. Idem pag. 19 A. *olim* ab iis cultum ait. Ammian. XXXI. BROD. Immo hodieque, quod ex itinere legati Moſcovitici nuper in Belgio edito conſtat, *Arcum & Gladium ceteraque arma* pro Diis habent. SOLAN.

ibid. Τὸν Ἄρεμον καὶ τὸν Ἀκινάκην) Iusiurandum Scytharum, τὸν Ἀκινάκην, καὶ τὸν Ἄρεμον. Tametſi Acinaces vocabulum ſit Perſicum enſem ſignificans, ut tradit Herodot. in Polymnia, Graeci tamen etiam pro gladio Scythico uſurpare ſolent, quem ſicut Deum quendam gens illa obſervaret & coleret. Clem. Alex. Σκυθῶν δὲ οἱ Σαυρομάται, ὥς φησιν Ἡρόδοτος ἐν τῷ περὶ μυστηρίων, Ἀκινάκην σέβουσι. Ammian. l. XIII. Lu-

cian. in Tragoedo. COGN. Confer & Brod. Miſcell. Part. II, p. 533. REITZ.

Pag. 102. *l.* 8. Ἐπιπεσόντες) Εἰσπ— L. ut cap. 54. Sed hic aptior videtur recepta. SOLAN. Nihil mutare edd. notarat Solanus. Verum eas, quas in variantt. notavi, ipſe conſului & in *P.* tamen ἐκπ. inveni, quod hic nihili eſt. At εἰσ—όντες quod L. habet, non diſplicet. Sic rurſus infra cap. 54 a. m. οὐ μετὰ πολὺ καὶ οὗτος εἰσέπεσεν. Sed ἐπιπίπτει τῷ Ἱππίῳ non longe hinc c. 43 iterum ait. Long. Paſt. III pr. ἐπιπεσούμενος ἀφρουρήτοις ταῖς πύλαις. Herodian. I, 8, 11 &c. Mirum autem, nullum Cod. in hac varietate ἐμπεσόντες habere, quod ceteris frequentius occurrit; vid. ad c. 28. Quia igitur ἀδιάφορον eſt, ſcribaſne hic ἐπι. an εἰσπεσ. antiquarum edd. lectionem ſervavi, unius Codicis ratione nulla habita. REITZ.

ead. l. 13. Τοῖς ἀρχιπλάνοις) Fictum, credo, nomen a Luciano, ut indicaret *Duces oberrantium*, & νομάδων, Scytharum. GESN.

Pag. 103. *l.* 1. Κατελαμβάνοντο αὐτάνδρους) Delenda eſt diſtinctio in his verbis: καὶ τὰς ἁμάξας κατελαμβάνοντο, αὐτάνδρους τὰς πλείστας ἀλισκομένας. Pertinet αὐτάνδρους ad ἁμάξας. Αὐτάνδροι ἅμαξαι ſunt currus cum hominibus, quibus uxores & liberos ſuos imponebant Scythae Hamaxobii. Vertendum igitur: *Et curribus potiebantur, quos capiebant cum ipſis hominibus*, non *cum viris*, ut Eraſmus. Viri enim in caſtris verſabantur. GRAEV. Non valde refert, tollaſne id comma poſt κατελαμβάνοντο, quod in edd. eſt, necne. Senſus enim tamen poteſt prodire idem, quem Graevius vult. REITZ.

ead. l. 3. Παλλακίδας καὶ τὰς γυναῖκας) Hinc liquido conſtat, fuiſſe Scythis & uxores & concubinas multas, quod iam ante delibavimus ad 76 C. Egregie autem hinc confirmatur Menandrei fragmenti emendatio a Strabone, (VII, 297 ed. Pariſ. m. 205.) ut id de Thracibus probaret, adducti, quod adeo deſcribere non pigebit. Γαμεῖ γὰρ ἡμῶν οὐδὲ εἷς, εἰ μὴ δεκ' ἢ Ἑνδεκα γυναῖκας, δώδεκά τε πλείους τινές. Ἂν τέτταρας δ' ἢ πέντε γεγαμηκὼς τύχῃ, Ἀναφρόδιτος, ἀνυμέναιος, ἄθλιος, Ἄνυμφος οὗτος ἐπικαλεῖτ' ἐν τοῖς ἐκεῖ. Hic vero, ut quantum debeatur clariſſimo Anonymo, qui Emend. in Menand. & Philem. fragm. edidit, cum ἀναφρόδιτος, quo vulgato καταστροφή τις, reſtituit, auctores ipſos quaeſo, ſi nondum videris, & doctiſſimorum in eum locum conatus tuis oculis inſpicito. Emendatio eius exſtat p. 97. SOLAN.

ead. l. 8. Διημμένοι τοὺς ἄκοντας) Iamdudum notatus & agni-

tus hic locus viris doctis, a quibus moniti interpretes non debuerunt perſeverare in mala interpretatione *denſatis telis*, quod potuit quidem fieri, ſed non ſunt ad ſenſum Graecorum exprimendum. Debuerunt *ſublatis*, cum manibus levaſſent haſtas velut transfixuri, quod fieri ſic ſolet. Utique cap. 55, ἤλαυνε διὰ τῶν πολεμίων, κοπίδα διῃρμένος, non interpretantur *denſato*, ſed *ſublato gladio*. Eadem pagina non intelligo, cur voces eas καὶ ταῦτα Ζίριν ἥκοντα iidem reddant *idque cum temet dedideris*; cum qui ſic venit, & pronuntiat Zirin, paulo ante dixerit venire quaſi ſoluturum λύτρα, non ob ſe dedendum. GRON.

ead. l. 10. Τὸν Ζίριν) Ζίρις Guyetus ſcripſit in notis, nihil aliud. An igitur maluit legi, ὦ Ζίρις; quia βοᾷν, cum ſit effictum a bovis ſono, eſt neutrum abſolutum, ut ait Bud. in Lex. minore. Verum eſt, id generaliter *clamare*, *exclamare* ſignificare, & potiſſimum ſine accuſativo uſurpari. Interim & non ſemel cum eodem, ut Aelian. V. H. XII, 1, pag. 661 ed. minor. καὶ τὸ τοῦ πατρὸς ὄνομα ἐβόα. Diod. Sic. XIV, c. 7 f. τοὺς δὲ πολίτας βοῶντες ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν. Apud LXX vero aliquoties, ut 2 Reg. XX, 4, Βόησόν μοι τὸν ἄνδρα Ἰούδα &c. Eſai. XII, 4, Ὑμνεῖτε κύριον, βοᾶτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ &c. Longe tamen frequentius apud eoſd. βοᾶν πρὸς κύριον. Sed & Ariſtoph. Av. v. 60, Τίς ὁ βοῶν τὸν δεσπότην; Sic & Plaurus *clamitare aliquem* dicit, Pſeud. V, 1, 30, licet & hoc proprie ſit verbum neutrum: ait autem Plaut. *clamitant me, ut revortar*. Ita *clamare aliquem*, Petron. c. 107, p. 493. Adde Burman. ad Ovid. II Metam. 443, — *clamata refugit*; ubi id contra correctores pluribus probat. REITZ.

Pag. 104. *l.* 3. Ζίριν ἥκοντα) Forſan ἠχοῦντα, nam ſupra vocaverat Zirin. GUYET.

ead. l. 5. Ὀφθαλμοὺς — ἐκκόπτειν) Oculos offerre eruendos ſummum amoris ſignum eſſe, hoc Lucĭani aliorumque teſtimoniis oſtendit I. Elſner. ad Epiſt. ad Galat. IV, 15, ubi legimus, μαρτυρῶ γὰρ ὑμῖν, ὅτι, εἰ δυνατὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι. REITZ.

Pag. 105. *l.* 7. Ἀνωμότους εἰ βούλει) Toxaris, ubi nobiliſſimum fidae amicitiae exemplum de Amizoca & Dandamide quodam enarraſſet, rogat Mneſippum, quid par ei aut ſecundum proferri poſſit e Graecis, licet vel decem ſupra numerum ante poſitum (nam, ut uterque quinque exempla referret, convenerat) annumerare concedat, etiam ſine iureiurando, ut multa tuto poſſint affingi, quo hiſtoria evadat mirabi-

lior. Fuit, cum in Graecis verbis pro ἀνωμότους ſuſpicarer ἀνωμότῳ eſſe legendum: εἰ καὶ ἄλλους σοι δέκα δοίη τις ἐπὶ πέντε καταριθμήσασθαι, ἀνωμότῳ, εἰ βούλει· *ſi quis alios decem ad quinque annumerare concederet tibi etiam iniurato, ſi placet.* Iuraverant ſcilicet ambo, Mneſippus per Iovem Φίλιον, Toxaris per Ventum & Acinacem, Scytharum numina, ſe nihil hiſtoriis amicitiarum, quas relaturi eſſent, de ſuo allituros. Nimirum ἀνώμοτος eſt *iniuratus*, h. e. qui ipſe non iuravit, ut patet ex notiſſimo illo Euripideo, Ἡ γλῶσσ' ὠμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Et ipſe Noſter ſupra c. 18, καὶ εἴθε γε, ὦ Μνήσιππε, ἀνώμοτος ἦν ταῦτα ἔλεγες. Sane ſi & hic ita ſcripſiſſet Lucianus, nihil foret culpandum. Sed & ne nunc quidem quidquam ſollicitandum. Etenim ἀνώμοτος non modo is eſt, qui Latinis *iniuratus*; verum etiam de ea re dicitur, quae ſive foedere, ſive pacto, ſive iureiurando qualicunque non eſt comprehenſa & obſtricta, μὴ, ut loquitur lib. I Thucydides, ὅρκοις κατειλημμένος. Sic ex Demoſthene profertur ab Lexicographis ἡ εἰρήνη ἀνώμοτος, (id quod unicum ad probandam hanc huius vocis notionem ab iis affertur) pax iureiurando non confirmata. Ita quoque hic οἱ ἄλλοι ἀνώμοτοι ſunt ii, quorum hiſtoria citra iusiurandum & obligationem fidei poſſit referri, admixtis etiam falſis quibuſdam. Eundem hunc uſum habet ἀνώμοτος iterum apud Noſtrum T. II, p. 113, ubi cauſa datur, quare Iuppiter potiſſimum inſulam Delum ad partum Latonae iuſſerit exſiſtere. Ἡ Ἥρα γὰρ, inquit Iris, ὅρκῳ μεγάλῳ κατέλαβε τὴν γῆν, μὴ παράσχειν τῇ Λητοῖ τῶν ὠδίνων ὑποδοχήν. ἡ τοίνυν νῆσος αὕτη (ſic enim, non αὐτὴ, legendum, iam monuimus) ἀνώμοτός ἐστιν. Hic namque ἀνώμοτος νῆσος eſt, quae iſto iureiurando, quo reliquam terram obſtrinxerat Iuno, non tenebatur. Non latuit quoque hoc Th. Magiſtro, qui in voce Ἀπώμοτος ita: Ἀπώμοτος, ὁ ἀπηγορευμένος. Ἀνώμοτος δὲ, καὶ ὁ μὴ ἐν ὅρκῳ παραληφθεὶς, καὶ ὁ μὴ ὀμόσας. Mox addit eum, quem noviſſimum adduximus, Luciani locum. IENS.

eod. l. 16. Ὑπὸ λέοντος) Leones Scythia non habet. (In addend. ed. Graev.) MENAG.

ibid. Εἶδε Βάσσην) Veriſimilia haec non ſunt: leones enim Scythia non habet. GUYET.

Pag. 106. *l.* 2. Ἐπιπίπτει) Conf. ſupra c. 39. Et hoc loco ἐπιπίπτει maxime proprium eſſe arbitror, beneque habet, quod nihil variationis notatum invenio. REITZ.

eod. l. 4. Διείρων) Vide quae poſt Ienſium de hoc verbo diſputavi ſupra ad c. 33 huius Dial. REITZ.

ead. l. 15. Μαζαίας τῆς Λευκάνορος τοῦ βασ. ἐν Βοσπ.) Nomina Scytharum curiose anquirere haud operae pretium esse duxi; sed haec si ficta non sint, alicubi apud Historicos occurrere verosimile est. — Cave autem, quia βασιλεύσαντος dicit, fato functum credas: mox enim vivum inducit. SOLAN.

Pag. 107. *l.* 4. Ἐχρημάτιζεν αὐτῷ) Quod vertitur, *responderat illi rex*, e negotii ipsius ratione sumtum est: nam ad proprietatem verbi satis fuerat, iam *operam illi rex dederat*, ut Ἰκαρομ. c. 26 de Iove, qui audit modo, non respondet, ἐπεὶ δὲ ἱκανῶς ἐχρημάτισε ταῖς εὐχαῖς. GESN.

Pag. 108. *l.* 1. Ὅστις ἢ γένους — ἔχει) Legendum videtur ὥς τις, eo sensu, quem interpretatione expressimus. Possum interrogare Graece, quod satis constat, πῶς ἔχεις πλούτου, γένους, δυνάμεως; *quam dives es?* &c. sed possumne etiam, τίς ἔχεις πλούτου; GESN. Alleverat Solan. conferendam pag. 1, T. I. Ibi φύσεως ἔχων δεξιῶς legas; quod tamen non satis convenit cum vulgat. ὅστις ἔχοι, nisi quod ἔχω similiter cum genitivo construitur. Propius accedit hoc Herodiani I, 7, 7, γένους μὲν οὖν ὁ Κόμμοδος οὕτως εἶχε. Nec tamen plane idem est: nam cum οὕτως, πῶς, ac similibus adverbiis est satis obvium, ut ibid. IV, 9, 9, πῶς ἔχοι ἡλικίας; cum τις vero, ut τίς ἔχοι, pro εἴη, non aliunde succurrit. Quare ex P. ὥς recepi, ut probe Gesnerus divinarat. REITZ.

ead. l. 3. Καὶ πλούτους) De hoc plurali vid. ad Hermot. c. 9. Adde Diod. Sic. I, c. 71 f. καὶ μεγίστους πλούτους ἔχον. REITZ.

ead. l. 11. Καὶ Σκυθῶν τῶν πολ.) Sic supra Σκυθ. c. 1. SOLAN.

Pag. 110. *l.* 1. Ὑμῶν) Alibi Ex. *Fl.* sive Excerpta Florentina Solani concinunt cum ed. Flor. Et saepe ab ipso pro eodem ponuntur. Hic discrepant. Causam inquiremus in praefatione: ὑμῶν autem hic melius se habere, nexus ipse satis indicat. REITZ.

ead. l. 11. Δώσειν, ἡμᾶς) Sic interpunge: ἡμᾶς enim melius cum περιμένων coniungetur, quam cum δώσειν. SOLAN.

ead. l. 16. Ἐπὶ τῆς βύρσης τοῦ βοὸς) I. supplex implorat auxilia. Narum adagium a consuetudine sedendi in tergore bubulo: Scythae enim dissecto in minimas partes bove foedus iungebant. Morem hunc etiam Homolottis fuisse, testatur Zenodotus. COGN.

ibid. Βύρσης) Quid hoc rei sit, ipse mox enarrabit: unde & Suidas, quae habet in ἐπὶ βύρσης, consarcinavit. SOLAN.

Pag. 111. *l.* 9. Παρυγαγὼν) Suidas l. c. περιαγαγών. P. vero παράγων. SOLAN.

ead. l. 15. Ὁπλίτας πεζοὺς) Narrat Toxaris memorabilem Scytharum morem, ubi quis iniuria accepta, ulciſcendo ſibi ipſe impar, aliorum auxilium implorat: eum nempe, immolati bovis carne in fruſta multa diſſecta & toſta, in extenſo tergore conſidere, reiectis in terga manibus; appoſitarum vero carnium portionem quicunque ſumat, eum dextro pede in tergus impoſito, promittere ſe pro facultatibus, alium quinque equites ſuo ſumtu; alium decem; alium plures; alium quot poſſit, pedites praebiturum. In verbis Graecis male coniuncti ſunt ὁπλίται & πεζοί, quaſi ſint iidem, cum ſint hic aliquo modo diverſi. Ὁπλίται nempe ſunt milites graviter armati, πεζοὶ vero videntur hic ſumi pro ψιλοῖς, ſive levis armaturae militibus: quamquam & ipſi ὁπλίται & πεζοὶ, (pedites) tamen alteros ab alteris diſtinguit Lucianus; alioquin ſupervacaneum foret totum vocabulum πεζοί. Mox quoque ſequitur, ὁπλῖται δὲ καὶ πεζοὶ συναμφότεροι δισμύριοι. Nullae duae res aliae diſertius poſſunt diſtingui, quam hic ὁπλίται & πεζοί. Sic ſcimus, apud Latinos ſaepe milites diſtingui ab equitibus, & tantum de peditibus intelligi; quamvis equites & ipſi quoque ſint milites. De hoc vide I. Fr. Gronovium ad Livii XXVI, 19. Excidit ergo vel καὶ, inter duo haec vocabula, vel ὁ δὲ, ut fuerit, ὁ δὲ ὁπλίτας, ὁ δὲ πεζοὺς, ὁπόσους ἂν δύνηται vel denique commate tantum haec duo vocabula dividenda & ἀσυνδέτως legenda. Mox ait Toxaris, καὶ ἠθροίσθησαν αὐτῷ ἱππεῖς μὲν ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους, ὁπλίται &c. δισμύριοι. Interpres Latinus vertit ἱππεῖς ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους *equitum quingenta millia*; idque non hic modo, ſed & in Navigio ſeu Votis c. 28 fin. καὶ τὸ πᾶν εἰς πέντε μυριάδας τὸ ὁπλιτικὸν, ἱππεῖς δὲ, ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους, vertit, *poſtremo tota armatorum ſumma, quinquaginta millia; equitum autem circiter quingenta millia.* Nova profecto militiae ratio, ubi equites plus decem partibus peditibus numeroſiores ſunt. Ceterum ut ſtupor eius, qui tam inficetam terſiſſimi ſcriptoris nobis concinnavit verſionem, amplius pateſcat; is, qui in memorato Navigii loco πεντακισχιλίους ἱππεῖς reddit *quingenta millia equitum*, paginae ſeq. fine verba haec, ἵππαρχον γάρ σε τῶν πεντακισχιλίων ἀποφανῶ, vertit, *nam te quinque millibus equitum praeficiam*: recte quidem, ſed ita, ut pauciſſimis lineis ante, ſe turpiſſime dormitaſſe, ipſe quaſi confiteatur. I nunc, lector, & verſionibus tuto crede. IENS. Ὁπλιτ. ἢ πεζοὺς) Cum ὁπλίτας & πεζοὺς mox diſtinguat, hic etiam ita diſtingui par erat. SOLAN.

Pag. 112. *l.* 14. Τοῦ τράχωνος) Id eſt, aſperam regionem. A τράχων eſt Τραχωνῖτις, ſubintellecto γῆ. GUYET. Vid. Ἱστ. β, cap. 30, unde diſces, non eſſe nomen urbis, quod Eraſmo fraudi fuit. SOLAN. Τοῦ Τράχωνος unciali T inchoatum habebant edd. quaſi nomen proprium eſſet, id praeeunte Solano mutavi in hac ed. REITZ.

Pag. 114. *l.* 2. Ἤμην) *Par.* ἦ cum puncto ſubſcripto: ſine illo *Fl. I. H. S.* Omnes tamen diſcretim. Alibi ἤμην iunctim; tumque ſignificare volunt *haud dubie*; prius vero eſſe iurandi formulam. Sed quis non videt, vanam hanc eſſe differentiam? Et recte ἦ μὴν diſiungi, & ὄντως ſignificare, ſatis docuit Bud. in Comment. p. 520 f. & 521. REITZ.

Pag. 116. *l.* 6. Ὁμόσκενος καὶ ὁμόγλωττος τοῖς Ἀλανοῖς ὤν) Eraſmus, *eodem cultu, eademque cum Alanis lingua.* Sed ὁμόσκενος eſt, qui eodem genere armorum utitur, ut apud Thucydidem. Ὅμηροι τοῖς Σκύθαις ὁμόσκευοι, *iiſdem armis utuntur, quibus Scythae.* Σκεύη Graecis ſaepe ſunt arma. GRAEV.

ead. l. 15. Ἀφ' αἵματος) Belgiciſmum ſimilem cum hoc Graeciſmo comparat frater cariſſ. G. O. Reitz. in Belg. Graeciſſ. p. 427, adducto hoc Luciani loco, & Homer. Il. Z, 211, Ταύτης τοι γενέης τε καὶ αἵματός ἐξ ἐμεῦ εἶσι. Item T, 105,— οἵθ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσι, ubi Scholiaſt. ἀντὶ τοῦ σπέρματος, γένους. Additque adeundum Elſner. ad Act. Apoſt. XVII, 26. (qui idem duobus illis locis prioribus probat.) Item Wolfii curas, ad Evang. Ioan. I, 13. Plura adderem, niſi res foret nota. REITZ.

Pag. 117. *l.* 9. Ἐτέλεσεν ἐκ) Subaudi ὁδόν. Ἐς Φάρσαλον ἐτέλεσε, *Pharſalum pervenit.* Thucyd. (IV, 78.) GUYET. Adde Noſtrum Tim. § 20, τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα. Et paſſim alibi. REITZ.

Pag. 118. *l.* 1. Ὅσπερ ἂν ἡ ἀριστερὰ) An ὥσπερ ἂν εἰ ἡ ἀριστερὰ &c. GUYET.

ead. l. 13. Εὐβίοτος οὐ μετ') Delendum videtur οὐ. GUYET. Certe alterutrum neceſſario delendum: eodem tamen redit, num μετ' οὐ πολὺ legas cum *Baſ.* an οὐ μετὰ πολὺ cum *Fl.* quam ſecuti ſumus ut antiquiorem. REITZ.

ead. l. 14. Οὐ μετὰ πολὺ) Sic *Fl.* Reliquae edd. & ipſe P. οὐ μετ' οὐ πολύ· niſi quod *B.* 2. μετ' οὐ πολὺ habeat, quod genuinum cenſeo. SOLAN.

Pag. 119. *l.* 3. Αὐτοτελεῖς) *Suis ſumtibus viventes.* GUYET.

ead. l. 9. Εἰς δύο διεκύπη) Hanc phraſin probat contra Gatakerum Elſnerus ad Evang. Marc. XV, 38, ubi habemus, καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο. Et hoc Lucia-

ni, item alia ex eiuſd. Dial. Meretr. XIII poſt med. & Deor. Dial. VIII pr. Item Sympoſ. c. 44, ubi διείλε τὸ κρανίον — ἐς δύο videbimus, item ex Demoſth. Phil. IV, pag. 58. Nec non Polyb. L. 2, c. 16, addit, qui plenius, σχίζεται εἰς δύο μέρη ait. Sed ut μέρη ſaepe abeſt in hac & aliis locutionibus, (de qua ellipſ. vid. L. Bos lit. M.) ita abundat alibi, ut ap. Alciphr. III, Epiſt. 54 pr. ἢ πῶς τὸ ἀνθηρὸν τοῦτο εἰς μέρη κατερρωγὸς ἱμάτιον φορῶ; REITZ.

Pag. 120. *l.* 2. Πυραικτωθεὶς) Corrupta haud dubie vox; cuius poſterior pars τρωθεὶς fuit. Sed quaenam alia vox ſub πυρακτ. lateat, ſine Codicum ope meum hic divinare non eſt. Forſan tantum παρατρωθεὶς, forſan καταπτρωθεὶς ſcripſerat. In libris nihil ſubſidii. SOLAN.

ead. l. 7. Κοπίδα διηρμένος) At ſupra c. 9 circa fin. habuimus διηρημένα una vocali auctius, de quo ibi monere oblitus ſum, quod id reliquerim, ut in edd. inveni: nam & ſic ſcribitur apud LXX, Dan. 2, 14. At in hoc Tox. cap. 40 pr. διηρμένος exaratum erat, ut hic. Quare utrobique diverſam ſcripturam retinui, quia utraque videtur bona. REITZ. Sed diſtinguendum fuerat: nam διηρημένος eſt a διαιρέω, *divido*; διηρμένος vero a διαίρω, *tollo*. Vid. ad Bis Acc. cap. 2. IDEM *in Addend.*

Pag. 121. *l.* 5. Ἐσπείσθημεν) In omnibus antea legebatur ἐσπείσθημεν· ego audacter mutavi, quamvis etiam ferri poſſit recepta ſcriptura. Quid σπένδομαι valeat, notius eſt, quam ut moneam. SOLAN. Ἐσπείσθημεν) Ego non ita audax fui, ut hoc contra omnes edd. & Codd. mutarem; maxime propter ſequens δόξαν, ex quo magis conſequitur, reliquis ex opinione aut ſuffragio Arſacomae perſuaſum, ut idem ſentirent. Etſi enim σπένδομαι egregium eſt, cum de pace aut foedere ineundo agitur; ut apud Herodian. II, 12, 5, καταπέμπει γράμματα, δι' ὧν ἐσπένδετο δὴ πρὸς τὸν Σεβῆρον, *literas miſit, quibus foedus pangeret cum Severo*; (ſeu malis conſtruere, *literas miſit ad Severum*) quis demonſtraverit id ideo intrudendum, ubi orationis filum alii verbo connectitur? Sed inventis noſtris nimis gaudentes nobis de felici ſucceſſu nimis etiam ſubito gratulamur, nec amplius reliqua ponderamus. Et neſcio, an quidem ἐσπείσθημεν ſic paſſive pro medio dicatur. Nam cum Thucyd. III, 111, ait, Ἐν τούτῳ δ' οἱ Μαντινεῖς, καὶ οἷς ἔσπεισατο, — ἐξελθόντες ἀπῆσαν, *interea vero Mantinenſes, & ceteri, quibus ex pacto poteſtas facta — egreſſi abierunt*, alia res eſt. REITZ.

ead. l. 9. Μύθοις ὕμοια) At re vera Scytharum genium moreſque haec optime exprimunt, quos ex hiſtoria Timurbeki, nuper Gallice e Perſica Cherefeddini Ali verſa & edita luculenter, ſi non legiſti, ut perſpicias auctor tibi ſum, quo mores adeo a noſtris abhorrentes pro fabulis non habeas. SOLAN.

ead. l. 10. Οὓς ὤμοσας) Supra enim cap. 38 huius Dial. dixerat: οὐ μὰ γὰρ τὸν Ἄνεμον καὶ τὸν Ἀκινάκην — οὐ σοι δοκοῦσιν ὁ Ἄνεμος καὶ ὁ Ἀκινάκης θεοὶ εἶναι; REITZ.

Pag. 122. *l.* 8. Ἀθήναζε ἀπῆειν) Conf. ſupr. Σκυθ. c. 1 & 4. SOLAN. Si propter factum ipſum, bene. Si ad probandum uſum τοῦ Ἀθήναζε, quo & ibi occurrit, nihil magni eſt momenti: nam & frequentatur aliis, ut Alciphr. III, Epiſt. 51, atque aliis. REITZ.

ead. l. 10. Ἐν προσβολῇ) Hemſterh. rurſus in marg. monuit videnda. Duker. ad Thucyd. pag. 408, No. 83. Habet autem Thucyd. VI, c. 48, ἐν πόρῳ γὰρ μάλιστα καὶ προσβολῇ εἶναι αὐτοὺς τῆς Σικελίας. Ibique Dukerus hoc Luciani pluraque alia ex ipſo Thucyd. affert, unde haec vox probetur, illuſtretur. Addam tantum inde verba Scholiaſtae ad IV, cap. 53. Προσβολή, ait, ἀντὶ τοῦ προσόρμισις καὶ καταγωγή. ἐπίθεσις. REITZ.

ead. l. 11. Καράμβεως) Promontorium eſt Aſiae, de quo vide Strabonem lib. II, p. 124 &c. SOLAN.

ead. l. 13. Ἡμεῖς μὲν οὖν καταγωγήν τινα ἐπὶ τῷ λιμένι σκεψάμενοι, κἀκ τοῦ πλοίου ἐς αὐτὴν μετασκευασάμενοι ἠγοράζομεν) Ad haec ita notavit Vertunt iam ab Eraſmo, *res quaſdam importatas in portu ſpectaſſemus, in eumque e navi ſubduxiſſemus, emimus.* Immo καταγωγὴ, κατάλυμα, πανδοκεῖον, οἴκημα, quod ſibi viderunt, conduxerunt, comparaverunt, & eo ſarcinas depoſuerunt ipſi ἀγοράζοντες, hoc eſt, in forum urbis profecti. Heſych. ἀγοράζειν, ἐν ἀγορᾷ διατρίβεσθαι. Ariſtophanes Λυσιστράτῃ pag. 860 Lugd. ed. Ἀγοράσω τ' ἐν τοῖς ὅπλοις ἐξῆς Ἀριστογείτονι. Thucydides lib. VI, p. 214, καὶ ἐσελθόντες ἠγόραζον ἐς τὴν πόλιν· ubi Scholiaſtes perinde ut Heſychius interpretatur. Herodotus Melpomene cap. 78, ἔχων δ' ἂν ταύτην Graecam veſtem, ἠγόραζε. Et cap. 164, καί μιν Βαρκαῖοί τε ἄνδρες καταμαθόντες ἀγοράζοντα, κτείνουσι. Euterpe cap. 35, ἐν τοῖσι αἱ μὲν γυναῖκες ἀγοράζουσι καὶ καπηλεύουσι, etſi hic vertant *negotiantur.* (Adde Salmaſ. de Uſur. p. 339.) GRON.

ibid. Καταγωγὴν) *Sedem, diverſoriolum.* GUYET.

ead. l. 16. Ἀνασπάσαντες) Cf. infra Συμπ. c. 20 f. SOLAN.

ibid. Κλεῖθρον) Omnes libri habebant hic *κλεῖστρον* quae vox cum nullibi occurrat, haud dubie pro hac, quam reposuimus, irrepsit. Vide Ἀλ. c. 29, & Εὐχ. c. 42. SOLAN.

Pag. 123. *l.* 7. Πράξομεν) Pro *πράξοιμεν*, nescio an satis recte. Certe non memini, me sic usurpatum legisse. SOLAN.

ead. l. 15. Πομπὴν) Quintil. Decl. IX: *Cum ostentata per arenam periturorum corpora mortis suae pompam ducerent.* Vide & I. Capitol. in M. Aurelio c. 19. SOLAN.

Pag. 124. *l.* 1. Ἀνδρολογηθέντες) Ἀνδρολογεῖν *milites conscribere*, Alciphr. I, Ep. XI, pag. 44. Ubi diligentiss. Bergler. ex Hesych. suam versionem, ac de alia quoque collectione virorum dici, hoc Luciani testimonio probat. Adde *ἀνδρολογία* 2 Macab. XII, 43. REITZ.

ead. l. 11. Δεδεμένους) Rarius hoc, sed fiebat tamen; praesertim in Christianos. Mos a Romanis invectus, cuius alibi etiam meminit; ut Ἀλεξ. c. 44 &c. SOLAN.

Pag. 125. *l.* 6. Οὐ κατέθηκεν) Cf. Dial. seq. Ὀν. c. 3. SOLAN.

ead. l. 8. Καμπύλῳ τῷ ξίφει ὑποτμηθεὶς τὴν ἰγνύην) *Adunco gladio vulneratus in poplite.* Sed legendum *τὴν ἰγνύαν*, aut *τὴν ἰγνύν*. Dicitur enim *ἰγνύα* & *ἰγνύς*. GRAEV.

ead. l. 9. Ἰγνύην) Ἰγνύσιν Noster supra 1 Hist. c. 23 m. Ibi vero ex Schol. discis, recte Graev. *ἰγνύαν* vel *ἰγνὺν* dici, monere. Interim quia medici hoc vocabulo frequentius utuntur, quam alii, maxime Hippocrat. & Aret. qui *ἰγνύην* Ionice aiunt, & Homer. quoque sic scribit, cuius Noster dictionem saepe imitatur, quid mali erit, si vulgatam sic relinquamus? etsi *ἰγνὺν* dedisse Nostrum verosimilius sit. REITZ.

Pag. 126. *l.* 5. Ἀμαστριαγῶν) Fuit, cum crederem huius Dialogi scenam Amastrin, aut urbem aliquam illius orae: nec a vero abhorret, ibi re vera scriptum, ubi de Scythis tot inaudiisse probabile sit. Neque enim, ut haec omnia ficta sint, a me facile impetrabis; praesertim cum Lucianum in his oris fuisse ex Ἀλεξ. c. 57 satis constet. Sed obstat, quod supra c. 57 Amastrim iis describit verbis, quae satis ostendunt, ibi non dici haec. Coniiciebam tunc, legendum *περίοδον*, pro *πάρεδρον*. Nunc autem Athenis scenam huius Dialogi esse puto, ubi mercatores satis multi Amastriani inveniri poterant, a quibus quaeri id posset. SOLAN.

Pag. 127. *l.* 5. Διεκπαίσας) Vulgata non videtur movenda. Sic enim *ἐπεισπαίειν* pro *ingredi, se intrudere*, Aristoph. Plut. 804, *εἰς τὴν οἰκίαν ἐπεισπέπαικεν*, quod Scholiast. exponit, *εἰσπήδησεν, εἰσῆλθεν*. Eund. Aristophan. loc. adducit

Bergler. ad Alciphr. III, pag. 408, quo probet ſuſpicionem ſuam, etiam in Lucian. Sympoſ. (c. 8, vel 9, ut in illo Dial. videbimus) ἐπεισέπαισεν legendum, pro vulgato ἐπεισέπεσεν. Nam licet ἐκπίπτειν pro *fuga elabi* inveniatur, ut Steph. notavit, illud tamen hic minus aptum eſſet prae altero, quod *perrumpere* ſignificans hic longe maiorem vim habet, & reſpondet actui Aeneae, patrem ex incendio Troiano humeris ſublatum eripientis. Dum ἐκπεσεῖν Noſtro potius eſt *extrudi*, *eiici*, ut ſupra Alex. c. 19, & Abdic. c. 1; vel *excidere voto*, *exſibilari*, Nigr. § 9. REITZ.

ead. l. 6. Ἀπεκέκαυτο ὑπὸ τοῦ πυρὸς) Poteſt utcunque intelligi haec lectio, ut expreſſimus, iuvante ellipſi in καθὸ ita explenda, κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος, καθ' ὃ μηδέπω τελείως ἀπεκέκαυτο. Ut ἀποτειχίζειν eſt muro diſcludere, qui murus commeatum intercipiat: ſic ἀποκαίειν πυρὶ ſignificaverit incendio diſcludere & arcere. Aſt viderint tamen, qui poſſunt, an non iuvet liber aliquis, quo legere liceat ἀπεκέκλειστο, ſententia plana & interpretis non egente. Sic etiam non abundet nomen πυρί. Ceterum de verbo διεκπαίειν diligenter egit Kuſter. ad Ariſtoph. Plut. 805. GESN.

Pag. 128. *l.* 10. Ἄγροικον) Adleverat Solanus noſter conferendum infra Iov. Trag. c. 32. Ibi invenies: ἄγροικον τοῦτό εἴρηκας, καὶ δεινῶς Βοιώτιον. REITZ.

ead. l. 14. Ἀγαπῶμεν) *Contenti ſimus.* GUYET. Hoc addidiſſe videtur, quia Bened. dedit, *nos invicem amplectimur.* Eraſmus vero plane omiſit. Recte autem Guyetum ſentire, multis probare liceret; ſed contenti ſimus Noſtro, qui ſupra hoc Dial. cap. 3, καὶ μὴ ἀγαπῆσαι, εἰ διαφεύξονται (διαφυλάξονται vulg.) *non contenti aufugiſſe.* Adde, quae ſupra Amor. c. 33 de adverbio ἀγαπητῶς, *vix*, *aegre*, interpretando dixi, in quo Lexicographi errant, aut id omittunt. Vid. & Scholiaſt. ad Amor. c. 22, No. 20, qui ἡρκούμεθα viciſſim interpretabatur ἠγαπώμεθα. Niſi tamen active potius ἠγαπῶμεν ibi legendum. REITZ.

ead. l. 15. Ἀντὶ μιᾶς γλώττης) Socratico & Xenophonteo de fonte hauſta ſuavitas. Vide, qui dulcedine maxima affici cupis, Memorab. Socrat. 2, 3, ubi fratres in concordiam revocat; & 2, 4, ubi amicitiam commendat: Ἃ δὲ αἵ τε χεῖρες ἑκάστῳ ὑπηρετοῦσι, καὶ ὀφθαλμοὶ προορῶσι, καὶ τὰ ὦτα προακούουσι, καὶ οἱ πόδες διανύττουσι, τούτων φίλος εὐεργετῶν οὐδένος λείπεται. GESN.

Pag. 129. *l.* 3. Γηρυόνην) Geryon, Erytheae inſulae in Gadi-

tano mari rex, tricorpor fuiſſe fingitur, ob adminiſtrationem regni cum duobus fratribus concordiſſimam. Sunt, qui trium Hiſpanicarum inſularum regem faciunt, Balearidum ſc. duarum, & Ebuſi. COGN.

IN LUCIUM SIVE ASINUM.

Pag. 131. *l.* 1. ΛΟΥΚΙΟΣ) Lucius hic, quiſquis tandem fuit, *Patrenſem* ſe dicit c. 55, ubi de genere ſuo vitaeque inſtituto plura ipſe narrat. Non cenſet Lucianeum Tan. Faber, not. ad Phaedr. 173 C. Photius Luciano tribuit. Vide Cod. CXXIX, ubi titulus eius libri *μεταμορφώσεων λόγοι δι᾽ὧν*. Apuleius ex hoc aut Lucio ipſe omnia habet. Vide Salmaſ. prol. ad Exercit. Plin. AG. III, n. n. n. n. & Lamprid. Commod. cap. 11, ubi Imp. nomen ὄνος &c. Memoratur apud Philoſtr. in Herodis vita p. 556 Lucius quidam *ἀνὴρ σοφὸς . . . ἐν τοῖς φανεροῖς σπουδαῖος. Μουσωνίῳ τῷ Τυρίῳ προσφοιτήσας . . . ἐπιτηδειότατος τῷ Ἡρώδῃ*. Vir etiam facetus, & M. Aurelio, ut ex ſequentibus paret, familiaris. SOLAN. Non de nihilo videtur, quod apud Photium Cod. 129, p. 165 Hoeſchel. bis vocatur hic libellus Λευκὶς ἢ ὄνος, nimirum ut Ἀθὶς, ut Aeneis &c. agit enim de rebus Lucii. Ceterum fere eſt, ut aſſentiar Photio l. c. eo inclinanti, e Lucii Patrenſis ampliore narratione hanc breviorem a Luciano contractam, adſperſis hinc inde iocis, quibus non ſerio iſta narrari oſtenderet. Pleniores Lucii libros cum tota illorum ſuperſtitione ſecutus videtur Apuleius, cuius ultimo praeſertim libro fanatica regnat credulitas, & exitus quaſi tragicus finit fabulam; ut comicus, vel ſatyricus potius, Lucianeam. GESN.

ead. l. 2. Ἀπῆειν — *συμβόλαιον*) Lucius, qui poſtea aſinus evadet, ita ſuam ipſius hiſtoriam inchoat, Ἀπῆειν ποτὲ ἐς Θετταλίαν, ἦν δέ μοι πατρικόν τι συμβόλαιον ἐκεῖ πρὸς ἀνδρωπον ἐπιχώριον. Inſcitiſſime interpres, *Cum in Theſſaliam, ubi quoddam mihi paternum erat negotium cum eius gentis viro, proficiſcerer.* Verte: *Fuit, cum proficiſcerer in Theſſaliam; erat autem mihi a patre illic relicta hoſpitalitatis teſſera cum eius gentis viro.* De teſſeris illis, beneficio eruditorum, res nota eſt ac diſcuſſa. IENS.

ibid. Θετταλίαν) Graeciae regionem, cuius montes ſunt 24 nobiliſſimi, flumina quoque inſigniora aliquot, & inter celebres urbes Hypata, Patara, ubi Apollo dabat reſponſa

hiemalibus menſibus, & Lariſſa, a qua Achilles Lariſſaeus dictus. COGN. (Adſcripſerat huic notae Hemſterh. Patara Lyciae eſt, non Theſſaliae, ut notum.) Hic *Patrae* legend.

ead. l. 3. Συμβόλαιον) Cogitaram hic olim de teſſera hoſpitali, ſed fruſtra. Vide Philoſtr. pag. 549, *Syngrapha*, & Plat. ed. Baſ. 135 B. SOLAN. Severe nimis pronuntiat Ienſius. Probare potius debebat, *συμβόλαιον* etiam dictum pro *συμβόλῳ*, hoſpitalitatis teſſera. Cauſa hic itineris indicatur, negotium, ſpeciatim ex contractu, patris. Hanc eſſe *τοῦ συμβολαίου* notionem, & forte unicam, ſatis conſtat ex obſervatis v. g. Qu. Budaei p. m. 768 ſeq. H. Stephani in Theſ. &c. Sic *συμβολαίας δίκας* interpretantur & Schol. antiqua, & nuper eruditiſſimus Dukerus ad Thucyd. I, 77 pr. Sic Plut. Solo. pag. 156 H. Steph. obaeratis pollicetur Solon *νέμησιν*, agrorum diviſionem, ac tabulas proinde novas; ſed feneratoribus *βεβαίωσιν τῶν συμβολαίων*, ut rati ſint contractus: huic *βεβαιώσει* opponitur p. 158 *τῶν συμβολαίων ἀναίρεσις*. De ſymbolo ſ. teſſera hoſpitii, locus, ſi quid voluiſſet auctor, erat deinde, ubi *γράμμα* ſe habere ait Lucius ad Hipparchum, *ὥστε οἰκῆσαι παρ' αὐτῷ*. Neque moror *γραμματείων* in Scholiis ad h. l. quae imperitiae & ineptiarum toties convinci poſſint. GESN. Συμβόλαιον quid ſit, vid. ex re ipſa, de qua Lucian. infra, Dial. Meretr. II paulo ante med. *γάμους ναυκληρικοὺς διεξιούσης — ἀλλ' οὐδὲ φίλος ἐστὶν οὗτος τῷ πατρί· μέμνημαι γὰρ ὡς πρώην ἐδικάσατο περὶ συμβολαίου ναυτικοῦ*. I. e. *ſyngrapha*, vel *contractus*, ratio debiti & crediti. Neque vero literis commendaticiis indiguiſſet, de quibus ſtatim agitur, ſi hoſpitalitatis teſſeram attuliſſet. Dion. Hal. Iſocr. p. 102, v. 29 ed. Lipſ. *Τὰ μὲν γὰρ συμβόλαια πρὸς τοὺς ἐπὶ ταῖς τραπέζαις ἄνευ μαρτύρων γίνεται*. Et ſic pro actione, controverſia, quae naſcitur ex eiuſmodi negotio, vel ratione pecuniaria. Idem de Demoſth. gravit. pag. 197, 12, *ἐν δὲ τοῖς ἰδιωτικοῖς λόγοις, οὓς περὶ μικρῶν συμβολαίων ἰδιώταις ἀνθρώποις ἔγραψεν*. Idem Antiq. L. 2, p. 134, verſ. 16 ſeqq. *Εἰς δὲ τὴν περὶ τὰ συμβόλαια δικαιοσύνην ὑπηγάγετο. — Ὁρῶν γὰρ ὅτι τῶν συμβολαίων τὰ μὲν ἐν φανερῷ καὶ μετὰ μαρτύρων πραττόμενα ἡ τῶν συνόντων αἰδὼς φυλάττει, — τὰ δὲ ἀμάρτυρα μίαν ἔχει φυλακὴν, τὴν τῶν συμβαλλόντων πίστιν*. Ac ſaepe alibi apud hunc & Demoſthenem. Sed quia Geſner. ſimilia aliunde iam dedit, plura non addo. REITZ.

ead. l. 7. Καὶ ἀλῶν) Neſcio, num propter ἀλῶν Florentinam conſuluerit Solanus, an quia punctum minus ante καὶ

& ibi legitur, aeque ac in aliis: id punctum ſenſum turbat. Ac priſtinus interpres haec non capiens omiſit, & ſequentium ordinem invertit. REITZ.

cap. l. 10. Ἐς τὰ Ὕπατα) Siccine ſolent Graeci? SOLAN. An Solanus haec falſi arguit, quod ἐς pro ἐν poſitum ſit? Vix credo. Aliam dubitationis eius cauſam tamen invenire non poſſum. Cumque mea ſponte exempla non addidiſſem, quia nimis id notum vel mediocriter verſatis arbitror; tamen ne nihil egiſſe videar, pauca quaedam ex immenſa, quae ſuppetit, copia ſubiungam. Demoſth. p. ult. A. ubi οἱ εἰς Ῥόδον ſunt *Rhodii*. Euſtath. in proverb. quod ad Piſc. cap. 20 adduxi, Τὸ μὲν χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νοῦς ἐς Κλοπιδᾶν. Et ne dicas, illud ἐς ibi ſignificare, *ad*, *verſus*, ecce aliud ſimile ex Ach. Tat. I, 1, ὡς χειμάζειν ἐν ταύτῃ, περίζειν δὲ — εἰς τὸ προκάλπιον. Alciphr. III, Ep. 43 pr. λουσάμενοι εἰς τὸ βαλανεῖον. Long. Paſt. III, pag. 103, ἃς ὤμοσά ποτε εἰς ἐκεῖνο (τὸ ἄντρον), *quas nymphas aliquando adiuravi in illo antro*. Idque manifeſtius pro ἐν poſitum, quam illa eiuſdem, quae adducit Mollius p. 62, ἐς δόναξας κρύπτεται, ἐς ἕλος ἀφανίζεται. Sed addamus alia. Sophocl. Ai. flag. 80, εἰς δόμους μένειν. Noſter mox cap. 17, καταλύομεν εἰς τινὰ ἔπαυλιν. Evang. Matth. II, 23, κατῴκησεν εἰς πόλιν, *habitabat in urbe*. Quinque ſimilia vid. ap. Gunther. in Latin. Reſt. T. 2, pag. 496. Sed ut ἐλθὼν praemittit Evangeliſta l. c. ut ibi ſit, *habitatum ivit*, tamen alibi non praemittitur in N. T. nec in Ael. VII, 8, Ὅτι Ἡφαιστίων εἰς Ἐκβάτανα ἀπέθανε. Ubi Scheff. quoque fruſtra ἐλθὼν excidiſſe putat; vid. Kuhn. & Ael. pluribus locis. Sic εἰς τὸ παρὸν & ἐν τῷ παρόντι, vid. Bud. Comm. pag. 553. Ne plura, quae in promtu ſorent, accumulem. Ita ἐν viciſſim pro εἰς permultis demonſtrat Maittaire de Dial. pag. 80, ubi & alia rurſum habet, in quibus εἰς pro ἐν poſitum. Ita etiam εἴσω pro ἔνδον Alciphr. I, p. 18, ubi vid. not. Bergleri. REITZ.

ibid. Γράμματα) Non modo ob Codd. ſic dedi, ſed quia paulo poſt bis terve ſic legas ſine varietate. REITZ.

cap. l. 12. Εἰδέναι) Immerito igitur & hoc ſupra in Alex. c. 55 negavit Solan. Graece recte dici, pro *noſſe aliquem*. Confer ibi notata. REITZ.

ibid. Ὅπη) Sic Mſ. Reg. 3011. melius, quam quod eſt in impreſſ. ὅποι.

cap. l. 13. Καὶ ὅτι ἀργύριον ἱκανὸν ἔχοι) Cur ἔχοι, & non ἔχει, ut τρέφει, quod ſequitur. Non monuiſſem, niſi omnes editt. etiam *Fl.* conſentire in hoc vitio tolerando vidiſſem. GRAEV.

ead. l. 14. Τρέφοι) Quia in proxime praemisso ἔχοι nihil varietatis inveni, in altero autem, Cod. L. optativum quoque praeferat, ut utrumque sibi simile esset curavi; nam ὅτι ἔχοι καὶ τρέφει, quod in omnib. edd. erat, non fas fuit retinere: dedique hoc Solani diligentiae, qui Codicem habet suffragantem, alioqui mallem cum Graevio ἔχει καὶ τρέφει, quia & οἰκεῖ praecedit, etsi coniunctio non semper similes modos habeat, ubi aliorsum deflectit oratio: ideoque οἰκεῖ cum suo ὅποι, sequente ὅτι cum optativo, tolerabilius duco, quam si eodem spiritu ὅτι ἔχοι καὶ τρέφει enuntietur. REITZ. Unius Codicis L. auctoritas non tantum apud nos valet, ut assentiamur Reitzio τρέφει in τρέφοι mutanti, qui optativus nullum hic locum habere potest praecedente ὅτι, ut probe monuit cl. B. de Ball. Quare reposuimus omnium edd. lectionem τρέφει, quam etiam tuetur Mf. Reg. 2955, & ἔχοι cum Graevio mutavimus in ἔχει.

Pag. 132. *l.* 3. Ἀνεκτὸν) I. e. *mediocris, modica*, ita tamen ut ferri possit. GUYET.

ead. l. 7. Σὺ δὲ τίς, ἢ τί βουλόμενος πυνθάνῃ; γράμματα, εἶπον, νομίζω) Crederem ab Luciano non profectum πυνθάνῃ, sed πυνθανομένῃ, quod forte per compendium scriptum a librariis mutatum in πυνθάνῃ. Latine sic: *Tu vero, quisnam es, aut quid vis, percontanti, literas, inquam, affero.* L. Bos. At recte habet vulgata, ut ἔφη & πυνθάνῃ sibi non respondeant, nam pertinent ad diversas personas, ut ex versione iam patet clarissime. Immo in interrogatiunculis istiusmodi, ne semper quidem in eadem persona verba collocari opus est; quamvis ad eundem hominem interrogatio dirigatur. Ita Alciphr. III, Epist. 54 pr. Τί δακρύεις; ἴσως ἀρήσῃ με, ἢ πόθεν κατέαγε τὸ πράσινον, ἢ πῶς τοῦτο — ἱμάτων φορῶ; nam etsi κατέαγε in uno Cod. legatur, sequens tamen φορῶ satis loquitur, κατέαγα legendum. At hic alia est ratio. REITZ.

ead. l. 8. Δεκριανοῦ) Fuit, cum censerem nomen esse patris. Muto nunc sententiam. SOLAN. Περὶ Δεκρ.) Nihil hic varietatis annotavit Reitzius. Rectius tamen Salmurienſis παρὰ Δεκρ. quod reddere Luciano eo minus haesitavimus, quod & sic haberi videmus in Mf. Reg. 2955. Περὶ cum Reitziana etiam *B.* 4.

ead. l. 9. Πατρεώς) Nihil dubito, quin Πατρέως legendum sit, id est, *Patrensis*. Mentio fit Δουσαρείου Πατρείου apud Ammonium de Interpr. p. 17. LA CROZE. Et sic ex *Fl.* dedi. REITZ.

ead. l. 12. Ἐπέδωκα) Male in omnibus legitur ἐπέδωκα. Sed

faepe, ni fallor, in ea voce peccatur. Ego certe ἀπεδώκαμεν legendum esse nullus dubito. Nolui tamen mutare, quia in hoc libello multa manca. SOLAN.

ead. l. 16. Τῶν Ἑλλήνων) Si Patareus fuisset, scribendum erat τῶν Λυκίων. LA CROZE.

Pag. 133. *l.* 1. Παρ' ἐμὲ) Ita ex Mſ. Reg. 3011. & ed. *B.* 2. pro vulgato παρ' ἐμοί, reſcribi iuſſit cl. B. de Bäll. cui obſecundavimus. Ἐμὲ agnoſcit etiam *B.* 4.

ead. l. 8. Ἡ Παλαίστρα ἄγει με καὶ δείκνυσί μοι κάλλιστον οἰκημάτιον) Interpretes omnes, *aſtenſaque domo pulcherrima.* Immo, ut commodiſſime notavit pater, καὶ τῶνα, ut praeceſſit, cubiculum & locum dormiendi. Sic δωμάτιον pro cubiculo etiam. Vide Caſaubonum ad Theophraſt. pag. 263. Et occurrit aliquoties infra. Sed notabiliter p. 112, οἱ μὲν Θεράποντες, αὐτοῦ που πλησίον πρὸ τοῦ δωματίου ἐκάθευδον, ubi inepte vertunt *in propinquo veſtibulo.* GRON.

Pag. 134. *l.* 4. Ἡ νῦν μοι ὁδὸς) Aberat ab editionibus artic. quem addidimus ex Mſſ. Regg. 2955. & 3011.

ibid. Πάσαις ταῖς ἡμέραις) Quid hoc ſit, nondum aſſequor. Corruptumque adeo locum arbitror. SOLAN.

ead. l. 6. Τριῶν ἢ πέντε ἡμερῶν) Intellige δεῖ. GUYET.

ead. l. 12. Κἂν τούτῳ) In *Iunt.* κἀν erat ſine puncto ſubſcripto, quod & aliae vett. edd. ſaepe omiſere. Sed cum *Par.* aliaeque id habeant, addere non neglexi, quia eſt pro καὶ ἐν poſitum, & ſic melius diſtinguitur a κἂν *etſi.* Ut ſupra iam monui ad Lexiph. c. 22. REITZ.

ead. l. 14. Ἱμάτια — ἀνθινὰ) Confer, ſi lubet, Alciphr. III, Ep. 54, πῶς τὸ ἀνθηρὸν τοῦτο — ἱμάτιον φέρει. Meretricum geſtamen veſtes floridae. Habuimus non ſemel ſupra. Occurret rurſus deinde. Confer interim not. Bourdelotii ad Nigr. cap. 13. REITZ.

Pag. 135. *l.* 1. Ἐγὼ Ἄβροιά εἰμι, εἴ τινα τῆς σῆς μητρὸς φίλην ἀκούεις) Intelligunt, *ego Abroea ſum, amica ſi qua unquam fuit tuae matris,* cum non videantur eam adeo arcta coniunctione vincire voces Graecae, quae ſimpliciter ſonant, *ego Abroea ſum, ſi quam matris tuae amicam* forſan *audis* vel audiſti eo nomine; ut poëta, *Fando aliquid ſi forte tuas pervenit ad aures Belidae nomen Palamedis.* GRON.

ead. l. 6. Κατάγομαι παρὰ σοί) Solan. iubet conferri Κατάπλ. cap. 18. Sed ibi legas, καὶ μὴν ἴσως ὑμῶν καὶ προκατηχθήσομαι. Et 2 Ver. Hiſt. § 6 pr. τούτοις ἅπασι κηλούμενοι κατήχθημεν. Quid tum? REITZ.

ead. l. 12. Φυλάττου μοι) Illud μοι additum familiaritatem quandam & auctoritatem significat. Exemplorum pleni sunt omnes libri. Vid. saltem, quae dedit frater cariss. G. O. Reitz. in Belg. Graec. p. 353—4. Et Alciphr. compluribus locis, ac Bergler. ad eundem I, Ep. 26, p. 107. Ubi id saepe abundare, vel pro παρ' ἐμοῦ poni docet. Alibi tamen difficultatem parit, ut ibid. III, 30, pag. 340, ἐκ τούτων (στρουθίων) λαχὸν μοι τὰς πίονας καὶ ἀπάρκους ἀπέσταλκα πέντε εἴκοσιν. *Ex his passerculis partem electam mihi pinguiores* tibi *& carnosiores*, ut vertit Bergl. qui tamen illud μοι hic non concoquit, cum potius σοι scriptum oporteret. At si λαχὸν pro λαχὼν legas, ac per solitum pleonasmum accipias, non tantum difficultatis video; nam elegit prius *sibi* quod placeret, non ut *sibi* servaret. Reitz.

ead. l. 13. Μάγος) Non erant olim magi plebeiae sortis homines, sed apud Persas, Aethiopes, Chaldaeos & Indos ex regia stirpe proceres, in secretioribus philosophiae & artis mathematicae arcanis educati, sagacissimi sympathiae rerum naturalium & divinarum exploratores. Cogn.

ead. l. 14. Μάχλος) Sic & infra de non tem. cred. Calumn. cap. 26, ὑπὸ μάχλου γυναικὸς, quamquam Th. Mag. ibi legit μάχλης. Reitz.

ibid. Ἐπιβάλλει τὸν ὀφθαλμὸν) Sic apud LXX, Genes. XXXIX, 7, ἐπέβαλλεν ἡ γυνὴ τοῦ κυρίου αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς ἐπὶ Ἰωσήφ. Estque phrasis amatoribus & amasiis propria, cuius plura exempla vid. apud I. Elsner. ad Evang. Matth. V, 28. Reitz.

ead. l. 15. Ὑπακούσει) Quod Solan. inquisierit, num quae ed. aliter haberet, suspicionem praebuerit, eum de ὑπακούσῃ cogitasse. Sed recte se habere indicativum, ipse tamen non dubitavit. Nam supra ad Tim. § 33, ubi εἴσεται, οἷάν με οὖσαν ἀπολείψει habemus, quod alii frustra in ἀπολείψῃ mutatum voluerant, ipse hoc testimonio, aliisque utitur, ad probandam hanc loquendi consuetudinem: de qua & nos alibi iam egimus, pluribusque agemus, si opus fuerit; nimis enim usitatus est hic modus simili in constructione, ubi Latini quidem subiunctivum potius amarent, quam ut pluribus exemplis indigeat. Reitz.

ead. l. 16. Εἰς ζῶα) De hominum & brutorum metamorphosi in alias formas Aristot. de mirabil. aud. Ovid. L. XIV Met. Plin. L. VIII, c. 22, Arist. L. IX, c. 36, L. VIII, c. 5, Solin. L. IX, Aug. L. XVIII de Civ. Dei, c. 16. Virg. Ecl. VIII. Cogn.

Pag. 136. *l.* 8. Ἀποδύου) Ab athletis metaphora. GUYET. Satis patet ex ſequente καὶ γυμναζόμενος. Sed & ex aliis adiectis ſatis apertum, non ſolum ad expugnationem eius mentis, ut ſic dicam, qui arcana reſciſcat, reſpici; ſed & nequitias ſimul amatorias. Eodem verbo ἀποδύεσθαι de ſtrenuis potatoribus Perſis utitur Aelian. V. Hiſt. XII, 1, p. 659 ed. Periz. οἱ Πέρσαι — οἷανεὶ πρὸς τὸν πότον, ὡς πρὸς ἀντίπαλον ἀποδύμενοι. Idem II, 30 f. καὶ ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφίᾳ, & accinxit ſe ad philoſophiam. Alciphr. I, Ep. 37, pag. 170, ἐπ' ἐκεῖνον γὰρ ἡ Ἑρπυλλὶς ἀποδύσεται, ad huic auxiliandum Herpyllis ſe accinget. REITZ.

ead. l. 11. Δοῦλοι γὰρ) Quibus in domibus aut paterf. aut materf. nequiter libidinoſeque vivit, in eis ſervos non eſſe ſervos, neque communi conditione ſervitutis uti, ſed liberius & licentius vivere, quotidiana docet experientia. COGN.

ead. l. 15. Παλαίστρα) Iocoſe inditum ancillae nomen, ut ap. Plaut. in Ciſtell. cuidam *Gymnaſium*. COGN.

Pag. 137. *l.* 1. Ἡ δὲ ὀσφὺς ἡμῖν ὑγρῶς ἐπικινεῖται, μακάριος ὅστις ἐνταῦθα ἐνεβάλετο. ἡ δὲ σφόδρα γὰρ &c.) Vertunt, *Tum illa, lumbi agiliter moventur — Illa impudens & vultu grata puella, Fugeris*, inquit, *adoleſcens*. At non poteſt ab Luciano veniſſe hic ordo narrandi, ut illud ἡ δὲ duas periodos ſe invicem ſequentes inchoët, ea notatione, ut ſignificet perſonam loquentis. Et quae iſta ſui laudatio eſt? Immo etiam haec ineptia non latuit interpretes, qui non bis vertunt *tum illa*, quod facere debuerant attenti Graecis. Praeclare has turbas ſanavit ac reſtituit pater, ἡ δὲ ὀσφὺς σὴ μὲν ὑγρῶς ἐπικινεῖται. μακάριος &c. ut ſint verba laudantis iuvenis, dicentiſque, *lumbi quidem tui agiliter mov.* Sic omnia haec plana. Verum ſequentia mire adminiſtrantur illa, καὶ τῆς ἀπὸ τῆς θεραπείας ὀδύνης ἀρδόμενος ἀεὶ ἀνέξῃ, ubi Baſileenſes vertunt, *cuius curam haud facile ſuſtinebis*, Benedictus *cuius curationem haud facile ſuſtinebis*, quae nihil faciunt ad ſcopum & plenam captato luſu Palaeſtrae enormitatem. Pater adſcripſit, F. ἥδονῆς. Vertebat igitur, *& ab ipſa curationis voluptate irrigatus ſemper ſuſtinebis*. Niſi plane oxymori ſpeciem in vulgata lectione agnoſcere velimus, & ab ipſo curationis dolore irrigatum dicat, ut licet dolore plenus & miſer ſit, ſemper tamen adhuc velit: quod iudico veriſſimum. GRON. Ὡς εὐρύθμως, ἔφην, ὦ καλὴ Παλαίστρα, τὴν συγὴν τῇ χθτρᾳ ὁμοῦ συμπεριφέρεις, καὶ κλίνεις· ἡ δὲ ὀσφὺς ἡμῖν ὑγρῶς ἐπικινεῖται) Interpres vertens, *Quam venuſte, inquam, o pulchra Palaeſtra, nates una cum olla*

circumfers, & deprimis. Tum illa, lumbi mei agiliter moventur, ita agit, quam ſi voculae ἢ δὲ notent reſpondentis Παλαίστρας perſonam; cum plane ſit ipſius Lucii continua oratio. Sed & pro ὑμῖν legendum videtur ὑμὶν. *Lumbi quoque molliter, agiliter, vobis moventur.* IENS.

ibid. Ἡμῖν ὑγρῶς) Forſan ἢ μὴν, i. e. ὄντως· vid. Heſychius. Aut ὑμῖν pro σοὶ, non plural. GUYET.

ead. l. 3. Ἰταμὸν) Scholiaſt. ἰταμὸν, male, ni fallor: nam laevigatur ubique; vid. Pollucem vel decies. E. c. I, Sect. 192, Ἐπαινῶν δὲ ἵππου βλέμμα, ἐρεῖς γοργὸν, ἰταμὸν, ἀναιδές. In Suida ἰταμὸς quoque legas, etſi ab ἰέσθαι derivat. Et eadem pag. idem Suidas ait: Ἴτης. ἰταμός. σκληρός. τολμηρὸς καὶ δι' αὐτῶν χωρῶν τῶν πραγμάτων παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν νεφέλαις. Et quomodo durum, aſperum, convenit ei, quae Granarum plena dicitur? nam *truculentum adſpectum* notat ap. Alciphr. III, p. 360, qui de philoſopho Cynico dicit: Δέαμα ἀποτρόπαιον καὶ φοβερὸν, κόμην αὐχμηρὰν ἀνασείων, τὸ βλέμμα ἰταμὸς, ἠμίγυμνος ἐν τριβωνίῳ. Sed protervum etiam ac petulantem meretricum vultum ſignificari, patet ex eodem p. 382, ubi ἡ πασῶν δὲ ἰταμωτάτη, τὴ ἐκ Κεραμεικοῦ πορνίδιον. Quare ſi ἰτάμὸς generaliter vertas, *audax, impudens*, & Cynico & meretrici conveniet. REITZ.

ead. l. 5. Μεστὰ) Ταυτὶ poſt τὸ μεστὰ deſiderari videtur δεικτικῶς. GUYET.

ead. l. 6. Πυρίκαυτον) Conf. ſupra Τοξ. c. 55. SOLAN.

ibid. Παρεδρεύεις) An παρεδρεύσεις; GUYET. Futurum ſententia poſtulat. SOLAN.

ead. l. 7. Θεραπεῦσαι) Audacter mutavi accentum, cum edd. haberent Θεραπεῦσαι, quaſi eſſet infinitivus. Sed eſt optativus. REITZ.

ead. l. 9. Καὶ τῆς — ὀδύνης) Καὶ ταῖς — ἡδοναῖς. GUYET.

ead. l. 10. Ἀρδόμενος) Infra Διαλ. cap. 4 f. προσεκκαύσεις ἐπάρδων τὴν νόσον. SOLAN. Sed Amor. c. 45 f. τοιούταις ἄρεταῖς — ψυχὴν ἐπάρδων. REITZ.

ead. l. 17. Καὶ μηδὲ ἐγγὺς ὄντα) Illud μηδὲ optime quidem Geſner. reddidit per *ne quidem*. Et ſic quoque vertendum in Long. Paſt. I, pag. 4, ἔπειτα αἰδεσθεὶς εἰ μηδὲ αἰγὸς φιλανθρωπίαν μιμήσεται. Item apud Alciphr. I, Ep. 32, ipſo principio, μηδὲ κρεῖττονος εἴη σοι τυχεῖν, ἐρᾶστοῦ, δέσποινα Ἀφροδίτη, ubi Bergler. ſimilia de partic. οὐδὲ notat; unde deliberandum videretur, anne vulgata Luciani in Plut. contra Menipp. (Dial. Mort. I.) ὡς οὐδὲ παυσομένου μου, ſe tueri

queat, cum Hemſterh. ibi οὐδέπω legi malit. Confer eundem in Prometh. 1 f. p. 25, ubi tamen μηδὲ pro ſimplici μὴ poſitum haud immerito improbat. Et ſic οὐδὲ alibi valere *ne quidem*, nemo ignorat. Long. Paſt. III, 110, 1, οὔκ ἔλαθεν αὐτὴν οὐδὲ κλαύσας ὁ Δάφνις. Noſter 1 Ver. Hiſt. c. 6, οὐκ ἔτ' οὐδὲ στεῖλαι τὴν ὀθόνην δυνατὸν ἦν. Verum hoc loco in καὶ γὰρ πρόρριθεν, καὶ μηδὲ ἔγγυς ὄντα, alterutrum videtur abundare, aut πρόρριθεν, aut μηδὲ ἔγγυς, quia bis idem eſt. At ſaepe ſic Noſter aliique affirmationem per negationem contrarii adiunctam ſolent corroborare, ut, ἐκζητήσατε τὸ καλὸν, καὶ μὴ τὸ πονηρόν· vel τὴν ἀλήθειαν λέγω, καὶ μὴ ψεύσω. Vel, uti Hom. Il. E, 816, — ἐρέω ἔπος, οὐδ' ἐπικεύσω, *dicam verbum, nec celabo.* Z, 180, — ἦην θεῖον γένος, οὐδ' ἀνθρώπων. Plura alibi, ſi opus erit; nam haec obvia. REITZ.

in Schol. l. 1. Ἰταμὸν) Ita adſpirate ſcriptum erat, forſan ſtudio, quia ab ἵεσθαι derivat. Sed in Luciano & apud alios laevigatur; vid. notas. Suidas, ex quo Noſter haec deſcripſit: Ἰταμὸς, ἀναιδής. σκληρός. ἀμὸς. παρὰ τὸ ἵεσθαι ὅ ἐστιν ὁρμᾶν. τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἀναιδεῖς. REITZ.

ibid. Ὠμὸν) Non comparebat in editis. Sed inſerui, ex Suida credo, Solan. Itaque ex eodem οἱ ἀναιδεῖς pro καὶ ἀν— legi poſſet. REITZ.

Pag. 138. *l.* 9. Τοὺς δεσπότας) Eadem prorſus ratione alicubi apud Xenophontem τοὺς βασιλεῖς. Et apud Livium *reges*, de rege & regina dictum legas. SOLAN.

ead. l. 12. Ὕπνου) Ὕπνον legend. omnino videtur. GUYET. Quia edd. vett. & Codd. ου ſcribunt pro υ, facillime accidere potuit ut υ cum ν permutaretur. Et utique ὕπνον legendum arbitror. Licet enim κατα-ψεύδεσθαι τινὸς pro *mentiri adverſus aliquem*, per ellipſin τοῦ κατὰ, quod in compoſito iam inest, invenias frequenter, res tamen, quam mentior, ſimulo, accuſativo efferatur, neceſſe eſt. Non ſaltem novi, ſic in genitivo uſurpari. REITZ.

ead. l. 14. Ὑπέστρωτο) Imperſonaliter, pro κλίνη ὑπέστρωτο. GUYET.

Pag. 139. *l.* 2. Τὰ μὲν οὕτω γυμνὰ καθ' αὑτὰ) Placet interpretibus vertere *aliae ſuis peculis exutae.* Quid igitur? an non & λελυμένα quoque ſic erant? Certe: ſed illis λελυμένα videntur dictae, non colligatae in ſertum, quod mihi non probatur, & opinor haec tria genera ſic debent intelligi, *aliae ſic nudae ut naſcebantur* atque adeo integrae, (ut Athenaeus lib. 14 ſcribit, ἀμάλας dici τὰ ῥάγματα τῶν ῥιθῶν αὐτὰ καθ'

αὐτὰ) *aliae ſolutae* foliis non amplius cohaerentibus, ſed abruptis, *aliae in ſerta plexae.* Sic certe procedunt Graeca. Paulo poſt pro ἔμενον τὸν συμπότην pater annotavit τὴν συμπότιν· & ſane ſic iam habent interpretes. GRON.

ibid. Λελυμένα) Roſae ſolutae, roſae ſertae Apul. GUYET.

ead. l. 4. Τὸν συμπότην) Interpres vertens, *compotricem exſpectabam*, legit τὴν συμπότιν· videnturque eruditi id probaſſe, quia intelligatur femina Παλαίστρα, quacum coenaturus & concubiturus eſſet Lucius. At nihil mutandum: potius ludit Lucius τὸν συμπότην dicendo de femina; plane ac mox eapſe haec Palaeſtra Lucio dicit, ᾧ μειράκιον, ἐκδυσαι, καὶ ἀλειψάμενος ἔνθεν ἐκ τοῦ μύρου, συμπλέκου τῷ ἀνταγωνιστῇ. Ille ἀνταγωνιστὴς erat ipſa haec femina. Quemadmodum autem hic femina venefica diſerte, per iocum tamen, dicitur ἀνταγωνιστής· ita D. Brutus, acerrimus, poſt caeſum Caeſarem, M. Antonii ἀνταγωνιστὴς, appellatur ab Antonio *venefica*; velut ex ipſius Antonii literis prodit Cicero Philipp. XIII, cap. 11. IENS. Nihil muto, quia non ſolum *compotor* per conſuetudinem a potiori maſculino genere dicere potuit, ſed & dedita opera: nam non ſemel eandem ancillam vocat *magiſtrum*, ut cap. 10. Immo hoc cap. 8 iam ait ipſa, ſe *magiſtri* ac *praefidis* more eum erudituram. Quid quod & *Dei* nomine maſc. gen. tam Latini, quam Graeci, utantur de Deabus, quando ad potentiam divinam reſpiciunt. Ex Cic. 2 Inv. 3 dedit exemplum Ienſ. in Lect. Lucian. p. 286. Alterum ex Soph. Ai. flag. 86 ſubiiciam: Γενοῖτο μὲν τ' ἂν πᾶν, θεοῦ τεχνωμένου· ubi de Minerva tamen ſermonem eſſe, quilibet videbit, antecedentia & ſequentia conferens. Plura darem, ſi hicce Aſinus mereret. Addam tamen, quod Ortwinius Ienſio ſcripſit: Συμπότην & ἀνταγωνιστὴν *feminam vocari vindicas. Contra Clodius apud Cic. 1 ad Fam. Ep. 9, appellatur* Furia muliebrium religionum, qui *&c.* — Vid. Gronov. ad Sen. Trag. Herc. fur. v. 1157. REITZ.

ead. l. 11. Γοργὸς) *Durus, exercitatus, exercitatione induratus.* Heſych. Γοργὸς, εὐκίνητος, ταχὺς, σκληρὸς, λιπαρὸς, εὔτραφής. GUYET.

ead. l. 12. Οὐκ ἂν ἴδοις) Τὸ ἔφην hic deſiderari videtur. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἴδοις, ἔφην, φεύγοντά με &c. GUYET. Nihil varietatis hic notarat Solanus noſter: quare edd. in variantt. notatas conſului, cognovique, ſolam ex iis Pariſinam habere illud ἔφην; quod igitur ſervavi, etſi forſan ex coniectura inſertum eſt. REITZ.

Pag. 140. *l.* 6. Ὑπτίαν) Ὕπτιον forſan, ut infra κολλῷ αὐτῷ. GUYET.

ead. l. 7. Ὑποβάλλων) Forſan ὑπόβαλλε. Sed διὰ μηρῶν gloſſema videtur. GUYET.

ead. l. 8. Τὰ σκέλη) Τὰ σὰ ἢ τὰ ἐκείνης. GUYET.

ibid. Καὶ στήσας) Τὰ σκέλη ſc. τὰ ἐμὰ vet. Interp. GUYET.

ibid. Κολλῶ.) Ἴσως, κώλῳ, id eſt, *membro*, ut intelligatur de membro virili. Forte legendum κολλῶ, i. e. *iunge & agglutina*, αὐτὼ, ut alterum ſit imperat. med. ἀπὸ τοῦ κολλάομαι, alterum dualis numeri. LONGOL. Cui notae inſerta erant etiam haec verba: ἀλλὰ ſumſit pro *ſalibus*, more Latino. Alios hiſce de rebus enarratores quaerito; aut potius ne inquirito prorſus, ſi ſapis. SOLAN.

ead. l. 10. Ἰσχυέτω) Forſan ἰσχύη. Sic interpres. GUYET.

ibid. Ἐξελκύσας) Scil. τὸν ἀνταγωνιστήν. GUYET.

ead. l. 11. Κατὰ πλάτους) Lege κατὰ βάθους. GUYET.

ibid. Δῆξον) Quaenam lectio melior ſit, inquirere nolo, neque in aſinina illa philoſophia eruditus eſſe cupio: quare & in reliquis huius dialogi brevior ero. REITZ.

ead. l. 13. Ἄμμα) In κλινοπάλη nihili eſt τὸ ἄμμα in his verbis τότ' ἤδη ἐπιβὰς, ἄμμα κατ' ἰξύος δήσας σύνεχε. Bene Mſ. ἄμμασι κατ' ἰξύος δήσας, *vincula adilia alligans*. GRAEV.

Pag. 141. *l.* 6. Πλείω) Lege πλείους. GUYET. Non credo Guyeto: nam omnis caſus eſt πλείω, ſive adverbii more uſurpatur. Diodor. Sic. I, c. 92 pr. παραγενομένων δικαστῶν πλείω τῶν τετταράκοντα. Ubi Weſſeling. No. 48: *Rarior aliis hic uſus vocis* πλείω, *Noſtro triſſimus, qui paſſim adverbii potestate inſtruxit. Vid. modo XIV*, 20, *XVII*, 115, *XX*, 63. *Et H. Steph. ad XIII*, 94. Similia tamen notavi in βελτίω, μείζω, & καλλίω, ſupra Abdic. c. 16. REITZ.

ibid. Ἄλλα καὶ οὔ) An, ἀλλ' ἄκουε; Placet. GUYET. Ἀλλὰ καίου) Κέου, mendoſe P. In L. ἄκουε. SOLAN. Ἄλλα καὶ οὐ τὰ ἑπτ.) Mitiſſimum ſine dubio emendandi genus, quodque adhibuiſſe in omni librorum genere ſine fraude eſſe debet, ſi ſenſus conveniens eruatur. Hic neceſſarium fuiſſe apparet, cum interpretes vel omiſerint verba ἀλλὰ καίου, vel reddiderint *ſed urere*. GESN. Illa coniectura convenit cum Cod. L. Sed nolo nimis eſſe diligens in hoc ſordido Dialogo corrigendo. Recepi lect. Pell. quae congruit cum emendatione & verſione Geſneri, nec abit ab edd. niſi quod accentum tantum mutarit, ἄλλα pro vulgata ἀλλὰ exhibens, quod vel ſine Cod. licuiſſet. REITZ. Mſ. Reg. 3011. ἀλλ' ἀκέοντα τὰ ἑπτ.

quam unice veram lectionem putat cl. B. de Ball. mutato ſc. mox ſeq. παλαίων in παλαιὲ, h. ſ. *mais luttés en ſilençe, ſans raiſonner.*

ead. l. 7. Θεραπεύσασα ἑαυτὴν) I. e. pudendo abluto & abſterſo. GUYET.

ead. l. 9. Παλαιστὴς) Ita etiam *athletae* vocantur, quicunque in aliqua arte egregie exercitati excellunt. Vid. Weſſeling. ad Diod. Sic. I, c. 53, No. 53. REITZ.

ead. l. 11. Τὰ μέσα) Τὴν πυγὴν fortaſſis. GUYET.

ead. l. 12. Ἐπίτρωσον) Lege ἐπιτρῶσον. GUYET. Idem Geſner. iuſſit. REITZ. Ἔτι τρώσον, vel πέρασον, vult B. de Ball.

ibid. Ψιλὸν) Intellige ἀνταγωνιστὴν, ut ſupra. GUYET.

ead. l. 13. Πρῶτον δὲ κατὰ λόγον ὡς ἄμμα σφίγγε) Cum in Baſileenſi ed. harum vocum verſio eſſet praetermiſſa, Benedictus reddidit *primum in nodi modum, quod aiunt, conſtringe.* Ut laudo curam, ſic quale dicterium poſſit eſſe ἄμμα σφίγγειν, quae ſunt voces ſimplices, non capio, nec memini hic legiſſe. Sed neque κατὰ λόγον ita ſumitur ab Luciano, ut patet ex Icaromenippo: Κατὰ λόγον οἶμαι ἡ Ἀττικὴ πολλοστημόριον ἦν. Et alibi. Aliud eſt τὸ τοῦ λόγου. Itaque intellexerim, *primum ut ratio exigit*, vel pro more luctandi, *velut nodum ſtringe.* Hinc enim incipiebant luctae, ut conſtare poteſt vel ex initio libelli de Gymnaſiis, τίνος ἕνεκα οἱ νέοι ποιοῦσιν, οἱ μὲν αὐτῶν περιπλεκόμενοι &c. licet haec quoque ſit certa ſpecies luctae. GRON.

ibid. Ὡς ἄμμα σφίγγε) Scaliger ad Euſeb. Incertus interpres huius Dialogi ad incertum ſaepe lectorem ducit. Reliqua in eo Dialogo ſatis nota ex commentariis Petri Colvii, & aliorum, qui ſcripſerunt ad Mileſias Apuleii, etiam ipſe ſolus Apuleius hunc ſibi proponens Dialogum, dum alia de ſuo connectit, interpretis fungitur officio. BOURD. Palaeſtrae vox ἄμμα, uſurpata etiam Theocrito Dioſcuris ſ. Id. 22, 66, ubi male interpres *oculos* dedit, quaſi eſſent ὄμματα. GESN.

ead. l. 16. Κρύφον) Forſan κύφον. GUYET.

ead. l. 17. Μὴ ἀναστάσης) Iocus in ambiguo. GUYET.

Pag. 142. *l.* 1. Τφελε) Τὸ πέος forſan. GUYET.

ead. l. 2. Παρεμβολὴν) *Le croc en jambe*, hic virile membrum. GUYET.

ead. l. 7. Κάθησον) Lege κάθησον. GUYET. Guyetiaemendationi favet Mſ. Reg. 2955. Sed κάθησο cum Pelt. malit cl. B. de Ball. De differentia inter καθίζω & κάθεζομαι vid. Soloeciſt. § 11, ibique nott.

ibid. Εἶτα δοῦσα) Εἶτα λαβοῦσα, & mox pro τὸ λοιπὸν — καταμάττου, τὸ αἰδοῖον — κατάματτε, vel καταμάλαττε, legendum coni. cl. B. de Ball.

ibid. Κατὰ χειρὸς) Forſan, καὶ τῆς χειρός. GUYET.

ibid. Πάραλαι) Lege παράλα. GUYET. P. *I.* & *Ven.* παράγραλαι. Quidam παραικύλαι. Coll. vulg. agnoſcunt. SOLAN.

ead. l. 13. Ἦλθεν ἐς τὸ μαθεῖν) Forſan ἐπὶ νοῦν μοι ἦλθεν τὸ μαθεῖν. GUYET. 'Es non agnoſci a Mſſ. a ſe collatis teſtatur cl. B. de Ball. quare eiecimus. Mox auctoritate Mſſ. Regg. 2954. & 3011. pro vulgato ἦλθον reſcripſimus ἤθλουν. Quis enim ferat idem verbum bis occurrens in eodem commate: καί ποτε ἐπὶ νοῦν μοι ἮΛΘΕΝ ἐς τὸ μαθεῖν ὧν ἕνεκα ἮΛΘΟΝ. Adde, quod ἤθλουν, palaeſtrae verbum, optime convenit cum ſuperioribus.

Pag. 143. *l.* 10. Μὰ τὴν κεφαλ. &c.) Hom. Il. O, 39. SOLAN.

ead. l. 12. Καὶ ἡ δέσποινα βάσκανος οὖσα τυγχάνει εἰς τὴν αὐτῆς τέχνην) *Sed hera mea faſcinandi artem callet.* Sic Benedictus, cum tota haec periodus omitteretur in editione Baſileenſi. Itaque ut negligentia huius contraxit culpam, ita ille profecto ab ea liber non eſt, remotiſſimus ab ſenſu Luciani, qui exigit, *ſed hera mea valde invida eſt erga artificium ſuum*, & ſtudioſe abſcondit, nec ſuſtinet, ut quiſquam eius fiat conſcius aut particeps. GRON.

ibid. Βάσκανος) *Invida eſt circa artem ſuam.* GUYET.

ead. l. 13. Αὐτῆς) Lege αὐτῆς. GUYET. Nihil repugno. Sed quia non magni intererat, nihil mutavi. REITZ.

ead. l. 14. Εἰδεῖν) Sic omnes. Ego mallem ἰδεῖν. SOLAN.

ibid. Τὴν κεκτημένην) Sic ὁ κεκτημένος, *herus*, ap. Ariſtoph. Plut. 4, ad quem vid. not. Spanhemii, qui rationem huius ſignificationis multis explicat, & inter alia etiam ex Aeſchyl. Suppl. 340, & Concion. 1118, τὴν κεκτημένην, *dominam* vocari probat, non omiſſo hoc Luciani loco. Conf. iterum infra cap. 27. REITZ.

ead. l. 15. Ἐπὶ τούτοις) Aliud eſſe ἐπὶ τούτων, vid. ſupra Tox. c. 20. Sed licet Geſner. ἐπὶ τούτοις ἐκοιμήθημεν converterit, *in hiſce acquievimus*, & infra cap. 17 pr. ἐπὶ τούτῳ reddiderit, *inter haec*, quod poſterius parum refert utro more reddatur, num *poſt*, an *inter haec*; tamen haud aegre feret, ſcio, ſi exiſtimaro, utrovis loco ſignificari *poſt haec*; aeque ac ap. Ariſtoph. Plut. 57, ἢ τἀπὶ τούτοις δρῶ, *aut poſt haec ſic faciam.* Quod cum Scholiaſtes duplici modo exponat, ſignificatio τοῦ *poſt haec* tamen firmatur ab Kuſtero ex Eurip. Phoen. 1214. Τί τἀπὶ τούτοις παῖδ' ἐμὼ δρασείετον; *quid poſt haec filii mei*

facturi ſint. Item Ione 256. Addo Herodian. I, 17, 2, ubi neceſſario quoque ἐπὶ τούτοις, valet *poſt hos.* Namque ait: Ὧν πρώτη μὲν ἦν Μαρκία, εἴποντο δὲ Λεπτός τε καὶ Ἐκλεκτός· ἐπὶ δὲ τούτοις πολὺ πλῆθος τῶν συγκλήτου πρωτευόντων. REITZ. Ἐπὶ τούτοις *in his* cum verti, reſpici putabam ad leges & conditiones pacti aut foederis, quaſi dicat, tanto ſuavius acquievi, cum illud mihi promiſſum eſſet. GESN.

eod. l. 17. Πέτεσθαι πρὸς τὸν ἐρώμενον) Non capio, quam vere Benedictus nunc verterit *ad ſuum amatorem*, cum pag. 86 ea voce reddiderit ἐραστήν. Utique prudentius in Gallo pag. 181 puto ab eo verti *amaſium.* Eſt enim in Graecis differentia. GRON.

Pag. 144. *l.* 2. Ἣ νῦν ἔχεις) *Potes.* GUYET.

in Schol. Ἁδρὸν) Ἀδρὸν editum, ego mutavi, ut cum textu conveniret. Sic enim ἁδρὸν uſitatius ſcribitur, ſed ἀθρόος laevigandum. Variant tamen edd. interdum inter ἁδρὸς & ἀδρός· vid. 2 Ver. Hiſt. c. 40 f. Eandem ob cauſam paulo ante ἄμμα dedi, pro edito ἄμμα, quia eſt ab ἅπτω; nec poſtea ſemper monebo, ubi res eſt certa. REITZ.

Pag. 145. *l.* 4. Ἐκεῖνο) Forſan ἐκεῖνοι quaeſivit Solan. Nec reſpuerem, ſi invenirem: facillime enim a ſequente οἱ abſorberi potuit prior ſyllaba οι. Attamen invito non obtrudo lectori, quia & elliptice ſtare poteſt, (vid. notata ad Amor. c. 36) pro οἷον ἐκεῖνο, ὃ οἱ κόραξες. Niſi malis aliter conſtruere; nimirum, καὶ ἐκεῖνο ſcil. πράξασα, οἷον οἱ κόρακες. Sed ἐκεῖνοι magis placet, quia ad illas ſingulares cornices nocturnas reſpicit, quae νυκτικόρακες etiam vocantur, quod ex Ariſtot. Hiſt. Anim. VIII, c. 3, notum eſt. REITZ.

Pag. 146. *l.* 4. Αὐτὸν ἑώρων ὄνον) Vitia quidem non tam corpus, quam animam, verum hominem immutant. Sunt etiam vitia animorum veneficia, quibus avari & raptores in harpyas, libidinoſi in Satyros, obſcoeni in porcos, aſinos, ſive iumenta, tyranni in lupos & alias beſtias transfigurantur. Auguſt. de Civ. Dei L. XVIII, c. 17 & ſeq. COGN. Ἑαυτὸν) Ita L. Codex & *Fl.* In impreſſis vero reliquis αὐτόν. Sed legendum ἐμαυτὸν, quamquam non deſunt eiuſmodi exempla. SOLAN. Quia ἑαυτὸν pro ἐμαυτὸν valere poteſt, recte ſatente Solano, non neceſſe erit id mutare; & quia ἑαυτὸν a ſcribis ſaepe contractum in αὑτὸν, potuiſſet idem ſervari. At quia ſcriptura Florentinae & Cod. L. eſt antiquior, eam reduxi, donec inveniatur, qui ἐμαυτὸν habeat. Sic mox c. 31 f. ἐκὼν ἑαυτὸν ἐνσείσαιμι τῇ ἑστίᾳ, manifeſto pro ἐμαυτόν. Adde 1

Ver. Hiſt. c. 6, & Catapl. c. 9, ubi Solanus id quoque fruſtra mutatum voluit. Alciphr. etiam II, Ep. 1, p. 198, ἑαυτῇ pro ἐμαυτῇ. Sed ibid. Ep. 4, p. 236, αὐτῆς legas, ubi Bergl. cum Periz. tamen etiam ἑαυτῆς, idque pro ἐμαυτῆς, legi iubent. Bene: ſed αὐτῆς forſan & ibi ſufficeret. Ἑαυτοὺς itidem pro ἡμᾶς αὐτοὺς eſt in 2 Ep. ad Corinth. X, 12, & paſſim in N. T. aliiſque, quos omitto ſciens. REITZ.

ead. l. 8. Τυλαμένη τὸ πρόσωπον) Priſtinus interpres ſatis dubie, *illa manibus demulcens caput*; cum verum videre potuiſſet ſenſum, ſi non ex affectu dolentis, certe ex Apuleio (ſ. potius Appuleio) mox indicando, qui totidem verbis: *quae ubi me primum talem adſpexit, percuſſit faciem ſuam manibus infeſtis.* Sed non libet ſingulas eius aberrationes repetere. REITZ.

ead. l. 12. Ῥάστη) Ita *Aldina*, ni fallor, & *Ven.* utraque. In reliquis ῥᾴων, niſi quod *Fl.* mendoſe habet ῥᾷον. SOLAN. Ῥᾴων) Solan. iam correxerat ῥᾷστη. Sed vereor, ne nimis feſtine. Quod enim & *Aldinam* ſic habere credat, non ſatis intelligo; niſi *Aldinam* alteram, ab alio collatam ſignificet. Nam *Ald.* 1. quam ipſe conſului, cum reliquis omnibus habet ῥᾴων. Quod probo, quia & ſic Apuleius Met. III, pag. 59 ed. Pricaei: *Me trepidatio ſimul & feſtinatio fefellit, & pyxidum ſimilitudo decepit. Sed bene*, facilior *quod reformationis huius medela ſuppeditat.* Unde imitatio ſatis apparet. REITZ. Ῥᾴστη tamen Mſ. Reg. 3011.

Pag. 147. *l.* 6. Ἀληθινὸν ὄνον) Vid. omnino L. Bos. in Epiſt. I Theſſ. I, 9, pag. 211, (quem adeundum Hemſterh. margini adſcripſerat) ubi is docet, ἀληθὲς & ἀληθινὸν quidem *verum* ſignificare; ſed non promiſcue ſemper uſurpari. Ἀληθινὸν enim ſaepe ſumi de eo, quod *natura* & *revera* eſt, quod dicitur, & opponitur *fictitio*, ut hic ὄνος ἀληθινὸς, ac duabus paginis poſt, ῥόδα ἀληθινὰ &c. REITZ.

ead. l. 7. Δείσαντες μὴ τοῦ χόρτου) Non ſolum zelotypia equi laborant, ſed etiam invidia & aemulatione. Ariſt. L. 2. Rhet. COGN.

ead. l. 8. Ἐπεισέρχομαι) Si dubitavit Solan. num vera haec lectio, miror, cur non indicarit, iterum ſic occurrere infra hoc Dial. c. 38 med. Immo habuimus & alibi. Sed plura addere non eſt opus. REITZ.

ead. l. 12. Ὦ τῆς ἀκείρου ταύτης περιεργασίας) *O intempeſtivam hanc curioſitatem!* Περιεργασία non memini alibi apud Graecum melioris notae ſcriptorem occurrere, quamvis περιεργάζομαι legatur. Repone igitur ex MSto περιεργίας. GRAEV. Περιεργίας P. etiam; vide finem libelli. SOLAN.

Pag. 148. *l.* 8. Ὡς δὲ οὐδὲν ἄλλο) Ὡς δὲ οὐδὲν ἔνδον ἄλλο *S.* & *B.* 4.

ead. l. 9. Λαβόντες καὶ) Pro λαβόντες ἐμὲ καὶ τὸν &c. An τὸ ἐμὲ excidit reſtituendum? Vid. lib. vett. GUYET. In P. erat μή. In reliquis nihil. Ego με repoſui, quod procul dubio volebat, qui μὴ ſcripſit. SOLAN. Etſi non inveni illud με, tamen adeo verum ac neceſſarium duxi, ut inſeruerim, monente etiam Solano noſtro. REITZ.

ead. l. 14. Ἀνυπόδετος) Omnes libri hic ἀνυπόδετος habent. Iidem c. 43, ἀνυπόδητος. Ego eam ſcribendi rationem ſequar, quam libri dabunt, ut hic ἀνυπόδετος, & iterum c. 29, Κρον. Ἐπιστ. c. 19, & Φιλοπ. c. 21. SOLAN. Non eſſe talia intelligenda de ferramentis, qualia hodie ſuppinguntur iumentorum pedibus, ſed de calceis, qui indui exuique pro viae diverſa ratione poſſunt, oſtendi in Ind. ſcriptorum Rei Ruſt. v. *ſolea*, ubi dedita opera de hoc argumento diſputavi. GESN. Ἀνυπόδετος etiam praeter loca ab Solano indicata ſcribitur in Icarom. c. 31, excepta *S.* & *Amſt.* quae *η* in penultima dedere; hic vero *ε* ſervarunt. Sed Phrynich. p. 196 ed. de Pauw peccatum in analogiam ait, ſi per *ε* ſcribas, dicitque: Ἀνυπόδετος ἐρεῖς ἐν τῷ η, τὸ γὰρ ἐν τῷ ε, ἁμάρτημα. καὶ γὰρ ὑποδήσασθαι λέγεται, καὶ οὐκ ὑποδέσασθαι. At P. Weſſeling. ad Diod. Sic. I, c. 80, v. 75, contra Phrynichum, Moerin, Suid. & Th. Magiſtr. pariter τὸ ε damnantes, ex Diod. Lyſia, Aeliano, Longo &c. noſtram ſcripturam firmat. Sed confer mox c. 43, ubi *η* ſervavimus. REITZ.

ead. l. 15. Ἀπωλλύμην) Ἀπωλόμην adſcriptum in marg. *Baſ.* 1. deleto ἀπωλλύμην. Neſcio quare; cum eodem redeat, nec varietatem in edd. ut & Codd. inveniam. Ἀπώλετο ὑπὸ τῆς ἄγρας ait quidem ſupra Tox. c. 14, & alibi etiam hanc formationem amat; ſed cum non videam, quid in altero improbandum, nec ſemper eadem forma loqui Noſtrum oportere neceſſe ſit, non curavi illam mutationem. REITZ.

Pag. 149. *l.* 1. Καὶ εὐθὺς ἄλλος) Inepta haec; ſed abſque Codicum ope mederi non poſſum. SOLAN.

ead. l. 5. Οὐκ ἐπεκολούθει) Et in hoc ſinceriores edd. priores, habentes ἐπηκολούθει. Mox eadem hac pag. integriores iterum eaedem, καὶ γὰρ φιλήμασιν ἠσπάζοντο καὶ καταλύειν ἐκέλευον &c. ab ſequioribus ultimum illud καὶ abeſt. IENS.

ead. l. 6. Μαθὼν οὖν ὅτι ἄλλο ἐβόων) Ἄλλως, ματαίως. MARCIL. Ἄλλως & ego praetuliſſem, ſi conſtaret, Pelleti ſcripturam ex Codice, non ex coniectura, eſſe. Et quamquam id non

conſtat, tamen ſic dediſſe Lucianum arbitror, & priſtini interpretes iam verterunt, quaſi ἄλλως legeretur, reddentes, *nihil ergo proficiens rudendo* &c. nam ſi ἄλλο exprimere ſtuduiſſent, debebant dare, *expertus autem me aliud quid clamare, quam quod volueram, ſive alienum, inſolitum quid.* Poteſt tamen & ἄλλο quaſi adverbii more poſitum accipi, ut illud *aliud quid* idem ſit, atque *aliter clamavi*, ſcil. quam ſolebam, volebam; ideoque lectoris arbitrium eſto eligendi quid malit. REITZ.

ead. l. 11. Ὅστε ἔστην) Os dicit aſino fuiſſe vinculo occluſum, ne tempus, quod viae impendendum erat, pabulo impenderet, & tardius procederet: ὥστε ἔστην τότε, καὶ ἔμεινα ὄνος, *iamque tunc ſteti, aſinuſque manſi.* Quomodo ſtetit, cum tantopere properaret? Lege, ὥστε ἔβην τότε, *tum ſic obturato ore procedebam.* GRAEV. Ὥστε ἐς τὴν τότε, ſc. ἡμέραν, emendabat Gisb. Koen ad Gregor. de Dial. p. 13, notante cl. B. de Ball. Veriſſime.

ead. l. 12. Καταλύομεν εἰς) Alias amat καταλύειν ἐν, ut mox, & c. 46, & alibi. Sed conf. ad c. 1, εἰς τὰ Ὕπατα. Adde Arrian. IV, 16, p. 174 f. εἰς φυλακὴν εἶχον. REITZ.

ead. l. 15. Καταλύειν) Καὶ hic deeſſe videtur. Καὶ καταλύειν &c. Placet. GUYET.

ibid. Ἐν τῇ ἐπαύλει) Sic P. melius quam in reliquis, in quibus ἐπὶ legitur pro ἐν. SOLAN. Cur ἐπὶ minus probem, videri poteſt ex iis, quae notavi ad Tox. c. 20. REITZ. Male adhuc deſiderabatur in edd. artic. οἱ ante verba ἐν τῇ ἐπαύλει, quem addidimus ex Mſſ. Regg. 2954. & 2956. In ed. Reitz. excidit τῇ poſt ἐν, operarum errore.

Pag. 150. *l.* 11. Τὰ δὲ — τὰ δ') Conſului edd. vett. Sed nihil varietatis inveni. At quis non videt mendam ineſſe, & ῥόδα ἐκεῖνα fruſtra repetitum? Et quis ferat, ter ῥόδα ſic repeti duobus verſibus? Quare poſterius illud ῥόδα ἐκεῖνα expungerem. Sed repetitum τὰ δὲ non moveo. V. c. 22 f. REITZ.

ead. l. 13. Δάφνην) Haec omnia aut miſeris modis ſcripta ſunt, aut a librariis inquinata. Pro αὐτὴν in L. αὐτὰ legitur. SOLAN. Eſt *rhododendron, nerion, rhododaphne*, quod Plinius 6, 20, f. 33, deſcribit *ſempiternum fronde, roſae ſimilitudine, caulibus fruticoſum. Iumentis, capriſque, & ovibus venenum eſt.* Apuleius l. 4 pr. *Hae arbores in lauri faciem prolixe foliatae, pariunt in modum floris inodori porrectos calliculos modice punicantes, quos — vulgus indoctum* roſas laureas *appellant, quarumque cunctis pecori cibus letalis eſt.* Hinc in ſuſpicionem veni, an forte legendum ſit apud Lucianum ῥοδοδάφνην. GESN.

Pag. 151. *l.* 12. Παλινδρομῆσαι &c.) Iambus proverbialis, quem Erasmus exponit Tit. *Satius.* Latine quoque usitatus versiculus: *Est satius regredi, quam male coepta sequi.* Sed hoc cuilibet notum: utinam & omnibus usitatum! REITZ.

Pag. 152. *l.* 8. Τῷ ἡμιόνῳ) Supra ὄνον dixit; quare hic τῷ ὄνῳ scribendum videtur, pro τῷ ἡμιόνῳ. GUYET. Ἡμιόνῳ) Quem tamen supra passim *asinum* dixit. SOLAN.

ead. l. 13. Οὐδὲν ὑπήκουε) Sic Belgae, adscript. in *B.* 1.

Pag. 153. *l.* 6. Ὁ δὲ ἁπῆει κάτω τὸν θάνατον ὀρχούμενος) Captavit, ut patet, elegantiam notabilem in loquendo Lucianus, quam vide ut obnubilent interpretes. Basileenses, *mors illi attulit laborum finem*, laevissime. Benedictus, *ille vero infra delabebatur moriendo subsultans*, quod sane contingit pluribus morientibus, etsi non cadant praecipites. Verte simpliciter, *ille deorsum abibat mortem saltans.* GRON.

ead. l. 8. Ἔγνων φέρειν εὐγενῶς τὰ ἐν ποσὶ) Ad verbum εὐγενῶς Solan. adscripserat, & sic esse in *Fl.* An speravit ergo aliam invenire lectionem? non credo. Bene enim habent omnia. Nam ἔγνων esse *statui, decrevi*, quis dubitet? Conf. mox c. 39, ἔγνω κρεμάσαι ἑαυτόν. Sic in vita Aristomenis ed. Oxoniensi Corn. Nepotis annexa: Μεσσήνιοι — ἀφίστασθαι πάντως ἐγίγνωσκον, *Messenii demigrare constituerunt.* Item ἔγνωσαν καλεῖν, Long. Past. I, pag. 5 ed. Iungerm. Idem III, pag. 115, γνοὺς, pro *stabat ei sententia.* Thucyd. I, cap. 120, πολλὰ γὰρ κακῶς γνωσθέντα — κατορθώθη, *multa male consulta — felicem exitum habuere.* Τὰ ἐν ποσὶ vero esse *praesentia*, vid. Nigrin. c. 7, ibique commentatores, & ad Quom. Hist. c. 2. REITZ.

ead. l. 10. Εἰς ἐμαυτὸν ἀναστρέφεσθαι) Mira haec efficacia enuntiavit: sonat enim, *ut inde restituar in me ipsum*, i. e. ut rursus fiam, qui ante fui. REITZ.

ead. l. 12. Λοιπὸν) Et haec ita legi in *Fl.* notavit idem Noster, meliore paulo iure quam ante; sed commate post καταλύσασι posito, quod iam feci, cum in edd. abesset, sensus mihi videtur apertior. REITZ.

Pag. 154. *l.* 3. Σκευάσασα ἔχω) Conferri iussit in marg. Solanus infra Δημ. c. 32. Ibi invenio similiter εἶχον θαυμάσας. Item supra Ἀλεξ. c. ult. ubi Lucianus eodem pleonasmo ait, θαυμάσας ἔχω. Sed haec locutio Graecis adeo est peculiaris ac familiaris, ut nesciam, an facturus sim operae pretium, si plura addidero. Videat qui volet Bud. Comment. pag. 211. Theocr. Eid. XIV, 8, παίζεις ἔχων. Hesiod. Ἔργ. I, 42, κρύψαντες ἔχουσι, quod vel Scapula habet, licet haud addito

verſu. Sic λησεῖς ἔχων, & ſimilia multa, profert Maittair. de Dialect. p. 76 & 79 C. Adde Noſtrum Icarom. c. 24 m. παίζεις ἔχων ἔφη &c. Ubi tamen cum *Par.* ἐκὼν habeat pro ἔχων, hoc inquiremus denuo. REITZ.

ead. l. 16. Ἄρτον) Lege ἄρτων. GUYET. Recte corrigit Guyet. Et vel ſic ederem invitis edd. quae ἄρτον miro conſenſu habent. Nam etſi vulgatam lectionem ita conſtruendo defendere poſſumus, ἥσθιον ἄρταν (ſcil. τινὰ) τῶν ἔνδον, *comedi unum ex panibus, qui intus erant*, melius tamen procedit pluralis, ob articul. τῶν, & Genitivus Atticiſmo aptior. Vid. Th. Mag. & Moer. v. φάγω. REITZ.

Pag. 155. *l.* 13. Πάντα ἔκλαε) Et ſic legere *Fl.* bene notat Solan. Sed & legitur in *I. P. H.* &c. & recte, atque eleganter, pro κατὰ πάντα, *perpetuo*, i. e. *nihil aliud quam flebat*; ut mox, πάντα καταπίπτοντα. Plura iam notarunt Lexicographi. Adde Herodian. V, 8, 8, ἅτε — ἀδελφὴ γενομένη, καὶ τὰ πάντα σὺν αὐτῇ ἐν τοῖς βασιλείοις διατρίψασα, i. e. *perpetuo cum illa verſata*. Noſtrum infra c. 51 m. παιδίσκην πάντα καλὴν, paulo alia notione, ellipſi tamen eadem. Ita fere μακρὰ κλάειν Ariſtoph. Plut. 612, & alii paſſim. Sed & ἔκλαε ſic apud Lucian. legi notavit Solan. cum tamen mox συνέκλαιον, non συνέκλαον. At cum utrumque rectum, nihil iſta varietas me movet. Malim tamen interdum ἔκλαιε, quam ἔκλαε, ſcribere, perſpicuitatis ergo, ne incidamus in ambiguum, utrum ſit a κλάω *frango*, a quo hic quidem nihil periculi, quia ſequentia ſatis aperiunt, quale verbum auctor voluerit. Alioqui in illo iota ſubſcripto, quod facile ab typothetis omittitur, non ſatis eſt praeſidii, veluti ap. Long. Paſt. IV, p. 110 ed. Mollii, omittitur, editumque, ἀλλ' οἱ μὲν πτοούμενοι τὸν δεσπότην ἔκλαον, quaſi aor. 2 eſſet, quod legentem tamen falleret, ni ſtatim & ibi ſequeretur ἔκλαυσεν. REITZ.

Pag. 156. *l.* 17. Πάντα καταπίπτοντα) An πάντῃ? adſcripſit Guyetus. Bene, ſi libri addicerent. Iam vero, dum non addicunt, & ſupra etiam hoc cap. habuerimus πάντα ἔκλαε, ubi vid. quae noto, nihil muto. REITZ.

Pag. 157. *l.* 3. Ὡς ἀλλοτρίῳ) Alludit, ni fallor, ad Homericum illud: Γνάθμοισιν ὡς ἀλλοτρίοισιν. Thucyd. I, 70 B. τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις ὑπὲρ τῆς πόλεως χρῶνται. Greg. Naz. *Martyres omnia alacriter perpeſſos eſſe*, ait, ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίοις ἀγωνιζόμενοι σώμασιν. p. 41 ed. Baſ. BC. SOLAN.

ead. l. 4. Γὰρ τοῦ θανάτου) Sic ego ex coniectura, pro δὲ, quod in omnibus erat. SOLAN. Ὁ δὲ) Solanus γὰρ edi iuſſit,

non repugno; nec tamen facio: nam & saepe sic positum invenio, ubi usus γὰρ postularet. Vid. supra notata ad Amor. c. 38. Adde mox c. 37, ὁ δὲ αὐλητὴς — οἱ δὲ &c. Et supr. cap. 17 f. τὰ δὲ — τὰ δέ. Nihil praeterea novi est, bis δὲ post μὲν sequi, ut iam alibi, ni fallor, ostendi ex Long. Past. II, p. 48. Adde eund. III, 93. Et Alciphr. II, p. 202 & seq. ubi vel quinquies δὲ habes post unum μέν. Ait enim: Ἡμᾶς δεῖ τὰ μὲν ποιεῖν, τὰ δὲ μαλακίζεσθαι· τὰ δὲ δειπνοποιεῖν· τὰ δὲ κοσμεῖν σοὶ τὸν οἶκον· τὰς δὲ, ὁπόσοῦν ἄλλως παχὺν μαραινομένας. — Ταῦτα δὲ &c. Ubi tamen loco penultimo eliciendum esse, bene monuit Bergler. Quin vel sexies eandem particulam, uno interposito μὲν, adhibitam legimus in Aristotele, I Polit. c. 3 med. Ἔστωσαν, ait, δ' αὗται τρεῖς, ἃς εἴπομεν. Ἔστι δέ τι μέρος, ὃ δοκεῖ τοῖς μὲν εἶναι οἰκονομία, τοῖς δὲ μέγιστον μέρος αὐτῆς. ὅπως δ' ἔχει, θεωρητέον· λέγω δὲ περὶ τῆς καλουμένης χρηματιστικῆς. Πρῶτον δὲ περὶ δεσπότου καὶ δούλου εἴπωμεν. REITZ.

ead. l. 7. Ἀναπεσόντες) In Ev. Marc. VI, 36, καὶ ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαὶ legas, de discumbentibus in gramine. Ad ea verba I. Elsn. ait: Ἀναπίπτειν, *pro* accumbere cibi capiendi causa, *rarum est. Habet tamen ex Euripidis Cyclope & Alexi Athenaeus I, 19, p. 23. Item Lucian. Asino* (h. l.) *Scriptor item Apocryphus Tobiae II, 1,* ἀνέπεσα τοῦ φαγεῖν. *Judith XII, 16, & in his libris passim.* Haec ille; cui addo: male ergo Phrynichus p. 92 id hoc sensu damnat, scribens: Ἀναπεσεῖν οὐ καλῶς ἐπὶ τοῦ ἀνακλιθῆναι τάττεται. Verum est, pro ἀθυμῆσαι aliis usurpari, ut vid. Thucyd. I, c. 70, καὶ νικώμενοι ἐπ' ἐλάχιστον ἀναπίπτουσιν, *& victi quam minime animo consternantur.* Confer ibi Wassium. Et Philon. L. I de Mose, quem ad partes vocat Hoeschel. qui tamen idem pro *discumbere* etiam affert ex Ev. Luc. 17, 22, Ioan. 6, & Synes. Ep. 114. Cautius Th. Mag. Ἀναπεσεῖν βέλτιον ἐπὶ τοῦ ἀδημονῆσαι καὶ ἀθυμῆσαι, ἢ ἐπὶ τοῦ ἀνακλιθῆναι. Sic enim postremum verbum necessario legendum, non ἀνακλιθῆναι, ut est in ed. Blancardi. REITZ.

Pag. 158. *l.* 5. Λαμβάνεταί μου) Ego lectionem Florentinae meliorem arbitror, quae με, non μου, hic habet. Licet enim λαμβάνειν γούνων, ποδῶν, κεράτων, & similia sint obvia; ut recte mox c. seq. λαμβάνονταί μου· tamen id minus eleganter videtur procedere, sequente praepositione: nam ut λύκου τῶν ὤτων κρατῶ vulgo dicitur, minusque commode ibi diceres, λύκου τῶν ὤτων; ita difficilius, λύκου ἐκ τῶν &c. At cum λαμβάνειν τινός, & λαμβάνειν οὐρᾶς, item ἐκ τῆς

ὑρᾶς, ſeorſum recte dicatur, nolim his coniunctis controverſiam movere. Dico tantum, Florentinae lectionem mihi Lucianeo ſtilo aptiorem videri; etſi duplex eiuſmodi genitivus non eſt adeo inuſitatus ſine praepoſitione, ut Herodian. II, 3, 8, καὶ λαβόμενος τῆς χειρὸς Χλαβρίωνος, & *prehenſa manu Chlabrionis*. Ne plura congeram, quae ſine praepoſitione aliter conſtrui poſſunt, ut Aelian. V. Hiſt. XII, 46, καὶ ἐκεῖνος ἐλάβετο αὐτοῦ τῆς χαίτης, & *ille apprehendit eius iubam*. REITZ. Dixi, minus commode dici λαμβάνεσθαι λύκου τῶν ὤτων· iam vero video ſic loqui Euſtath. de Iſmen. am. I, p. 26, καὶ λαβομένη μου τῶν ποδῶν. IDEM *in Addend. & Corrig.*

cap. l. 9. Δίκην κέρκου) Poteſt intelligi hic locus ita, ut interpretatus ſum: nec de emendando in mentem veniſſet, niſi, dum forte Apuleium confero, invenirem iſta, Met. VI, pag. 127, 29 Pric. de *virgine capticia*, ut ipſe vocat: *Quae voce excita procurrens videt, Hercules, memorandi ſpectaculi ſcenam, non tauro ſed* aſino dependentem Dircen aniculam; *ſumtaque audacia virili, facinus audet pulcherrimum* &c. Nota Dirces fabula a Zetho & Amphione privignis ad taurum deligatae indomitum. Quidquid de auctore huius libelli iudicemus; Apuleius certe quin eandem fabellam tractet, quin hoc ipſo loco verba noſtri prae oculis habuerit, dubitari non poteſt. Quid ſi igitur invenit in ſuo exemplari non δίκην κέρκου, ut nunc legitur, ſed δίκην Δίρκης; ignota vox, fabula, qua alias non utitur, quod ſciam, Lucianus, correctori anſam mutandi poteſt dediſſe. GESN. Praeclaram Geſneri emendationem in ſua Luciani verſione ſecutus eſt cl. B. de Ball.

cap. l. 14. Ἠύχετο, σῶσαι αὐτὴν τῆς φυγῆς) Soloeca locutio. Scribe, σῶσαι αὐτὴν τῇ φυγῇ, ut initio eiuſdem huius pag. φυγῇ σῶζε σεαυτόν· & c. 34 E. φυγῇ ἐσώζοντο. IENS. Τῇ φυγῇ P. uti Ienſius emendandum eſſet monuerat. In reliquis τῆς φυγῆς legitur. Vide ſupra hoc ipſo capite, & c. 34. *Eripe nate fugam*, Virg. Aen. II, 619. SOLAN. Recte emendavit Ienſius, quantum ad φυγῇ, quod autem αὐτὴν in αὑτὴν etiam videtur velle mutare, non ſatis cauſae videbam. Alia res foret, ſi ipſa virgo narrarerur ſe ipſam fuga ſervaſſe. Iam vero ne ad anum referatur, obſecundavi, ac perſpicuitati conſului. REITZ.

Pag. 159. *l.* 11. Σαρδόνιον) Sic Z. Tp. cap. 16. Vide Scholia. Omnes autem hic impreſſi Σαρδόνιον habent. P. vero Σαρδόνιον & Σαρδένιον. Sed vera eſt, quam ſequimur, ſcribendi ratio. Homerus metri cauſa mutavit. Vide Od. T, 302. SOLAN.

Recte producitur ſecunda in Σαρδώνιον. Et ſic bene editum in Suidae Σαρδόνιος γέλως. De ſignificatu eius proverbii vid. Eraſmus in *Riſus Sardonius*, & Suidas, ex cuius variis expoſitionibus hanc addidiſſe ſuffecerit, quod dicatur de *iis, qui in proprio exitio rident*. Sed huc magis convenit Scholiaſtae Lucianei altera interpretatio, de iis, qui, dum lignis ſenes percutiunt, adeoque in alterius calamitate, rident. REITZ.

in Schol. col. 1. *l.* 1. Σαρδ. γελ.) Complures huius proverbii interpretationes vid. apud Suid. quem, quia hic prolixior, deſcribere nolim; ſed vid. not. ad Lucian. textum. REITZ.

ibid. l. 6. Δὲ φησὶν) Accentus enclitici verbi ſic fere perpetuo ſervatos a Scholiaſta, non ſemel ſupra obſervavi. REITZ.

ibid. l. 7. Ἔτη) Excidit numerus. SOLAN. Suppleatur ergo ex Suida, qui ο', i. e. 70, addit. REITZ.

Pag. 160. *l.* 2. Τῷ μηρῷ εἶχον) Τὸ μηρὼ in dual. maluiſſem, ita ut εἶχον tum eſſet plurale; ſed propter adiunctum νουθετούμενος non licet. Alii mallent ἐν τῷ μηρῷ, & hoc certe melius. Verum nihil muto ſine Codd. auctoritate. Omittitur enim & alibi τὸ ἐν, ut Homer. Iliad. E, 137, Ὅν ῥά τε ποιμὴν ἀγρῷ ἐπ' εἰροπόκοις ὄϊεσσι Χραύσῃ — ubi ἀγρῷ valet ἐν ἀγρῷ. At ſi quis Codex praeiret, non dubitarem ἐν in Luciano addere. Supra etiam Nigrin. cap. 14 in alia locutione ſimiliter omiſſum eſt ἐν, legiturque, τοιαύτῃ ἐσθῆτι ἡσθέντες. Id vero merito ſuſpectum eſt Hemſterh. REITZ.

ead. l. 15. Ἐδράξατο) Verba illa εἰ τῶν οἴκοι ἐδράξατο vulgo vertuntur *ſi domum ſuam aufugiſſet*: quae verſio quamvis vel ſic ſatis ſenſum exprimat, neutiquam tamen eſt accuratiſſima; neque enim ἐδράξατο hic ab διδράσκω *fugio* deducendum eſt, (quid namque διδράσκειν τῶν οἴκοι foret?) quemadmodum forte fecit interpres; ſaltem ut alii legentes id faciant, facile iſta interpretatione adduci poſſint: ſed a δράττω *pertingo, conſequor, aſſequor*, velut δράξασθαι per ἐπιλαβέσθαι, & δράξαι per κρατῆσαι exponitur ab Heſychio. Eſt ergo δράξασθαι τῶν οἴκοι, familiares ſuos conſequi, aſſequi. Ita Anchiale Nympha apud Apollon. Rhod. I, 1130, dicitur Idaeos Dactylos peperiſſe δραξαμένη γαίης, *apprehenſa terra*; ubi vide Scholiaſten. Invenio δράξασθαι poſitum aliquo modo etiam pro *affectare, ſtudere*. Callimachus Epigrammate I: Ταῦτ' ἄϊων ὁ ξεῖνος ἐφείσατό μείζονος οἴκου Δράξασθαι, παίδων κηδόνι συνθέμενος. Vertit Vulcanius: *His ſimul auditis maiores quaerere cenſus Deſtitit, & puerûm conſilium arripuit.* IENS. Vide Ienſium. Conf. infra Φιλοπ. cap. 22. SOLAN.

Non ſolum infra in Philopatr. loco ab Solano cit. legas, δραξάμενός μου τοῦ λώπους· ſed & apud Alciphr. III, pag. 426, compoſitum ἐπιδράττω pro *prehendo, nanciſcor: εἴ που τι τῶν κόκκων ἐπιδράξασθαι δυνηθείη*, ubi tamen etiam ἔτι δράξασθαι legi poſſe Bergl. non male exiſtimat. REITZ.

Pag. 161. *l.* 10. Ἀνατέμωμεν ἐκ τῆς γαστρὸς) Supra τῷ ξίφει ὑπεκτέμνουσιν ἐκ τῶν σκελῶν. GUYET.

Pag. 162. *l.* 13. Ἀφιγμένοι) Sic *I.* ed. Reliquae ἀφιγμένον, niſi quod *P.* ἀ—ένων fecit. SOLAN. Ἀφιγμένον) Vides variari inter ἀφιγμένον, —ένων, & —ένοι. Quae cum ſingula poſſent admitti, id ſervavi, quod longe maximus priſcarum edd. numerus habet. Poſterius tamen veram eſſe lectionem arbitror, quod facile imperitus librarius, vel credens, τὸ πλῆθος ἀφιγμένον neceſſario dicendum, vel non ſatis attentus, mutarit, *v* pro *ι* ſubſtituens. Ac vix credo opus fore conſtructionem huiuſmodi πλῆθος ἀφιγμένοι, teſtimoniis comprobari. Ecce tamen pauca: Noſter ſupra Hermot. c. 72, ὁ πολὺς λεὼς πιστεύουσι. Timon. cap. 9 poſt Ἀττικὴν ſequitur eo relatum αὐτοῖς. Conf. Hemſterh. ad Nigr. c. 1 pr. Adde Alciphr. III, Epiſt. ult. f. εἰς αὐτὸν ὁ Ἄρειος πάγος ἀποβλέπουσιν. Philoſtr. Vit. Sophiſt. I, XXV, p. 536 pr. καὶ ἦν αὐτῷ πατρὶς Ἡρακλεία τῶν Ἑλλήνων ἑπαιοῦντες. Diod. Sic. I, c. 93, v. 4, οὐ δύνανται ταῦτα προτρέ[illegible]ασθαι — τοὺς ἀνθρώπους — ἀλλὰ χλευαζόμενοι, pro χλευαζόμενα. Sic maſcul. αὐτοὺς relatum ad τὰ ἔθνη vidimus ſupra, aliaſque generis ac numeri permutationes, ut pro Imag. cap. 9, εἰκόνα — ἔχοντα pro ἔχουσαν. Item τέκεα ἀναβοῶντες ex Ariſtoph. Plut. 291, aliaque ad Ver. Hiſt. a me notata. Adde Weſſel. ad Diod. Sic. II, c. 19, No. 34. REITZ.

Pag. 163. *l.* 8. Καί μοι τοῖς κεκτημένοις, ἄριστον παρέκειτο μέδιμνος κριθῶν) Aliquid deeſt. An ſic legendum? τῆς κεκτημένης οὕτω προσταξάσης. GUYET. Quid illud τοῖς κεκτημένοις; Unde tertius ille caſus? Interpres vertit, *dominorum iuſſu.* Is quidem poſtulatur ſenſus; non tamen eum in ipſis verbis video. An excidit παρὰ, legendumque καί μοι παρὰ τοῖς κεκτημένοις ἄριστον παρέκειτο &c.? *Et mihi apud dominos apponebatur prandium* &c. IENS. Τῶν κ—ένων) Ego τῆς κεκτημένης coniiciebam legendum, pro vulgato τοῖς κ—ένοις. Sed L. Codex τῶν κ—ένων & ipſum probum ſuppeditat. Mallem tamen παρὰ τῆς κ—. SOLAN. Τοῖς κεκτημένοις) Nimis violenta eſt Guyeti emendatio. Placeret παρὰ tantum addi; licet enim dativus pro ablativo cum praepoſitione haud ſit inuſitatus Graecis, aeque ac Latinis, ut ſupra Tox. c. 25, ἐπεὶ δὲ ἐδε-

δείπνητο αὐτοῖς, & infra hoc Aſino c. 39 f. καὶ τοῦτό μοι ἤδη πεπράξεται, item ap. Ariſtoph. Pac. v. 1260, τοῦτῳ ὠνήσομαι, pro παρὰ τούτου, iterum apud Noſtr. infra Iov. Trag. c. 7 pr. ἄριστα κεκήρυκταί σοι, & vel centies alibi: hic tamen propter alterum dativum accedentem minus commode procederet illa locutio. Lego itaque παρὰ τῶν κεκτημένων, (licet Cod. L. ſcriptura tolerabilis ſit.) De poteſtate vero participii κεκτημένος vid. Alciphr. III, Epiſt. 63, Spanh. ad Ariſtophan. Plut. v. 4, docentem, active & paſſive accipi, de domino ac de ſervo. Eundem ad v. 7, ubi de ἐωνημένος & κεκτημένος duplici poteſtate, agit. Conf. ſupra huius fabulae c. 11 f. REITZ.

ead. l. 12. Τοὐπταυεῖον) Τὸ ἱπταυεῖον videtur fuiſſe in *I.* Sed Solan. ex aliis mutavit in τοὐπτ. REITZ.

in Schol. Δαχεῖον) Referri haec debent neceſſario ad vocem τοὐπταυειον, quamvis in Scholiis non compareat. In Ex. *G.* exſtat πταυεῖον. SOLAN.

Pag. 164. *l.* 1. Ταῖς ἀγελ.) Sic neceſſario cum P. & *S.* legendum, aut τοῖς ἀγελαίοις, ut in *Fl.* ed. eſt; non vero, ut in reliquis, τοῖς ἀγελαίαις. SOLAN.

ead. l. 4. Ἐν ὄνῳ δικαστῇ) Vix dubito dediſſe auctorem ἐπ' ὄνῳ. Hanc enim praepoſitionem, non alteram ἐν, huic rei quaſi propriam, exemplis probare nihil attinet. GESN.

ead. l. 8. Τὴν ἀγέλην) Non ſolum illud εἰς ante ἀγέλην abeſſe volo, propter proxime ſequens εἰς· ſed & articulum τὴν auferre malim, ut ſit adverbii more ἀγέλην catervatim, ut apud Aelian. in Hiſt. An. non ſemel. REITZ.

ead. l. 9. Καυδαύλῃ) Vide Herodot. I. SOLAN. Nota Candaulis hiſtoria, a Gyge uxoris ſuae iuſſu interemti. Sed quid ſimile huic aſino, aut Lucio, contigit? Utrum memoriae vitio Candaulem nominavit auctor, cum Gygen deberet? hunc quidem muliebri imperio, mariti ipſius culpa, quaſi mancipatum novimus, obiectamque aut moriendi neceſſitatem, aut interimendi Candaulis. Quamquam ne ſic quidem ingenium ſcriptoris agnoſco. An plane aliud hic latet, corrupto nomine Καυδαύλῃ; GESN. Forſan & hic Ταντάλῳ legend. ut Bis Acc. c. 21, monet I. I. Wetſt. In Codd. nil opis invenio. REITZ. Χρῆν γὰρ Καυδαύλῃ γενέσθαι κακῶς, Herodot. I, 8. Quod imitatum Lucianum ſcripſiſſe ὥσπερ Καυδαύλῃ κάμοὶ γενέσθαι κακῶς &c. ſuſpicatur cl. B. de Ball.

ead. l. 12. Κριθὰς ὅλας) Hoc & quod ſequitur μάζας ὅλας, ſi ſcriptor eſſet terſus, mihi ſuſpecta forent; ſed in hoc opuſculo multa ſunt imperite & inſcite ſcripta. SOLAN.

Pag. 165. *l.* 1. Κατέπινεν) V. infra dicenda ad c. 47. REITZ.
ead. l. 4. Ἀρσένων) Ἵππων ſcil. GUYET.
ead. l. 15. Ἀκάθαρτον) *Impurus*, i. e. *ſceleſtus*. Terent. *Anus haud impura*, non ſceleſta, non mala, i. e. bona. GUYET. Locus Terentii eſt Heaut. IV, 1, 16. Sed nihil hoc novi. Ἀκάθαρτος eod. modo occurrit c. 32 pr. & alibi. REITZ.
Pag. 166. *l.* 14. Ἐπ' ἐμοὶ καθίζων) Confer ſupra notata ad Tox. c. 20, p. 440, & videbis genitivum caſum hic interdum praeferendum; ſed ἐπὶ τινὶ εἶναι vel θεῖναι tamen non ſemel ſignificare *in, ſuper* aliquo loco *eſſe*, vel *poni*; licet Grammatici non ſatis idonea proferant teſtimonia. Verum ἐπὶ τούτοις potius valere *poſt haec*, vel *propter haec*, vid. ſupr. c. 11 f. & 17 pr. Nam ἐπὶ cum dat. ſive ablat. alia poteſtate eſſe *intra*, ut in vulgatiſſimo Epicteti τὰ ἐφ' ὑμῖν, quae ſunt in nobis, i. e. in noſtra poteſtate, nemo ignorat: componitur ita cum τὸ ἐν ab Sophocle, ut eidem eodem caſu reſpondeat, in Antigon. v. 327, Ἐν τοῖσιν ὠσὶν ἢ 'πὶ τῇ ψυχῇ δάκνῃ; *In auribuſne, an in animo morderis?* REITZ.
ead. l. 16. Οὐ γὰρ ἦν καταβ.) Aut excidit aliquid, aut legendum ὃ γὰρ δέον. Reineſius putat deeſſe ἕνεκα, ante τοῦ. In L. pro οὐ, legitur οὖ, quod quo valeat, neſcio. SOLAN. Οὖ γὰρ ἦν καταβὰς) Pridem in mentem venerat, legendum hic non οὐ, ſed οὖ, ſuadente tum re ipſa, tum Apuleiana paraphraſi lib. 7, p. 145 ed. Pric. *cum deberet egregius agaſo* &c. Video autem idem placuiſſe viro docto Miſcell. Obſ. Vol. I, p. 148, & Vol. II, p. 373; niſi quod ille vult etiam mutari ſequens participium, & legi καταβάντος vel καταβάντα χεῖρα κ. τ. λ. quod mihi ſecus videtur. Nominativum hic ut alias poſitum arbitror pro Accuſativo infiniti, vel infinitorum potius, quae res eo facilius hic locum habet, cum in eadem perſona maneatur. Τοῦ pro τὴν poſitum, cum ſemel οὖ in οὐ tranſiiſſet. Si quis etiam de lectione dubitet, illud tamen vel mediocriter exercitatis apparebit, longe commodiorem eſſe, quam dedimus rationem ea, quae libros adhuc occupavit. GESN. Οὐ γὰρ ἦν καταβὰς τοῦ χεῖρά μοι ἐπιδοῦναι) Video, Anonymum quendam in Miſcell. Obſ. Brit. menſ. Sept. & Oct. 1732, pag. 148, ad haec verba ſic commentari: » Οὐ γὰρ ἦν καταβὰς τοῦ ἐπιδοῦναι non eſt pura Graeca locutio: & praeterea ſi repetere eundem ſenſum circulo unius periodi eadem phraſi & conſtructione non ſit proprie Battologia, fateor me nunquam aliquam vidiſſe. Οὐκ ἦν καταβὰς — ὃ δὲ οὐ κατῆλθεν. χεῖρά μοι ἐπιδοῦναι — οὐ χεῖρα ἐπέδωκεν. Benedi-

ctus tam perſpicuam tautologiam ferre non potuit, & in Latina ſua verſione luxuriantia verba ſuppreſſit, ultimamque clauſulam omiſit. Ideo legerem, &, ſi non me fallat opinio mea, approbantibus id omnibus aequis Atticiſmi iudicibus, ΟΥ γὰρ ἦν ΚΑΤΑΒΑΝΤΟΣ χεῖρα &c. ac ſi dixiſſet, *ille, ad quem pertinebat haec officia praeſtare, ne unum quidem praeſtitit, ſed contrarium prorſus.* Olim mihi ſcrupulus incidebat circa locutionem hanc, τὸ φορτίον ἀφελεῖν· an ſit pura phraſis, literatorum iudicio relinquam. Herod. Clio. cap. 80, ταύτας πάσας ἀλίσας, (i. e. Camelos) καὶ ἀπελὼν τὰ ἄχθεα. Uti hic legerem, καὶ τὸ φορτίον ἀφελεῖν —. Ut mihi videtur, in Luciani loco modo laudato, ὃ δὲ οὔτε κατῆλθεν — non recte ſequitur & convenit cum οὐ γὰρ ἦν καταβάντος. Sed haec difficultas facili modo tollitur, legendo ſolummodo ὅδε loco ὃ δέ.» Haec ille. Sed pleraque fruſtra. Nam primo ἦν καταβὰς, pro κατέβαινε, periphraſis adeo eſt uſitata, ut vix opus ſit modice perito exempla commonſtrare. Recte vero alius Anonymus B. in nott. ad eaſdem Obſervatt. eum ob id reprehendit, uſumque huius participii a Budaeo ac Steph. iam ſatis oſtenſum ait, additque Aelian. V. H. II, 4, ubi ἦν ἑστουδακώς. Cui addo unum maxime efficax ex Ariſtot. IV Metaph. cap. 7: Οὐδὲν διαφέρει τὸ ἄνθρωπος ὑγιαίνων ἐστὶν, ἢ τὸ ἄνθρωπος ὑγιαίνει. ἢ τὸ ἄνθρωπος βαδίζων ἐστὶν ἢ τέμνων, τοῦ ἀνθρώπου βαδίζειν ἢ τέμνειν. Quod exempl. cum decem aliis ſimilibus affert frater G. O. Reitz. in Belg. Graec. p. 402 —3. (qui tamen cum doctiſſ. Ten Katen aliquantillum differentiae ſtatuit: quod iam non diſquirimus, contenti demonſtraſſe utique Graecam eſſe periphraſin.) Immo & Luciano non infrequens eſt, ut in Quom. Hiſt. c. 3, ἐν ᾧ ἐτύγχανε οἰκῶν. Infra c. 52, ἣν διδάξας. Et Gall. c. 19, ἀποσκώψας ἔσῃ· & ſimil. quae ex Indice patebunt. Ita Latini, ut Salluſt. declam. II, *es habens.* Dein τοῦ ἐπιδοῦναι quidni maxime probum eſſet, cum ſit ellipſis τοῦ ἕνεκα, non ſexcenties, ſed ſex millies frequentata? cum genitivis nominum ſubſtantivorum quidem frequentior; ſed & cum articulo & infinitivo, ut Heliod. Aeth. L. IX, p. 420, (quem ad partes vocat Elſner. ſed aliud agens, ad 2 Theſſ. 2, 2.) τοῦ εἶναι καὶ τεθνᾶναι σαλεύων. Immo vel τοῦ ſolum pro τοῦ ἕνεκα Ariſtoph. Nub. 22. Tertio, fruſtra etiam ὁ δὲ ſollicitatur, quod ἐπανόδῳ inſervit. Vid. ſupra Hermot. c. 28 f. Ὅς, δέον τὴν πηλειάδα καταστοξεῦσαι, ὁ δὲ τὴν μήριν θον ἔτεμεν &c. Et Herodian. II, c. 8 f. Repetitio vero ſic defenditur in notis Obſervatt. Miſcell. „ Videtur aſinus, aegerrime fe-

rens pueri huius insolentiam, hac repetitione voluisse indicare iniquitatis magnitudinem, totusque locus ita ibid. bene vertitur: *Non enim descendere solebat, ut mihi manum porrigeret, vel humo allevaret, vel onus demeret: immo non solum non descendit, vel manum praebuit, verum a summo capite & auribus incipiens totum me fuste dedolabat.*» Cum autem Apuleius, (s. potius Appuleius, ut est in Inscriptt. ap. Reines.) idem agens VII Metam. p. 145, dicat, *CUM DEBERET egregius agaso manum porrigere*, id revera favet Anonymi correctioni οὗ δὲ ἦν· modo non dixisset, haec Graeca non esse. Si quis tamen verba ὁ δὲ usque ad ἐπέδωκεν pro glossemate habere velit, per me licet. Solanus quoque se non expedivit, nescius, quo οὗ, quod L. habet, sit referendum. Sed si *οὗ cuius* admittere libuerit, id iam placeret, nec nominativus sequens me offenderet, memorem eorum, quae Iens. collegit in Lectt. Luc. p. 71, 73—80. Non minus, inquam, quam in Ep. ad Ephes. IV, 1 & 2, ubi accusativus & nominativus simul infinitivo iunguntur: quae constructio egregie defenditur a Iac. Elsnero, ex Aelian. V. Hist. XIII, 23, ubi βληθεὶς & παθὼν praecedente αὐτῷ habemus. Idem ex eodem XIV, 18 &c. Sed quo evado! Planius tamen erit, si οὗ vel δέον habeamus. REITZ.

Pag. 168. *l.* 2. Ἐξ ἑτέρου χωρίου εἰς ἕτερον χωρίον) Χωρίον non est *regio*, ut putavit interpres; sed *fundus*, *praedium*, quemadmodum saepe apud optimos auctores. Plutarch. de sui laude pag. 544, ὡς γὰρ οἰκίαν καὶ χωρίον &c. Div. Luc. in Act. Apost. IV, 34, ὅσοι γὰρ κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον. L. Bos.

ead. l. 3. Κομίσας) Id est, *agens*, *ducens*. GUYET. Sic iterum capite sequenti. An satis Graece, addubito. SOLAN. Non satis Graecum arbitratur Solanus, pro *deducens*, quia proprie notaret *ferens*, *portans*. Verum non modo rursus ita cap. seq. sed & eodem modo bis legi in Long. Past. cuius stilus cum Nostri satis congruit. Ait autem Longus L. 2, p. 74 ed. Iungerm. Χλόην εἰς ὀφθαλμοὺς ἐκόμισαν, *Chloën in conspectum adduxere*. Et IV, 119 ed. Moll. (errore typogr. est p. 127) ἐπηγγέλλετο (Δάφνιν) κομίσειν εἰς τὴν πόλιν. Immo & Sophocl. Ai. flag. v. 63, Ποίμνας τε πάσας εἰς δόμους κομίζεται. At ne credas, de mortuo pecore domum portato sermonem esse, confer versum praecedentem, Τοὺς ζῶντας αὖ δεσμοῖσι συνδήσας βοῶν, & videbis, de vivis loqui poëtam, nec talia in Luciano sollicitabis. REITZ.

Pag. 169. *l.* 4. Ἑαυτὸν) Ecce rursus pro ἐμαυτόν. Conf. su-

pra ad cap. 13 f. & ſaepe alibi, ut patebit, ſpero, ex Indice; quare talia non mutanda. REITZ.

ead. l. 7. Κομίσας) Confer modo notata ad c. 31. REITZ.

ead. l. 10. Αὐτὸν) Lege αὐτοῦ. SOLAN. Neque opus eſt, ut cum viro docto Britanno in Miſcell. Obſ. Vol. II, pag. 374, αὐτὸν in αὐτοῦ mutemus: neque huc pertinet illa αὐτοῦ notio, qua ad herum, praeceptorem, eminentem virum, refertur, quod Belga obſervator putat l. c. Sed ὁ αὐτὸς eſt *idem*: ad *eundem* ſuum meumque dominum, vel, quod eandem hic vim habet, ad *communem* dominum. GESN.

ead. l. 15. Αὐτοὺς) Legendum putaram αὐτὰς, ſed quia *pueros* nominavit, nihil mutandum. SOLAN.

Pag. 170. *l.* 1. Πλησιάζειν) *Congredi*, *coire*. GUYET.

ead. l. 6. Γαμεῖν ἐβούλετο) Sic γαμηθεῖσαν accipit Kuſterus in Schol. ad Ariſtoph. Plut. 1082. GESN.

ead. l. 12. Τὰ κρέα) Vide Reinef. Var. Lect. 289. SOLAN.

ead. l. 13. Ἦν ἔρηται) Ὁ δεσπότης deeſſe videtur. GUYET. Non deeſt δεσπότης, ſed intelligitur, vel potius αὐτὸς intelligendum relinquitur, ut notiſſimum, hoc pronomine herum κατ' ἐξοχὴν deſignari, veluti *ipſe adeſt* ap. Terent. ſatis crebro. Ariſtoph. Nub. v. 220, Ἰὼ οὗτος, ἀναβόησον αὐτὸν μοι μέγα. Quod vel honoris cauſa fieri, recte ibi monet Scholiaſt. dicens: Τιμῶν τὸν διδάσκαλον οὐκ εἶπε, πρῶτον τὸ ὄνομα. Sub αὐτὸν autem *Socratem* intelligi, ex ipſo Ariſtophane ſatis eſt apertum. Conf. & Scholiaſten eius ad Nub. 195, ubi & ἐκεῖνος eod. more accipi multis tradit. REITZ.

Pag. 171. *l.* 13. Ὁλόκληρος) De poteſtate huius verbi vid. ſupra ad Amor. cap. 24. Et hic ſignificari intelliges *non caſtratum*. REITZ.

ead. l. 15. Νῦξ βαθεῖα) Sic rurſus infra cap. 56. Et βαθεῖα ἑσπέρα, in Quom. Hiſt. c. 28 m. Βαθεῖαι εἰρῆναι, Alex. c. 25, Tox. c. 36, Herodian. IV, 10, 1 &c. REITZ.

in Schol. Ἐκ παραλλήλου) Idem legi in C. teſtatur Solanus. Nec immerito id inveſtigaſſe videtur, quia ἄτοπον. Ego quidem ſenſum eius non percipio. Niſi ſimul reſpiciat ad proxime praecedens ὁλόκληρος· quaſi Scholiaſta innuat, ἀκέραιος hic idem fere eſſe, vel conſequens τῷ ὁλοκλήρῳ, ut qui *integer* ſit, etiam ſit *innoxius*. REITZ.

Pag. 172. *l.* 2. Αὐτοὺς) Vide not. ad Θ. Δ. X. SOLAN.

Pag. 173. *l.* 7. Εὑρίσκει) Legendum neceſſario aut εὑρίσκει, aut εὑρήσει. In utraque Veneta εὑρήκει, quod ad emendationem viam monſtrat. In reliquis εὕρηκε. SOLAN. Qui ſemi-

perit, quoties ι & η male permutentur, maxime in ed. *Iunt.* facile videbit, eam, dum εὑρήσκει ſcribit, imitatam Mſ. quod eo ipſo εὑρίσκει dare voluit, ſed bene dictantem male excepit: ita eadem *Iunt.* cap. 20 huius Dial. ξήφει pro ξίφει. Vid. ſaepe alibi in variantt. notata ſimilia, quae vix operae foret notaſſe; niſi hi ipſi errores ad inveſtigandum verum occaſionem praeberent. Corrupta autem illa pronuntiatio η inſtar ι proferendi non eſt adeo nova, atque auctores nonnulli, qui de Graeca pronunt. ſcripſere, volunt; quin & in Inſcriptt. inveniuntur eius veſtigia, ut ἀνέθικεν pro ἀνέθηκεν in Inſcript. Reineſ. p. 633, ac non ſemel alibi apud eundem. Cum Henninius recte ex ipſis fontibus docuerit, veteres ſonum literae η balatui ovium comparaſſe, quae inde μῆλα dictae. At εὑρήσει quoque inde conficerem, quod hic aeque bonum; niſi uſu doctus eſſem, in alteram partem peccare illas edd. & in η pro ι ſubſtituendo facilipres eſſe, quam ut κ inſerant. Vulgatum εὕρηκε languet, & videtur ex eod. errore ortum, quod εὑρήσκει ſcriptum invenirent, & id vitioſum ſentientes, ita corrigere voluerint. REITZ.

Pag. 174. *l.* 6. Τούτων — γάμων) Modo plur. num. effertur indiſcretim, modo ſing. Sic ὁρεῖον ἦδη γάμου habuimus ſupra Tox. c. 22, 1 Ver. Hiſt. c. 21 &c. & infra Dial. Mer. 2. Sed plural. Amor. c. 51 pr. Dial. Mer. VII. Ariſtoph. Av. 132. Item ter quater promiſcue in Evang. Matth. XXII, 2 & ſeqq. Ὄνειο autem per contemtum dici, ut ap. Terent. And. V, 3, 18, *Habeat, valeat, vivat cum illa*, facile apparet. REITZ.

ead. l. 12. Θεοφόρητος) Illud certum videtur, hic pariter & paulo poſt, ubi redit hoc nomen, nihil de inſtinctu Deae, aut enthuſiaſmo adeo aſini, ſed deſignari *gerulum Deae*, ut Apuleius appellat. Sed utrum hoc ſignificari poſſit θεοφόρητος, quaeritur? Favet certe, quod ex Polybio profertur ἀληφοφόρητος, iure ſuffragii carens, qui non fert ſuffragium. GESN.

ibid. Ὁ δὲ αὐλητὴς ὅμιλος) H. e. *tibicinum coetus*. Eleganter dictum pro αὐλητικὸς ὅμιλος, quemadmodum apud Comicum Pace 692, τὸν δημότην ὅμιλον, pro δημοτικόν. Vid. ib. Schol. L. Bos. Αὐλητὴς ὅμιλος neſcio an hic recte dicatur. Tragicum enim eſt. Eurip. Hec. 921: Ναύτην οὐκέθ' ὁρῶν ὅμιλον. SOLAN. Adſcripſerat Solan. vid. infra Παραστ. cap. 43. Ibi vero nihil aliud invenio, quam καὶ πᾶς οὗτος ὅμιλος· turbaque philoſophorum ibi intelligitur; quid autem hoc ad rem? Nec ſatis indicat, qua de re dubitet, de ipſo apparatu muſico huc non pertinente, an quod vitioſa conſtructio αὐλητὴς ὅμιλος. Sed

videamus Euripid. ad quem provocat. Ibi legimus, *ναύταν οὐκέθ' ὁρῶν ὅμιλον*, *nauticam non amplius videns multitudinem.* Unde iam credebam, eum non dubitare potuiſſe de ſubſtantivo *αὐλητὴς* pro *αὐλητικὸς*, quod *ναύταν* pro *ναυτικὸν* ſimiliter eſt in Eurip. quodque ex Ariſtoph. modo etiam probavit Bos, noſque ſupra in 2 Ver. Hiſt. cap. 46, ubi Ἑλλάδα *φωνὴν* pluribus confirmavimus, & aliis etiam augere poſſemus, ut ex Heſiod. Ἔργ. 191, *ὕβριν ἀνέρα* &c. Sed vid. Appendicem de Syntaxi Aretaei in ed. Boerhavii p. 358 b. At multo minus de tibiis in ſacris hiſce adhibitis dubitare potuit. Quare apparet, ſtilum tragicum ab eo culpatum; fruſtra tamen, ut ex bene multis aliis, quae Ienſ. ex Noſtro aliiſque proſaicis ſcriptoribus attulit in Lectt. Lucian. loco ſupra ad Ver. Hiſt. a me adducto. REITZ.

ead. l. 13. Ἀπορρίψαντες — ἐλίσσοντες) De hac participiorum ſtructura vid. ad Tox. c. 2. REITZ.

ead. l. 15. Τοῖς ξίφεσιν ἐτέμνοντο τοὺς πήχεις) Non debeo hunc locum inobſervatum praetermittere, quia ſunt eaedem voces in eadem materia, qua annotovi in tomi primi pagina 475. Nec tamen nunc *πήχεις* aliter vertunt, quam *lacertos*, quod illic quoque volebamus. Verum neſcio, qui intelligantur haec praecedentia, *τὴν κεφαλὴν κάτωθεν ἐκ τοῦ αὐχένος ἐλίσσοντες*, ubi Baſileenſes, *caput ſubtus guttur ligantes*; Benedictus, *depreſſa cervice caput torquentes.* Nihil horum probari poteſt, & Graeca exigunt *inferne ab cervice caput verſantes* ac torquentes, ut nempe cervix cum capite videretur in omnem partem converti. GRON.

Pag. 175. *l.* 5. Τυρὸν καὶ οἶνον κάδον) Ridicule prorſus antehac legebatur οἶνον καὶ τυροῦ κάδον. Quod ex coniectura quidem, ſed certiſſima, emendavimus. SOLAN.

Pag. 176. *l.* 11. Καλῶς — ἀκούειν) Phraſis Latinis aeque ac Graecis familiaris. Confer ſupra Nigr. cap. 22, ibique not. Bourd. Item Prometh. c. 1. Philoſtr. Vit. Soph. I, c. 2, pag. 505. Sic & *καλῶς ἀκούειν*, Epict. Sent. VII. Alia ſimilia dedit Ienſ. in Lectt. Luc. p. 272. REITZ.

ead. l. 15. Ἐκ τῶν ἀστραγάλων μάστιγι) Quo ſcilicet in ſe ipſos furioſi iſti ſaeviebant. Reineſius etiam in ſervis caſtigandis adhibita obſervat ex Plut. adverſ. Colot. & apparatum ex Apuleii VIII diſci poſſe. SOLAN.

Pag. 177. *l.* 7. Εἰς) Pro ἐν· confer ſupra dicta ad c. 1 huius fabulae. REITZ.

ead. l. 14. Ἔγνω) Vid. ſupra c. 20. REITZ.

Pag. 178. *l.* 10. Καὶ τοῦτό μοι ἤδη πεπράξεται) Eadem conſtructio eſt infra Iov. Trag. cap. 7 pr. Ἄριστα κεκήρυκταί σοι. Conf. & ſupr. c. 24. REITZ.

ead. l. 11. Ὁ ὑμὸς) Ita *Fl. I. Ald.* & *Fr.* At *Baſ.* 2. *P. S.* & *A.* οὐμὸς. *Ven.* 2. vero ὁ ἐμὸς· ut omnes libri ſcribunt cap. 46 & 55. SOLAN. Οὐμὸς) Quia res eſt parvi, & utrovis more ſcribitur, ſervavi hic ſcripturam Pariſinae aliarumque nonnullarum, etſi mox cap. 46 & 55 eadem cum ceteris ὁ ἐμὸς exhibet. REITZ.

ead. l. 14. Καινίδος) P. & *I.* ed. κονίδος. Sed aut genuina hic eſt vox καινὶς, aut ſcriptum fuit τοῦ κινδύνου. SOLAN. Niſi κοπίδος ex κονίδος malis. REITZ.

ead. l. 17. Ἀνατρέπω) L. Bos in Evang. Ioan. c. 2, 15, (ubi legimus, καὶ τὰς τραπέζας ἀνέστρεψε) quoque mallet legere ἀνέτρεψε, quod hoc verbum in hac re proprium ſit, non item ἀναστρέφειν. Idque ex Plutarch. Gall. p. 1055, item his Luciani verbis, & Gall. c. 12, ac Dial. Meretr. XV pr. alioque ex eiuſd. Demonacte petito teſtimonio probatum it, ubi ſimiliter ἀνατραπέντος τοῦ σκάφους, *ſubverſa navi*, quoque habemus. Atque, ſuae coniecturae non obſtare, quod Matthaeus & Marcus pro eo habent καταστρέφειν· cum καταστρέφειν & ἀνατρέπειν in ſignificatu plane conveniant, non ita καταστρέφειν & ἀναστρέφειν. Idem iam egit I. Gronov. ſupra (T. IV, Zeux. c. 10, p. hui. ed. 447) ubi ἅρματα ἀνατρέψαντες male olim redditum erat, *currus ſubverſos*, cum ſit *converſos, redeuntes, circumactos*. Confer etiam, ſi lubet, Bergl. ad Alciphr. I, Ep. 27, ὅλον με αὐτὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀνατρέψασα, δουλεύειν ἀπηνάγκασας, *me totum ſecundum proverbium ſubvertiſti & ſervire coëgiſti*. Quo loco ille Graece perdoctus commentator docet, de luctatoribus proſtratis ſaepe capi hoc verbum; ſed metaphoram deductam ab inverſis vaſis. Et ut quis dicat, parvi intereſſe, ac τὰς τραπέζας ἀναστρεφθείσας facile tamen intelligi *inverſas*, cum & ἀναστροφὴ vulgo ſignificet *inverſionem*; ego viciſſim aio, ſaepe mirum quantum intereſſe. E. c. quando apud LXX, Ierem. XLVI, 26, al. 27, legimus, καὶ ἀναστρέψει Ἰακὼβ, quod eſt, *& revertetur Iacob* ex captivitate, ſive redibit in terram ſuam: ſi ibi legeretur ἀνατρέψει, *evertet*; quam multum hoc differret? REITZ.

Pag. 179. *l.* 4. Γὰρ) Illud γὰρ, quod in omnibus deerat, cum ſine eo ſententia ſtare non poſſet, ex coniectura addidimus. SOLAN.

ead. l. 13. *Καινότερον*) Non ſperno lectionem Cod. P. vertoque, *aliquid maxime mirandum*, ſ. *nunquam ante viſum auditumve*. Long. Paſt. IV, p. 124 f. ed. Moll. (per errorem operarum eſt p. 132) Καὶ ἴσως ἂν, τὸ καινότατον, εὑρεθεὶς ἀπολώλει Δάφνις. Quod recte verrit Mollius: *ac fortaſſis, quod maxime mireris, a ſuis iam inventus periiſſet Daphnis*. Nec ideo tamen vulgatam amoveo, quae aliis vel melior videbitur, quod comparativus reſpiciat ad miraculum praecedens, dum poteſtas voci interim maneat eadem: nam & infra hoc Dial. c. 52, καὶ τῷ δεσπότῃ καινότερον ἐν ἐμοὶ ἐπιδείξόμενος. REITZ.

in Schol. l. 2. Ἀπατέωσιν) Suidas: Ἀγύρτης, ὁ ἀλαζών, καὶ ἀπατεών. Scribendum igitur ἀπατεῶσιν. Schol. autem ſeq. ἐτερατεύσαντο adſpirate editum mutavi, quia typotheae tantum error eſt. REITZ.

Pag. 181. *l.* 10. Ὀθόνην) In Coll. & P. ὀθόνη τὰ ὑμάτιά μου σπερᾶσαντες. SOLAN.

ead. l. 16. Ὥστε με) Sic habere dixi edd. quod verum eſt, ratione particulae ὥστε, non ratione accentus; legunt enim ὥστέ με, quod cum contra canones Grammaticorum ſit, & hic & alibi mutavi, quoties occurrebat. Occurrebat autem ſaepiſſime. REITZ.

ibid. Ὑπὸ) Indagavit Solan. num aliae ἀπὸ haberent, quod alias facile permutatur. Sed ἀδιάφορον hic arbitror, & ὑπὸ recte hic habet. Sic ὑπὸ τινὸς πάσχειν habuimus pro Imag. c. 1. Alia ratione ὑπὸ & ἀπὸ promiſcue interdum uſurpari poſſe, ſupra monuit Hemſterh. T. I., ad Timon. (p. 332 ſq. huius ed.) Sed quod propius huc ſpectat, ἀπὸ viciſſim eſt in Evang. Luc. VII, 35, ἐδικαιώθη ἀπὸ &c. ubi regulariter foret ὑπό. Plura in promtu habeo. Sed quia hic nihil difficultatis, teſtimonia non profundam fruſtra. REITZ.

ibid. Ὥσπερ στρόμβον ἐξανῦσαι στρέφεσθαί) Si Eraſmus ad Belgiciſmum ſolummodo attendiſſet, non vertiſſet, *ut e veſtigio more turbinis circumducerem molam*; dum contra ipſe, qui plagas patitur, circumagitur inſtar turbinis. REITZ.

Pag. 182. *l.* 14. Ἀνυπόδητος) Quia utrumque frequenter invenitur, ἀνυποδήτου & ἀνυπόδετος hoc loco ſic dedidi, ut edd. & Codd. habent, etſi aliter ſupra cap. 16 &c. ubi vide, quae Solanus & ego notamus. REITZ.

ibid. Πάλιν) Ex Codice P. eſt haec ſcriptura. In reliquis πάνυ eſt. SOLAN.

ead. l. 16. Ἐξιόντων) Non ſatis ſanus hic locus eſt. SOLAN.

Pag. 183. *l.* 3. Ὅποι ἀπάγει) Sic Mſſ. Regg. 2956. &

3011. rectius, quam quod adhuc edebatur, ὅπου ἀπάγοι. *Fl.* quoque ὅποι.

cad. l. 11. Ἀκινδυνότατον) Grammatici quidam nimis generaliter praecipiunt, comparativos & ſuperlativos ὁτερος & ὁτατος, ſive ὡτερος & ὡτατος facere, quando penultima poſitivi habet vocalem communem: itaque hic υ praecedente, indifferens foret, quam ſcripturam ſequare. Sed non ita intelligendus ille canon, quavis vocali per ſe communi praecedente, comparativ. & ſuperl. quoque indifferenter ſcribi; ſed ſi re vera faciat ſyllabam communem. At quando ι vel υ in poſitivo quodam revera eſt longum, ὁτατος breve ſcribendum, & contra. Itaque ἀκινδυνότατον hic rectum, quia υ in κίνδυνος longum; vid. Hom. Batrach. v. 11. REITZ.

cad. l. 13. Ἐν ταῖς πληγαῖς) Solan. in marg. *Iunt.* adſcripſerat, conferendum cap. 12 in Quom. Hiſt. At ibi quidem lectum ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντα. Verum quia ibidem ἐνὶ pro ἐν eſt in 2 Codd. idque probabilius, iſte locus nihil ad rem facit. Et quamquam ad Herodot. c. 5, & Dial. Mort. XXIII, abunde ſit demonſtratum, ἐν ſaepe abundare, ac pro ablativo cauſae vel inſtrumenti valere; tamen ne iſta quidem defenſione hic locus indiget, quod ἐν ne quidem commode hic abeſſet, cum in ipſis plagis, i. e. inter plagas mortuus dicatur. Veluti ἐν τούτῳ ſignificare interea, plus quam notum: qui dubitat, videat fratris optimi Belg. Graeciſt. pag. 469, & Long. Paſt. II, p. 59. Et eiuſdem L. 2 pr. πᾶς ἐν ἔργῳ. Noſtr. infra cap. 47 m. ἐν γέλωτι. Si tamen & hic ablativo inſtrumenti opus eſſe velis, habe tibi eandem locutionem ex Antiphon. ſupra prolatam T. II, p. 523, σὺ δέ με ἐν ἀφανεῖ λόγῳ ζητεῖς ἀπολέσαι, & hoc loco τὸ ἐν ne ſollicita. REITZ.

cad. l. 17. Ἐπέδωκε) Mallem ἀπέδωκε. Vide tamen c. 45, ubi eadem vox in vulgatis occurrit. SOLAN.

Pag. 184. *l.* 4. Οἴκημα ὑπερῷον) In Act. Apoſt. I, 13, habemus, ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον. Ibi L. Bos demonſtrat, ὑπερῷον eſſe adiectivum; non tamen compoſitum, ut Scholiaſtae & Euſtath. voluere; ſed ab ὑπερὸς *ſuperus* tantum formatum, ut πατρῷος, μητρῷος, & ſimilia: atque in omne genus terminatum ſubſtantiviſque adiunctum inveniri, quae apud eund. videre licebit. REITZ.

cad. l. 6. Τότε) Lege πότε. SOLAN.

Pag. 185. *l.* 8. Ἐπέδωκαν) Παρέδωκαν correxerat in *Iunt.* Solanus, quia in P. ſic erat, etſi omnes edd. ἐπέδωκαν habent. Si illud παρέδ— in pluribus Codd. reperiretur, lubens in

contextum recepiſſem. Iam vero, cum & Herodian. ἐπιδιδόναι uſurpat, pro *permittere, tradere ſe alicuius poteſtati*, vel *voluptatibus*, nihil muto. Vid. illum L. 2, 1 fin. & 2, 7 pr. ac ſaepe alibi. Nam licet *augeri, creſcere*, plurimum ſignificet; tamen & *donare* notare, notum eſt: quidni igitur *tradere* & hic ſignificaret? ut ap. Ael. XII, 28, ἐπιδόντος αὐτὰς (Συγατέρας) τοῦ Λεὼ εἰς τὸν χρησμὸν τὸν Δελφικόν. Ubi ex ſequentibus videbis, filias traditas fuiſſe ad caedem. Ne plura congeram ſimilia. REITZ. Cum P. faciunt Mſſ. Regg. 2956. & 3011.

ead. l. 9. Ἄσβεστον ἐγέλων) Hom. Il. Α, 599, Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν. SOLAN.

ead. l. 10. Ἐξ ἐμοῦ — ἐξ ὅτου παραλύσεως) Vide Zenob. V, 39. SOLAN.

ead. l. 16. Πόλεως τῶν ἐν Μακ.) Supra Ζεῦξ. c. 8. SOLAN.

Pag. 186. *l.* 11. Ταῖς τέχναις) *Furtis.* GUYET.

Pag. 187. *l.* 12. Προελθόντες) Ita recte *Fl.* editio. Reliquae omnes προσελθόντες. SOLAN.

Pag. 188. *l.* 5. Καταπίνεται) Qui neſcit, καταπίνειν etiam de cibis ſolidis uſurpari, meminerit, de piſcibus hamum deglutientibus non ſemel dictum ſupra in Piſcat. Adeatque Alciphr. I, Ep. 22 pr. ubi καταπόσεις πλακούντων inveniet, ibique Berglerum dicentem: *Conf. Horat. II, Serm. VIII*, Ridiculus totas ſimul abſorbere placentas. *Ita uſurpatur* καταπίνειν. *Sic* κατέπιον τεμάχη *Ariſtoph. in Nub. v. 337, & Lucian. in Aſino* h. l. *Ibidem ſupra c. 28,* μάζας ὅλας κατέπιεν. *Quemadmodum & Teleclides ap. Athenaeum VI, p. 268,* μᾶζαι — ἱκετεύουσαι καταπιεῖν, mazae orantes ut ſeſe deglutias. *Plato in Euthyphr. de Saturno filios devorante:* ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπινεν οὐκ ἐν δίκῃ. *De eodem Saturno Lucianus in Saturnalibus c. 5,* — λίθον — ἀντὶ τοῦ βρέφους ἔδωκε καταπιεῖν. Sed exemplorum tota agmina poſſent adduci: vix enim alio verbo Graeci utuntur pro *deglutio*, quam καταπίνω. Ariſtot. Hiſt. Anim. VIII, 3 pr. σῖτον δὲ, οὐδ' ἐὰν τις ψαμίζῃ, δύναται καταπιεῖν. Quid tamen differat a καταφάγω & καταβρώσκω, facile apparet vel ex Lucian. Demon. c. 35, ubi piſces dicit καταβρώσκειν τινὰ, i. e. *cadaver hominis devorare, ſive depaſcere*, & καταφαγὼν ἰχθῦς, qui piſces comedit: nam hi non poſſunt adeo ſubito *abſorberi, deglutiri*, ut alia eſculenta. REITZ.

ead. l. 6. Ἠχθόμην ἐπὶ τοῦ δεσπότου) Doct. I. Gavel in fin. Obſ. ad Ocyp. in Miſcell. Obſ. T. X, haud inepte emendat ὑπὸ τοῦ δεσπότου. REITZ.

ead. l. 9. Συμπόσιον) *Ad convivium* vertit Eraſmus. Sed

hic significat *in triclinium*. Vid. Polluc. I, Segm. 79. REITZ.

ead. l. 10. Παραθεῖναι εἶπε) Hemsterh. in marg. adscripserat, consulendum Dukerum ad Thucyd. p. 462, 80, i. e. L. VII, c. 29, ubi is ex Thucyd. Lucian. ac Theocr. docet, εἰπεῖν saepe valere κελεύειν. Ac verbum λέγειν similiter *iubendi* significatu non semel occurrere. Hunc igitur adi, & brevitati nostrae ignosce. REITZ.

ibid. Εἶναι ἐπ' αὐτῇ) Posses θεῖναι coniicere, nisi nimis prope παραθεῖναι praecessisset, quod tamen non adeo curarem, si mutatio esset necessaria; sed vulgata stare potest. De ἐπ' αὐτῇ autem, pro ἐπ' αὐτῆς, quod usitatius, vide supra ad Tox. c. 20, & hoc Asin. c. 44 f. ἐπ' ἐμοί. REITZ.

ead. l. 12. Κατακειμένους) Legendum forte κατακεχυμένους, nisi forsan legendum sit, ἐν γάρῳ καὶ ἐλαίῳ κειμένους. GUYET. Lege κατακεχυμένους. SOLAN.

Pag. 189. *l.* 6. Κατηχεῖν) Rursus infra Z. Tp. cap. 37 f. & Φιλοπ. c. 17. SOLAN.

Pag. 190. *l.* 2. Τοῖς ὀφθαλμοῖς) Quod si inverso ordine legas ἦτουν τὸν οἰνοχόον, τοὺς ὀφθαλμοὺς κινήσας, tum lectio Florentinae praevaleret vulgatae; si vulgarem ordinem servamus, malum est τοὺς ὀφθαλμούς. REITZ.

ead. l. 7. Σκευὴ μοι ἦν πολυτελὴς) Licet Florentinae lectio non sit absurda, vulgatam tamen praefero. Quia ἡ σκευὴ *habitus, apparatus*, ut generale rectius praemittitur, dum qualis ille fuerit apparatus, statim per partes enarratur. REITZ.

ead. l. 8. Πορφυρᾶ) Lege πορφυρᾷ. GUYET. Πορφυρᾶ scil. habebat *S*. Sed vett. recte πορφυρᾶ. REITZ.

ibid. Ἐμβάλλομαι) Vulgatam iterum potiorem arbitror. Vide, quae notavi ad Amor. cap. 47, γυναῖκας ἐξηρτημένας λίθους &c. REITZ.

ead. l. 12. Δεῦρο) Quid hoc δεῦρο sibi velit, nemo, credo, expiscetur. SOLAN.

Pag. 191. *l.* 16. Τὴν ὄψιν ἰκανὴ) Salmurienſis τὴν ὄψιν ἰταμὴ, *facie impudenti*: quam lectionis varietatem miramur praetermissam a diligentissimo ceteroquin Reitzio.

Pag. 192. *l.* 7. Εἴτε καὶ ἀνύσει τι ἐκείνη ἐξ ἐμοῦ, εἴτε καὶ μὴ) Benedictus, *sive aliquid, sive nihil ex me faceret*, ut voces palam & caute sequitur, ita sane evertit omnem sensum, qui nullus in his est. Basileenses, *qui parum curans mei iacturam* &c. quos verissime assecutos censeo mentem auctoris. Nam ἀνύω prorsus idem hic est, quod ἀναλίσκω perdo & detero, parum curans, *si quam mei partem illa imminueret* ac corrumpe-

ret, *necne.* GRON. Plane diverſa Gronovianae explicationi tradit L. Bos in Obſerv. Crit. pag. 45, ubi propoſitis Ariſtophanis verbis (ex eius Plut. v. 194—6.) Ἀλλ' ἢν τάλαντά τις λάβῃ τριακαίδεκα, Πολὺ μᾶλλον ἐπιθυμεῖ λαβεῖν ἑκκαίδεκα. Κἂν ταῦτ' ἀνύσῃ, τετταράκοντα βούλεται, ait: *Quid hic ſit ἀνύειν, cognoſci poteſt ex oppoſito,* ἐπιθυμεῖν λαβεῖν, *nimirum* impetrare & obtinere, *quod quis cupit & rogat. Elegans uſus huius verbi eſt in hoc ſignificatu. ſed ad eum non ſemper attenderunt interpretes. Occurrit apud Heſiod. in* Ἔργ. p. 395,— καὶ μηδὲν ἀνύσῃς, & nihil obtineas, *vel* impetres. *Non ſatis accurate vertitur,* & nihil efficias. *Lucian. Aſin.* (h. l.) κἀκεῖνος οὐδὲν φροντίσας, εἴτε καὶ ἀνύσει τι ἐκείνη ἐξ ἐμοῦ, εἴτε καὶ μή. *Ubi nec Benedict. nec Baſileenſes recte ceperunt ſenſum. Benedict.* Qui non curans, ſive aliquid, ſive nihil ex me faceret. *Baſil.* Qui parum curans mei iacturam *&c. Exiſtimem ego,* ἀνύειν *hic etiam* obtinendi *ſignificatum habere,* ἀνύειν τι ἀπ τινὸς, *eſt* impetrare aliquid ab aliquo. *Similis locus eſt in Anthолog. quem etiam in Theſauro adduxit Steph.* ἠνυσάμην τοῦτο ἐκ τῶν Μοιρῶν, haec impetravi a Parcis. *Verterim igitur verba Luciani:* Et ille nihil curans, ſive etiam obtineret illa aliquid a me, ſive non, accipit mercedem. *Sic* perficere *Latinis eſt* obtinere. *Terent. Eun. Act. I, Sc.* 2, (*v.* 99.) quam ioco Rem voluiſti a me tandem, quin perfeceris? — Geſnerus recte iam dedit, *impetraret;* eique aſſentiens Gronovium minus recte haec cepiſſe exiſtimo. Nam licet pro *conficio, conſumo* quoque ſumtum, *perdere* poſſit ſignificare, minime id huc convenire videtur, quod ſe tam ſtrenuum glorietur mox ipſe. REITZ.

Pag. 193. *l.* 8. Τῷ χρωτὶ τοῦ μύρου) Mira phraſis; quid eſt χρὼς μύρου; SOLAN. Ἔρωτι legendum omnino. *Guyet.* Bene, ſed mallem χρίσματι, ex cuius compendioſa ſcriptura monſtrum χρωτὶ prodiiſſe mihi veroſimilius videtur. REITZ.

ead. l. 17. Προσκαλουμένη) Mallem προκαλουμένη. SOLAN.

Pag. 194. *l.* 4. Τὸ φεῦγον) Τῷ φεύγοντι legendum videtur. GUYET.

ead. l. 14. Ἐπιδειξόμενος) Veneta utraque recte. In reliquis ἐπιδειξάμενος. SOLAN.

ead. l. 15. Ἡ δὲ κατεχρήσατό μοι δεινῶς) Scribe, κατεχρήσατό μου δεινῶς. GRAEV. Nullam prorſus video neceſſitatem reſcribendi cum viro cl. μου pro μοι, cum paſſim καταχρᾶσθαι cum tertio caſu Noſter adhibeat. Sic in De luctu c. 20, τούτῳ συναγωνιστῇ καὶ χορηγῷ τῆς ἀνοίας καταχρῶνται· & in Mortuor. Dial. XIII, § 5, ὡς δὲ κατεχρήτο μου τῇ περὶ

παίδων (παιδείαν recte edidit Hemſt.) φιλοτιμία. In verbis mox inſequentibus, καί ποτε ἐλθὼν ὁ ἐπιστάτης, ἀπαγγέλλει τῷ δεσπότῃ τὸ ἔργον, ὡς ἦν αὐτὸς διδάξας, interpres inſuper habuit vertere ultima, ὡς ἦν αὐτὸς διδάξας, *quaſi ipſe id me docuiſſet.* IENS. Μοῦ P. & L. uti probe viderat vir clariſſimus. Vide Ἐνυπν. c. 3, & N. Δ. XIII. SOLAN. Quod eruditiſſ. Solanus ad confirmandum genitivum Somn. c 3 adducit, plane nihil eſt: ibi enim legas, οὐδὲ προτρεπτικῶς μου κατῆρξατο, a κατάρχομαι, non a καταχρῶμαι. Nec ipſe ibi in *Iunt.* ullam lectionis varietatem indicavit. Sed loca parallela eadem, quae Ienſius ibidem ſubiecit, quae tamen contrarium probant, quam quod in nota modo praemiſſa affirmat. In Dial. enim Mort. XIII illud μου non pertinet ad καταχρῆτο, ſed φιλοτιμία μου cohaerent. Et in tertio loco de Luctu nihil quoque varietatis adiecit, neque ibi, χορηγῷ καταχρῶνται emendat. Quare Ienſio aſſentior, vulgatam omnino eſſe ſanam. Eſſet aliquid, quod bini Codd. μου exhibent, ſi alunde pateret, hoc verbum genitivum amare; at cum iidem bis alibi quoque μοι cum edd. habeant, cur hic ab earum lectione diſcederemus, ne quidem ſatis cauſae foret. Immo vero, quis ait καταχράομαι potius genitivo gaudere? Et cum ſimplex χράομαι dativum poſtulet, ut vel pueris e ſyntaxi notum eſt, quidni & compoſitum eundem caſum ſervaret? Sed cum & Lucianus & alii id ubique cum dativo conſtruant, (interdum, ſed rarius, etiam cum accuſativo) potius dativus μοι reſtituendus fuiſſet, ſi in vulgata μου legiſſemus. Praeter exempla ſex ſeptem dativi, quae Stephan. iam dedit, vid. & Herodian. VIII, 4, 22, Aelian. III, 13, & IX, 9 pr. Dion. Halic. Ant. VIII, pag. 487 med. ἀλλὰ καταχρῆσόν μοι &c. Sed καταχρῶνται in libr. Apocryph. Epiſt. Ieremiae v. 28 iungitur accuſativo. Quare eo magis miror Graevii feſtinationem, qui ita contra tritiſſimam verbi ſyntaxin impegerit. REITZ.

ead. l. 17. Ἦν — διδάξας) De hac periphraſi per participium vid. ad c. 30 huius Dialogi. REITZ.

Pag. 195. *l.* 7. Καὶ πάντων ὀφθαλμοῖς) An legendum ἐν πάντων; GUYET. Ἐν πάντων ὀφθ.) Inſerui hic illud ἐν, quod tamen in nullo libro reperio. Phraſis notior eſt, quam ut ideo hic apologiam parem. SOLAN. Καὶ ἐν πάντων merito legit Solanus, cum Guyeto, & parum aberat, quin inſeruiſſem. Sed quia nuſquam comparet ἐν, abſtinui. Interim oportere inſeri manifeſtum eſt. REITZ.

ead. l. 13. Ἀπὸ χελώνης) Plerumque alias omittitur praepoſitio. Vid. ad 1 Ver. Hiſt. c. 6. Sed addit eam etiam Theocr. Eid. V, 95, αἱ μὲν ἔχοντι λεπτὸν ἀπὸ πρίνοιο λεπύριον, *illa quidem habent tenuem ab ilice corticulam.* REITZ.

Pag. 196. *l.* 12. Φύλλα) I. e. *ramos.* GUYET.

ead. l. 15. Τῶν ἀνθέων) *A ramis.* GUYET.

Pag. 197. *l.* 1. Ἔνδον) Lege ἔνθεν. SOLAN.

ead. l. 8. Κἀγὼ δραμὼν πρὸς τὸν ἄρχοντα τῆς ἐπαρχίας, ἐτυχε δὲ τῇ δεξᾷ ταύτῃ παρὼν, ἔλεγον κάτωθεν ὅτι γυνή με Θεσσαλὴ — χρίσματι μεμαγευμένῳ ἐπαλείψασα, ὄνον ποιήσει) Ridicule interpres, vertens, *Tum ego ad provinciae praefectum curro, intererat autem huic ſpectaculo, & dixi me a Theſſala — ab inferiori parte magico unguento perunctum, factum fuiſſe aſinum,* illud κάτωθεν componit cum χρίσματι ἐπαλείψασα, quaſi Lucius noſter, cum ungeretur a venefica, ungi coepiſſet a calce ad verticem: quod ſicut potuit eſſe verum, (nihil de eo monitum fuit ſupra) ita ad hunc locum ſic intelligendum nihil facit. Narrat Lucius aſinus, quemadmodum denique in theatro propoſitus, ut ibi cum homine femina congrederetur, viſis roſis, iiſque comeſis, repente priſtinae humanae formae fuerit reſtitutus, non ſine ſpectantium ſtupore; cum alii eum tanquam praeſtigiatorem igni cremandum cenſerent, alii ante audiendum, quam damnarent: tum *ego,* inquit, *accurrens ad provinciae praefidem, aderat enim forte ſpectaculo, ex inferiori parte* (theatri ſcilicet, unde ſe ad Praeſidem ſuperius conſidentem obvertebat) *memoravi, feminam Theſſalam, Theſſalae ſervam, me venefico unguento delibutum, feciſſe aſinum.* IENS.

ead. l. 10. Κάτωθεν) Vide Ienſ. SOLAN.

ead. l. 14. Γεγονὸς) Frater monet emendandum γεγονός· etſi prius edd. REITZ. Haud male Reitzius reſcribi iuſſit γεγονός· & ſic omnino exaratum videmus in Mſ. Reg. 2955.

ead. l. 16. Πατὴρ μὲν — Γάϊος) Quomodo iſta cohaerent? *pater mihi eſt Lucius, fratri autem meo Caius.* Interrogaverat Praeſes primo de nomine novi ex aſino hominis, tum de parentibus & cognatis. Nomen itaque ſuum debebat dicere ante omnia: nomen deinde fratris ſui indicare voluiſſe, ſatis ipſa ſtructura orationis indicat. Quid enim aliud poſſunt haec ſibi velle, *fratri autem meo Caius?* Itaque in verſione ipſum hoc *nomen* ſ. praenomen potius, ſupplevimus. Ceterum, niſi omnia me fallunt, lacuna hic eſt, eiuſmodi, πατὴρ μὲν ἔστι μοι — hic nominavit patrem & avum forte, & perrexit

deinde, ὄνομα δὲ ἐμοὶ μὲν ἔστι Λούκιος, τῷ δὲ ἀδελφῷ τῷ ἐμῷ Γάϊος. Patrem & forte avum ab eo appellatum, ſatis reſponſio Praeſidis indicat: ſed quî potuit diſſimulare ſuum? cum tamen ſuae profeſſionis mentionem faciat &c. Et quaenam ſunt τὰ λοιπὰ δύο ὀνόματα, quae communia ſibi cum Caio fratre eſſe dicit? Si dicas, ab ipſo ſcriptore detracta, & conſilio omiſſa, ut ſeriae narrationis ſpeciem fabulae ſuae circumponeret: at ille certe debebat curare, ut melius cohaererent cetera. Verum hoc ipſum quoque fortaſſe affectavit, ut truncatam eſſe orationem melius intelligerent lectores. Fortaſſe, & aliquid plus quam fortaſſe! Illud quidem apparet, Photii etiam tempore Λουκίου Πατρέως ſolum nomine lectam hanc fabulam, licet multum, quam haec Lucianica eſt, pleniorem. Vid. Cod. 129, p. 165 Hoeſchel. GESN.

Pag. 198. *l.* 4. Πατρὶς δὲ ἡμῖν Πάτραι) Lucius Patrenſis. Phot. Biblioth. GUYET. Hinc apparet, hoc opus eſſe Lucii Patrenſis, ſed compendio expreſſum. LA CROZE.

Pag. 199. *l.* 12. Φθείρῃ ὑπ' ἐμοῦ) Lege ἀπ' ἐμοῦ. GUYET. Recte Guyetus ἀπ' legendum voluit: quod vel ex una alterave editione etiam reſcire potuit: nam etſi ὑπ' eo ſenſu videretur rectum, ſi *perduris a me*, ſive *ego te perdam*, hic ſignificaret; tamen cum pro *abi in malam rem* valeat, atque etiam domo ſua hominem procul exſulare iubeat, non poteſt φθείρειν aliud, quam *faceſſere hinc*, ſignificare. Et ſic Alciphron non ſemel, ut I, Ep. 13, p. 56, τῶν ἐξ Ἐρμιόνης — εἰς Πειραιᾶ φθαρέντων. Et Ep. 34, p. 142, προαφθείρεται δὲ Ἐρπυλλὶς τῆς Μεγάρας ἄβρᾶ (alias ἄβρᾳ ſcribitur.) Habet vero indignationis notam, ut recte Bergler. ad Alciphr. Epiſt. priore loco adductam, ex Ariſtophane, Arriano, & Luciani Dial. Meretr. XV probat; ubi ἀπόφθειρον rurſus ita poſitum videbimus. Quod igitur Bergl. Friſchlinum reprehendit, qui illud Ariſtophanis in Plut. 610, τότε νοατήσεις· νῦν δὲ φθείρου, male verterit, *nunc perdaris*, cum ſit vertendum, *tunc redibis; nunc autem i in malam rem*, neque iniuſte omnino facit; nec tamen perdundi ſignificatio ab illa formula apud Ariſtoph. excludi poteſt, ſequitur enim, σὲ δὲ ἐᾷν κλάειν μακρὰ τὴν κεφαλήν. Ibid. ſupra v. 598, ἀλλὰ φθείρου, καὶ μὴ χρύζῃς, quoque vertitur, *ſed pereas, nec verbum muſſes*. Non adeo male. Licet accuratius reddideris, ut noſtri homines irati aiunt, *loop voor den koekoek*, quod tamen eſt apertius, quando εἰς poſt imperativum additur. REITZ.

Pag. 200. *l.* 1. Σύρειν) *Caudam trahere.* GUYET.

ead. l. 9. Τὴν — *συμφορὰν*) Non voluit, puto, calamitatem hic intelligi; ſed ſimpliciter, *quid acciditſet*. Μέσον eſſe *συμφορὰν*, apparet etiam Herod. I, 32 med. *πᾶν ἐστι ἄνθρωπος* (optarim invenire in bono libro *ἀνθρώποις*) *συμφορή*. Qui totam Solonis argumentationem conſideraverit, non dubitabit. Adde Ariſtophan. Eq. 652, *δοκεῖ Ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσηγγελμέναις Εὐαγγέλια θύειν*. Diſerte hic Scholiaſtes, *μέσον*, ait, *ὄνομα ἡ συμφορά*. Etiam Lyſiſtr. 1288, *ἀγαθῶν συμφορῶν* fit mentio. GESN. Locus Herodoti ab Geſnero indicatus, in ed. Steph. p. 14 ſic legitur: *Οὕτω ὦν, ὦ Κροῖσε, πᾶς ἐστι ἄνθρωπος συμφορή*· cuius hanc ad verbum interpretationem Steph. appoſuit margini, *omnis homo eſt ipſa calamitas*. At ſi iam *ἀνθρώποις* cum Geſnero legas, *πᾶσα* etiam ſcribendum fuerit; niſi *πᾶν* pro *πᾶς* habeant alii: nam *πᾶσ'* cum apoſtropho in proſa legere me non memini. Sed quamvis *συμφορὰ* longe frequentius ſignificet *calamitatem*, tamen ut ipſa vocis origo poſtulat, mediae eſſe ſignificationis, ac de quovis caſu, etiam bona fortuna, accipi interdum, ſatis vincunt Ariſtophanis verba ab eodem prolata. Quae in Equit. tamen ridicule verſa eſſe, *bonis aerumnis*, notavi in libro de Ambiguis p. 87, Tit. *caſus*. Alio ſenſu *συμφορὰ* pro *collatione* ad coenam, habuimus in Lexiph. c. 6. Interim non alienum eſt, hominem ipſum dici *συμφορὰν*· nam & ſic Sophocl. Ai. Flag. v. 68, *Θαρσῶν δὲ μίμνε, μηδὲ συμφορὰν δέχου τὸν ἄνδρα*· quod vertitur, *Fortiter vero ſuſtine conſpectum viri, nec perturberis*. Proprie: *Ne accipe pro inexſpectato ac timendo caſu illum virum*. Quo tamen haud contendo, eundem ſignificatum eſſe in Herodoto; ſed ſimilem prorſus conſtructionem. His ſcriptis comperi, in ed. Herodoti Gronoviana, item Aldina & Camerarii, *πᾶν* legi. Sed *πᾶς* probat Clem. Alex. III Strom. p. 432. Et Theodoret. Orat. V ad Graec. p. 71, ſicuti & *ἄνθρωπος*, (quod mihi humaniſſime indicavit P. Weſſeling.) Quare illud in *ἀνθρώποις* mutare non auſim: etſi relecta Geſneri nota iam video *πᾶν* cum *ἀνθρώποις* poſſe ſtare, ſi ita capias, *πᾶν ὁ γίνεται ἀνθρώποις, συμφορά ἐστι*, & ſic *πᾶσα* locum non habere. Sed recte iam credo Horreum Obſ. Crit. p. 42 exponere *πᾶς ἄνθρωπός ἐστι συμφορή*, omnis, i. e. totus homo (ipſa) calamitas eſt, idque exemplis propemodum probat. REITZ.

ead. l. 14. Ἐξ *ὄνου περιεργίας*) Non videntur ſibi bene opponi proverbialis ille *κυνὸς πρωκτὸς* & *ὄνου περιεργία*, etſi conferas illam ſupra exclamationem novi afini, c. 15, *ὦ τῆς*

ἀκαίρου ταύτης περιεργίας. Videbatur tolerabilior ſententia eſſe, quam dedi, quae tamen hoc habet incommodi, quod vel ponendum eſt, μακροῦ Attice ſcriptum pro μακρᾶς, ut poſt initium huius libelli μάγος & μάχλος Hipparchi uxor dicitur; licet eius rei in hoc nomine exemplum deſiderem, cum frequens adeo ſit altera in α terminatio: vel librariorum culpa μακροῦ legi pro μακρᾶς. Qui neutrum poteſt concoquere, vertat, *ex longis atque inanibus aſini laboribus:* quibus & me iam defunctum gaudeo. GESN.

IN IOVEM CONFUTATUM.

Pag. 201. *l.* 1. ΖΕΥΣ ΕΛΕΓΧΟΜΕΝΟΣ) Exſtat libellus hac inſcriptione: *Luciani Samoſatenſis* Ζεὺς ἐλεγχόμενος, *ubi providentia divina, cultus Gentilium cum ipſis Diis, fatumque Stoicum a Luciano eluditur, ex quo triplex impietas, hydra Atheiſmi, Papiſmi idololatria, praedeterminantiſmus Reformatorum Stoicus deducitur. Auctore* M. Io. Wilhelmo Peterſen Lubecenſi. Gieſſae Haſſorum 1674, 4, pag. 136. Totum ponere indicem volui, ne quis forte parte tantum inſpecta imaginetur ineſſe quidquam, quod philologum lectorem, vel editorem adeo, iuvare poſſit. Ponit ille quidem totum libellum, ſed Latine ex Vincent. Obſopaei verſione, ſententiis tantum, in quantum παχυλῶς intelligi e qualicunque interpretatione poſſunt, & controverſiis intentus, quas acerbius tractat, quam ab ἀπαρακαταστάσεως praecone exſpectares: nempe iuvenis tum erat, & a praeceptoribus ferventiſſimis veniebat muſteus. GESN.

Pag. 202. *l.* 3. Εἰ ἀληθῆ) Reſpicit Homeri locum Iliad. Υ, 128. SOLAN.

ead. l. 4. Ἄφευκτα) Nihil quidem hoc repugnat analogiae; nam & φευκτὸς dicitur, & ἀνέκφευκτος; ideo vulgatae orthographiam quis retineret: tamen rectius eſt, quod marg. *A.* 1 *W.* habet ἄφυκτα, idque Graecorum conſuetudini magis conſentaneum, & Noſtro alibi ſic centies effertur, ut ſupra Deor. Dial. XVII, cap. 1 f. συνελὼν ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτόν. Hermot. cap. 79, ἐς ἄφυκτα ἐμβαλεῖν. Quom. Hiſt. cap. 62, ubi ἄφευκτα quidem edd. habebant; ſed Solan. correxit, ex ipſo Luciano complura afferens teſtimonia. Et ſic ſcribitur hoc T. II non ſemel, ut mox c. 18, p. m. ἀνάγκη ἀφύκτῳ. Item de Gymn. c. 2, ἀφυκτότεροι εἶεν. Ibid. c. 29, ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενοι. Rurſus c. 32. De luct. c. 2 f. De Dipſ. c. 2 f. &c. Ariſto-

phan. Nub. 1043, ἔχω λαβὼν ἄφυκτον. Et paſſim. Sed ἀφεύκτως afferens Stephanus, ἄφυκτος ſimiliter ſe nondum inveniſſe fatetur. Ideoque & ego id Luciano non obtrudam; etſi Solanus, qui id ſupra emendarat, idem hic intactum reliquit; etſi, inquam, bis iam in edd. ἄφευκτον (interdum & corrupte ἄφικτον) inveni, nondum tamen contra Luciani aliorumque ſolitam orthographiam id introducere audeo, ut ſit parvi. REITZ.

ead. l. 5. Γενομένῳ) Homer. Il. Υ, 128. SOLAN.

ead. l. 11. Ὅμηρος ἐν ἑτέρῳ μέρει) Haud immerito Solan. adſcripſerat, etiam ſic legere *Flor.* & *Coll.* Quia non in Odyſſ. ſed in Iliad. Υ, 336, hunc verſum reperit. REITZ.

in Schol. l. 3. Ὁ θεός) Sic bis ſine accentu ſcriptum inveni. Forſan dedita opera, quia in antiquiſſimis monumentis accentus nulli; & ideo ad imitationem illorum accentus quoque ab Scholiaſta hic omiſſi. Spiritus tamen appoſiti erant. REITZ.

Pag. 203. *l.* 9. Οὐ τρεῖς αἱ Μοῖραί εἰσι, Κλωθὼ, Λάχεσις, Ὄλμαι, καὶ Ἄτροπος; ZETΣ. Πάνυ μὲν οὖν) Mutilus ſimul & vitioſus ad haec verba legitur Scholiaſtes: Τοῦτο καθ' Ἑλλήνων ὑπόρησεν. εἶτ' ἄλλό τι δύναται εἱμαρμένη καὶ τύχη παρὰ τὰς μοίρας, εἴτε ἰσοδυναμοῦσι. διὸ ὡς μεγάλης οὔσης τῆς ἀπορίας, ἐποίησε τὸν Δία — περὶ αὐτῶν ἀπορηθῆναι δυνάμενον. Poſſumus haec ita ſupplentes emendatius legere, ἐποίησε τὸν Δία ἀπορούντα περὶ αὐτῶν ἀποκριθῆναι μὴ δυνάμενον. Nec dubito, quin haec genuina ſit Scholiaſtae commentatio. Plane id, quod hic ab Scholiaſta ita ſuppleto dicitur, ab Luciano in hoc Dialogo fit. IENS.

Pag. 204. *l.* 4. Τὸ περὶ) Ex Mſſ. Ox. P. & edd. *l.* & *Ven.* 2. eſt illud τὸ, reliqui enim libri habent πότε, quod nihili eſt. SOLAN.

ead. l. 9. Ὁμήρου ἐπῶν) Hom. Il. Θ, 18 & ſeqq. SOLAN.

ibid. Ἐν οἷς) Cod. Ox. ἃ, quod minime ſpernendum, quamvis repugnent ceteri libri. SOLAN.

ead. l. 11. Ἀναρτησόμενος) Homer. Il. Θ, 18 — 27. SOLAN. Quia ἀναρτήσομ. recepi, etiam verſionem ad id accommodavi. Geſnerus, vulgatam ſecutus, dederat, *tanquam qui aurea quadam catena ſuſpenſa habeas universa.* At cum mox quoque ſequatur futurum καθήσειν, manifeſtum eſt, minas illas utrobique ad futuram actionem pertinere: cumque poſteriore demum loco dicat Iuppiter, ſe catenam demiſſurum, non poterat ante narrari, eadem ſe omnia iam ſurſum traxiſſe,

ante quam eam demiſſiſſet. Non igitur dolebit, ſpero, vir humaniſſimus, me hoc mutare auſum. Nec diffiteor tamen, aor. *ἀναρτησάμενος*, valentem *cum demiſero*, mixtamque futuro praeteriti ſignificationem habentem, admitti poſſe, nec exempla deſunt, ubi ſic futuro iungitur; ut ap. Diod. Sic. init. L. 2, Ἐν ταύτῃ δὲ ἀναγράψομεν τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν γενομένας πράξεις — τὴν ἀρχὴν ποιησάμενοι, & alibi, quin & aor. indic. pro eiuſmodi futur. Homer. Il. Δ, 161, — μεγάλῳ ἀπέτισαν (ἀπέτισαν Clark. & Barneſ.) *magno luent*, (*luerint.*) Et Herodot. I, X, p. 5, monente Horreo in Obſ. Crit. pag. 19; ἐν νόῳ ἔχουσα τίσασθαι τὸν Κανδαύλεα. Ubi Horr. vel nimius eſt in probandis eiuſmodi aoriſt. infin. Sed cum futurum invenerim, id eo facilius arripui, utpote hic accuratius. In aliis enim exemplis paulo alia eſt ratio. REITZ.

ead. l. 12. Ἔφης) Quod *Fl.* hic ἔφησθα habet, non adeo alienum eſt; nam & ſic rurſus infra cap. 10 eadem cum ceteris: at cum utrumque rectum, & ſaepe occurrat, nihil muto. REITZ.

ibid. Μὲν τὴν) Sic Mſſ. Ox. & P. melius quam ut in impreſſis eſt, τὴν μέν. SOLAN. Τὴν μὲν) Si ad αὐτὸς reſpicias, melius erit μὲν cum Solano praemiſiſſe; verum ſi ad ſequentia, τοὺς θεοὺς δὲ, rectius poſtpoſueris; ideoque in vulgata nihil mutavi. REITZ.

ead. l. 14. Ἐκκρεμαννυμένους) Etſi probum quoque, quod in Ox. eſt, ἐκκρεμαμένους· ſervavi tamen vulgatam ob id ipſum, quia rarius illa forma occurrit, quam altera; nec tamen Noſtro inuſitata. Sic ſupra Tox. c. 6, ἐκκρεμαννύμενοι, ubi idem ex Thucydid. VII probavi. Interim ἐκ—νύμενοι & hic malim. REITZ.

ead. l. 16. Αὐτῇ κεν) Homer. Il. Θ, 24. SOLAN.

in Schol. col. 1. Τοῦ Διὸς &c.) Hoc Schol. male relatum ad verba τοῦ λίνου αὐτῶν, in ſedem ſuam reſtituit Solan. REITZ.

Pag. 205. *l.* 4. Τοῦν) Hoc ferme admitterem; ut mox c. 7, βούλει γοῦν ἐπαγάγω· ſed memor, δὲ cum illo toties confundi, ut ſaepe diſtingui nequeat, vulgatam ſervavi. Vid. ſupra Imag. c. 15 f. ubi bis δ' οὖν ſine varietate legitur. REITZ.

ead. l. 6. Θεωροῦσα) Elegantius in veteri Codice ſcribitur: Δοκεῖ δ' οὖν μοι δικαιότερον ἂν ἡ Κλωθὼ μεγαλαυχήσασθαι, ὡς καὶ αὐτόν σε ἀνάσπαστον αἰωροῦσα ἐκ τοῦ ἀτράκτου, καθάπερ οἱ ἁλιεῖς ἐκ τοῦ καλάμου τὰ ἰχθύδια. *Mihi videtur longe iuſtiorem cauſam gloriandi Clotho habere, quae te ipſum attractum ſuſpendet ex fuſo, ſicut piſcatores in arundine piſces.* Vulgati θεω-

ρούσα, quod quidem ferri poteſt; ſed Mſ. lectio facile prae hac Graece doctis ſe probabit. GRAEV. Αἰωροῦσα etiam Mſſ. Ox. P. & L. In reliquis θεωροῦσα, minus eleganter. SOLAN. Αἰωροῦσα) Lubens arripui, quod quatuor Codd. exhibent. Neque etiam Geſner. vulgatum θεωροῦσα valde videtur probaſſe, qui id ſtudio neglexerit, & αἰωροῦσα potius ob oculos habuerit. REITZ.

Pag. 206. *l.* 14. Ὁ δὲ λόγος αὐτὸς, οὐκ οἶδ' ὅπως εἰπεῖν προϊὼν ἡμῖν, εἰς τοῦτο ἀπέβη· περιττὰς εἶναι τὰς θυσίας φησὶν) Haec verba vulgo vertuntur, *Diſputatio vero noſtra, neſcio quomodo eo progreſſa in hoc incidit, ac ſupervacanea hominum ſacrificia eſſe confirmat.* Infringit & contorquet ſenſum, qui ita vertit. Ubi illuc *ac?* Reddendum fuit, *ipſa vero diſputatio*, (*neſcio dicere quomodo inter progrediendum eo devenerit*) *dicit ſupervacanea eſſe ſacrificia.* IENS.

ead. l. 15. Ἡμῖν προϊὼν) Secutus ſum ſcripturam Mſ. Ox. in quo εἰπεῖν, quod in impreſſis eſt, non reperitur. SOLAN.

ead. l. 16. Περιττὰς εἶναι) Et hic in impreſſis additum erat φησὶν, quod praeeunte Cod. Ox. exſulare iuſſimus. SOLAN.

ibid. Φησὶν) Τὸ φησὶν hic ſuperfluum videtur. GUYET. Deletum etiam voluit Solan. ſed immerito. At quia omnes edd. & Scholiaſt. habent, nec ipſe in marg. ut alias ſolet, Codicem notaverit, qui omittat, uncis ſaltem incluſiſſet. Sed εἰπεῖν abeſſe ab O. & pro eo ἡμῖν legi, adſcripſerat Iuntinae, ac φησὶν delerat; ſine dubio ſignificans, utrumque verbum in eodem abeſſe, & rectius procedere orationem, ſi utrumque expungatur. In verſione Geſn. parentheſin addidit, quod & in Graecis ſum ſecutus. REITZ.

Pag. 207. *l.* 2. Καὶ ὅπως) Subaudi ὄψει. GUYET.

ead. l. 6. Δυνατὸν) Utrum οὐ δυνατόν; non reſpuerem, ſi invenirem. REITZ.

ead. l. 9. Βούλει γοῦν ἐπαγάγω) Hic iam conſtanter γοῦν, & recte, non δ' οὖν. Conf. ſupra c. 4 f. Ceterum de illa uſitatiſſima conſtructione duorum verborum, neglecto infinitivo, vel omiſſa coniunctione, vix opus erit aliquid commentari. Dicam cum Bourdelotio, dixi alibi. Immo ſic perpetuo, ut Herm. cap. 80, Θέλεις διηγήσομαι; Scyth. c. 9 pr. βούλεσθε οὖν ἐπαγάγω ἤδη. REITZ.

ead. l. 12. Ἀντίδοσιν δέ τινα ποιούμενοι) Locus palam corruptus, quem ego ſic refingo: ὥσπερ ὠνούμενοι τὰ ἀγαθὰ παρ' ἡμῶν, ἀντίδοσιν δέ τινα ποιούμενοι ἢ τ. ἀ. τ. β. SOLAN. Ego omnino cum O. expungerem illud δέ, vel in τε muta-

rem, ut cum καὶ cohaereat, ſi ante ἢ velimus μᾶλλον intelligi. Nam ſenſum non eſſe, ſed homines remunerari velle Deos, aut bona ab ipſis emere, (cum fateatur Iuppiter, eos nihil ab Diis accipere) patet ex reſponſo Cyniſci, ex quo ſenſus verborum Iovis unice petendus, & ex eo ſatis intelligi poteſt, etſi non ſatis pateat, quomodo verba ſint conſtituenda. Et video, Geſn. τὸ *ſed* etiam in verſione ſua deleſſe. REITZ.

ead. l. 13. Ἢ τιμῶντες) Apparet ex interpretatione noſtra, omiſſum nos putare in priore membro μᾶλλον, ἴσον, vel ſimile quid, quod ante τὴν ἢ non inſolens eſſe, conſtat. Ariſtoph. Νεφ. 1420, Εἰκὸς δὲ μάλιστα τοὺς γέροντας ἢ τοὺς νέους τε κλάειν. Thucyd. II, 89, Ἀντίπαλοι οἱ πλείους τῇ δυνάμει τοῦ πλέον πίσυνοι ἢ τῇ γνώμῃ ἐπέρχονται. Illud quidem videbatur nobis ex tota ſerie apertum, removeri a cauſa ſacrificiorum χρείαν & cognatam illi ἀντίδοσιν, ac τὸ ὠνεῖσθαι, relinqui ſolam τιμὴν τοῦ βελτίονος. Similis locus eſt Iov. Trag. c. 46, Οὐκοῦν ἔφερεν ὑμᾶς τότε ὁ ἄνεμος — ἢ οἱ ἐρέττοντες. Et in ipſo fine eius libelli: Ἐβουλόμην ἂν ἕνα τοιοῦτον ἔχειν — ἢ μυρίας μοι Βαβυλῶνας ὑπάρχειν. GESN. De omiſſo μᾶλλον, ſed facile ſubaudiendo, nonnihil etiam dixi ad Quom. Hiſt. cap. 17 f. REITZ.

Pag. 208. *l.* 1. Χρηστότητι) Ἱκανὸν καὶ τοῦτο, εἰ καὶ σὺ φῂς ἐπὶ μηδενὶ χρησίμῳ γίγνεσθαι τὰς θυσίας, χρηστότητι δέ τινι τῶν ἀνθρώπων τιμώντων τὸ βέλτιον. *Hoc ſatis eſt, ſi etiam dicis, nullius utilitatis cauſa ſacra fieri: verum bonitate quadam hominum, quod praeſtantius eſt colentium.* Sic recte interpres, *colentium* ſcil. Deos. Nihil hic monerem, niſi Mſ. iuberet me non praeterire, quod in illo legitur εὐγνωμοσύνῃ, pro χρηστότητι· hoc minimè damno, alterum tamen eſt efficacius, declarat enim memorem, gratum & benevolum animum propter accepta beneficia. Sic pag. 123 idem Codex pro καὶ τιμαῖς γεραίροντες, ſcribit θυσίαις γεραίροντες. GRAEV.

ead. l. 3. Καθ' ὅτι) Legendum καθ' ὅ, τι βελτίους φῂς τοὺς θεούς· non καθ' ὅτι, ut vulgo. IENS.

ead. l. 17. Ἀνασπᾷν τὴν γῆν) Hom. Il. Θ, 24. SOLAN.

Pag. 209. *l.* 8. Τὸν Ἀπόλλω) Apollo inter paſtorum numina numeratur, nam & ipſe greges Admeti Theſſali regis paviſſe dicitur. Virg. — *& te memorande canemus Paſtor ab Amphryſo.* COGN. Cum *l.* mox c. 6 med. item c. 10 in Iov. Trag. & alibi, una cum cett. habeat Ἀπόλλω, nullam eius rationem hic habendam patet. Grammatici quidem aiunt, Ἀπόλλω pro Ἀπόλλωνα eſſe poëticum, per Doricam apocopen;

ſed Atticis quoque familiare, Ariſtophani, Platoni, Xenophonti. Vid. ap. Maittair. de Dialect. p. 22 B. ibique Ποσειδῶ etiam ex Luciano adductum. REITZ.

Pag. 210. *l.* 5. Χρόνου) Non improbum eſt illud χρόνου, etſi ab Oxon. Cod. abeſt; ſed Noſtro familiare. Vid. Tim. c. 3 & 23. Et Hemſt. not. ad locum priorem, ubi id ex Ariſtid. quoque firmat. Verum ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ loco poſteriore tamen magis Atticum fore pronuntiat. Conf. tamen & Amor. cap. 26, ubi variat ſcriptura in ἀκαρῆ, ἀκαρὶ, & ἀκαρεῖ, non addito χρόνου. Ubi oblitus ſum addere Alciphr. III, Ep. 25, καὶ τὸν ἀγρὸν οὐδὲ ἀκαρῆ θέλεις ὁρᾷν. REITZ.

Pag. 211. *l.* 6. Ἐκείνων) Sic P. & L. melius quam ut in impreſſis eſt, ἐκείνη. SOLAN. Ἐκείνη) Solanus iam delerat vulgatum ἐκείνῃ, & ἐκείνων repoſuerat, quod ei ſolemne eſt; per enim facile recipit, quod unus alterve Cod. ſuppeditat. Non hic tamen ei repugnaverim, nec diffitebor, ἐκείνων mihi valde blandiri, propter ſolitam loquendi formulam, qua αὐτὸς ἐκεῖνος eodem caſu iungi amant; vid. Ariſtoph. Plut. v. 84, ut alia omittam. Sed quia ſenſum percommodum etiam praebet vulgata, ut patet ex verſione Geſneri, nihil eam moverim. Immo accuratius rem conſideranti facilior mihi ſcribae videtur aberratio in αὐτῶν ἐκείνων ad ſimilitud. ſoni & convenientiae redigendo, quam, ſi bis —ῶν inveniſſet, alterum in —η, quod ad remotius pertinet, murando. Si plures tamen Codd. ὧν ὧν haberent, cederem, ut ceſſi mox in τοσαῦτα pro τοιαῦτα recipiendo. REITZ.

ead. l. 9. Τοσαῦτα πρὸς μὲ) O. P. & L. In impreſſis τοιαῦτα, quod ferri etiam quodammodo poterat; ſed magis exactum eſt, quod ſequimur. SOLAN.

ead. l. 13. Ἔφησθα) Iam cett. edd. Florentinae conſentiunt, ἔφησθα pro ἔφης exhibentes. Conf. ſupra c. 4 med. REITZ.

ibid. Ἐκτὸς) Sic O. & P. In impreſſis deeſt. SOLAN.

Pag. 212. *l.* 16. Καὶ θυσίαις) Sic etiam Mſſ. O. & L. In reliquis τιμαῖς. SOLAN.

Pag. 213. *l.* 14. Ἐκτὸς εἰ μὴ τοῦτο φὴς) Ita O. & P. Mſſ. In rel. εἰ μὴ παρὰ τ. φ. prave. SOLAN. Εἰ μὴ ἄρα τοῦτο φ. *Marcil.* Non male; ſed poſt inventum ἐκτὸς iam non utimur. REITZ.

ibid. Ὃ) Ex O. & P. illud ὁ, ante προμαθών. In impreſſis deerat. SOLAN.

Pag. 214. *l.* 2. Καθείρξας) Anne varia lectio ἐγκλείσαμενος ex gloſſa nata videtur, quam quis καθείρξας minus intelligens, dein aſſumſit? REITZ.

ibid. Ἐξάγει γὰρ αὐτὸν ἡ Μοῖρα κυνηγετήσοντα, καὶ παραδώσει τῇ αἰχμῇ) Perſpicuum eſt & ex ſequenti παραδώσει, & ex ipſa relatae hiſtoriae ratione, legendum eſſe ἐξάξει. IENS. Vide Herod. I, pag. 9. SOLAN. Plane aſſentior Ienſio ἐξάξει legenti. Licet enim probe meminerim, non ſemel me ſupra monuiſſe, non requiri ſemper ſimilia tempora poſt coniunctionem; tamen orationis filum hic ſimilia tempora poſtulat, ut patebit legenti. At quia nihil ſubſidii in libris, nihil mutavi. Pariſinae interpres *educet* etiam dederat, etſi ἐξάγει quoque in Graecis legerit. REITZ.

ead. l. 4. Ἄδραστος) Archivorum rex, unus ex ſeptem ducibus, qui profecti ſunt Thebas, ut reſtituerent in regnum Polynicem. COGN.

ead. l. 7. Λαΐου) Eurip. Phoeniſſ. 18. Oraculum ipſum exhibet Scholiaſtes Ariſtoph. (267 G. F.) quale ab Apolline redditum. SOLAN.

ead. l. 9. Μὴ σπεῖρε) Eurip. Phoen. 18. SOLAN.

ead. l. 14. Ἀπαιτεῖτε) Etſi vulgata non vitioſa, elegantius viſum ac potentius, quod *Fl.* habebat, ἀπαιτοῖτε, i. e. *non video, quo iure mercedem repetere poſſitis.* Quae vera vis optativi eſt. REITZ. Sed tum ſcribendum foret ἂν ἀπαιτοῖτε, probe monente cl. B. de Ball. Quare nihil mutamus. Vulgatam retinet etiam Mſ. Reg. 3011.

Pag. 215. *l.* 1. Τὸν Ἅλυν) Halys Paphlagoniae fluvius maximus, ex Tauri montis radicibus profluens per Cappadociam, & a meridie Syros & Paphlagonas interfluens. Luc. L. III, Ovid. IV de Pont. COGN. Τὸν Ἅλυν — ἀρχὴν καταλύσει) Vid. Herodot. I, p. 13. Notum eſt oraculum. Vid. Ἐπισκ. cap. 11. SOLAN.

ead. l. 2. Αὐτοῦ) Ita edere nihil ſum veritus, cum in edd. αὐτοῦ laevigatum invenirem. REITZ.

ead. l. 5. Ἄρνεια κρέα) Apud eund. Herod. p. 11. Pro χελώνης autem in O. eſt χελώνην, in Coll. vero χελώνεια. SOLAN.

ead. l. 6. Χελώνης) In ed. *Hag.* vir doctus χελώνην emendarat, quod *Par.* etiam habet. Sed quamquam Herodot. etiam χελώνην dicit, tamen in eius verbis, quas legas pag. 20 D. ed. Steph. praeter hiſtoriam nihil eſt praeſidii; nam hic utrumque ſubſtantive extulit, ſcribens: χελώνην καὶ ἄρνα κατακόψας ὁμοῦ ἕψεε αὐτὸς ἐν λέβητι χαλκέῳ. At cum in vulgata Luciani nihil ſit difficultatis, cum facile κρέα ante χελώνης denuo intelligas, eam ſervavi intactam. Deinde tamen Iov. Conf. c. 30, ἄρνεια κρέα καὶ χελώνη ἕψεται habemus; ubi cum

utrinque nominativus ſit, etiam hic utrinque accuſativo utendum dixeris: ſed quis ait ita ſervilem in huiuſmodi eſſe ſtili rationem, ut varietas in hiſce nulla admitti debeat? REITZ.

Pag. 216. *l.* 11. Δρῦν τινα πολλάκις) Lucret. L. VI. MARCIL.

ead. l. 12. Ἱστὸν) Cur ἱστὸν *malum navis* receperim, pro vulgato ἱστίον, *velum*, nemo interrogabit, qui cogitarit, quaenam corpora fulmen disiicere amet. Senſiſſe id viderur Geſnerus, qui ſponte *malum* convertit; cum ante, *navis velum* ſatis frigide, ſed ad vulgatum accommodate verſum eſſet. REITZ.

Pag. 217. *l.* 1. Σέ τε καὶ) Non ſatis recte abeſt illud τε in O. Euphoniae enim cauſa hic merito comparet, & alibi etiam ſaepe ante καὶ poni amat. Vid. ſupra ad Tox. cap. 30, & de Merced. cond. c. 26. Sed occurrit millies. REITZ.

ead. l. 4. Ἀριστείδης) Notum eſt, quod de eo Corn. Nep. in eius vita c. 3 ſcribit, *Hic qua fuerit abſtinentia, nullum eſt certius indicium, quam quod, cum tantis rebus praefuiſſet, in tanta paupertate deceſſit, ut qui efferretur, vix reliquerit. Quo factum eſt, ut filiae eius publice alerentur, & de communi aerario dotibus datis collocarentur.* REITZ.

ibid. Καλλίας) Vide Τιμ. c. 15, & not. Patrimonium diſſolviſſe & libidinoſum fuiſſe, ait Scholiaſtes Ariſtophan. 232 D. eoque nomine a Comicis exagitatum. SOLAN.

ead. l. 6. Μειδίας) De hoc conſule Scholia ad Z. Τρ. cap. 48. SOLAN.

ead. l. 8. Μέλιτος) Vide Ἀναβ. c. 10, & Δημων. c. 11, ubi recte Μέλιτος, uti & apud alios auctores ſcribitur. Diogen. Laërt. p. 42 & 43. Plat. pag. 1 A. & paſſim in Apol. Socr. In omnibus antea hic, & Δικ. cap. 6, prave legebatur Μέλητος. SOLAN. Μέλιτος pro vulgato Μέλητος legendum, etiam Guyetus monuerat. REITZ.

Pag. 218. *l.* 12. Ἀλλὰ μὴ) Lege μᾶλλον ἤ. Saltem idem voluiſſe Lucianum arbitror, ac ſi ita ſcriptum foret. SOLAN.

in Schol. col. 1. *l.* 2. Ἀπτὸν) An uxorem aliquis alius fecerit, neſcio. Vid. Θυσ. c. 5. SOLAN.

Pag. 219. *l.* 1. Τινὰς) Studio accentum ſervavi, qui in edd. aderat, propter emphaſin. REITZ.

Pag. 220. *l.* 9. Ἀφύκτῳ) Sic iam edd. recte, cum ſupra c. 1 ἄφευκτα ſcriberent: quod ibi quidem mutavi, ut orthographia ſibi ſimilis eſſet. Vide, quae ibi notamus. Non tamen eſt δυνατὸν, idem ubique in aliis etiam verbis praeſtare, quae ſaepe utrovis more inveniuntur ſcripta, ita ut neſcias, utrum

Lucianus amaverit, an vero modo hoc, modo illud pro lubitu ſcripſerit. REITZ.

ead. l. 14. Σισύφου) De Siſypho ob latrocinia a Theſeo interfecto lege Virg. VI Aen. Ovid. XVI Met. Vid. proverb. *Saxum volvere.* COGN.

Pag. 221. *l.* 7. Ἐπίτονον) Weſſel. coniicit ἐπίσπονον. Probe. REITZ. At ſic iam legitur in ed. *S.* & *B.* 4.

ibid. Ἄμοιρον) Facilior ſenſus ineſſe videtur prima fronte in ſcriptura Cod. P. iſque verſionibus priſtinae novaeque convenientior, οὐκ εὔμοιρον exhibentibus, ideoque propendebam ad eam recipiendam, niſi vidiſſem aliud latere, magis ingenioſum; nempe οὐκ ἄμοιρον τὰς μοίρας βίον βιοῦν ſignificare, & *Parcas etiam fatalem vitam agere*; ſive ad verbum, *Parcas quoque non expertem laborum impoſitorum vitam vivere.* Et ſic iam vulgatam ſervo, ſic verto. Idque ex verbis ſequentibus, quae hoc ipſum paulo fuſius exponunt, conſequitur; nimirum & ipſas non benigno fato natas. REITZ.

ead. l. 15. Ἀγαπήσομεν) Iam dictum non ſemel ſupra. Vid. ſaltem Tox. c. 3 & 62. REITZ.

IN IOVEM TRAGOEDUM.

Pag. 223. *l.* 2. ΕΡΜΗΣ) Ὁ Ζεὺς ὁ καλούμενος Τραγῳδὸς, κατακλείσας τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα, ὥς φασι, νῦν παρὰ Ῥωμαίοις Θεὸς τιμᾶται. Theophilus ad Autolycum L. III, pag. m. 217. LA CROZE.

ibid. Ὦ Ζεῦ) Exordium ab attentione & rei magnitudine. COGN.

ibid. Καὶ καταμόνας) Τὸ καὶ delendum. Verſus ſunt ſenarii iambici. 1) Ὦ Ζεῦ &c. 2) Ὠχρός. 3) Ἐμοί. 4) Μὴ καταφρονήσῃς &c. hexametri. 1) Ναί. 2) Γουνοῦμαι. 3) Ἐξαύδα. 4) Τίς μῦτις. 5) Ἤ τί &c. ſenarii iambici. 1) Οὐκ ἔστιν. 2) Οὐδέ. 3) Ἦ οὐκ. 4. Ἄπολλον. GUYET. Cum καὶ etiam abeſſet ab Ox. tanto lubentius parui Guyeto monenti, verſuſque ex eius praecepto ordinavi, qui in edd. continuo ducto exarati erant, ut vix animadverteres verſus eſſe, quos nec Solanus, licet ſenſerit ex Tragico eſſe, diſtinxerat, ut alias facere ſolet. Hexametri quidem ab Ναὶ πάτερ ad Ἤ τί βαρὺ in *Par.* iam ſeorſum exarati erant, ut ſinguli lineam, ut vulgo loquimur, abſolverint, & novus verſus ab litera unciali inchoaretur. At reliqui iambi non ita diviſi erant in eadem. REITZ.

ead. l. 3. *Φιλοσόφου τὸ χρῶμα*) Socratis ſcholae obiectus pallor ab Ariſtophane in Nubibus paſſim; v. g. v. 104, *τοὺς ἀλαζόνας, Τοὺς ὠχριῶντας, τοὺς ἀνυποδήτους λέγεις.* Add. 1110 &c. GESN.

ead. l. 4. *Ἐμοὶ προσανάθου*) Ex Tragico haud dubie deſumta haec ſunt. SOLAN. Hemſterh. in marg. adſcripſerat videndum L. Bos in Ep. ad Gal. I, 16. Is vero ad verba Apoſtoli, *Εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι*, ait, recte id Belgas vertiſſe, *te rade gaan*: eleganter enim *προσανατίθεσθαί τινι* Graecis notare, quod Latinis *adhibere aliquem in conſilium, exponere alicui arcanum ſuum, & ſuper eo ipſum conſulere.* Sic ap. Lucian. in Iov. Trag. h. l. *ἐμοὶ προσανάθου, λάβε με σύμβουλον πόνων* &c. Aliud exemplum ex Diodoro habet Gul. Budaeus in Comment. L. Gr. quem vide. Ex *L. Bos.* REITZ.

ead. l. 5. *Μὴ καταφρονήσῃς οἰκέτου φλυαρίας*) Ex Comico deſumta videntur haec ultima Mercurii verba. SOLAN.

ead. l. 6. *Ναὶ πάτερ*) Parodia ex variis Homeri locis, quae in margine, pro more noſtro, ſedulo annotavimus. SOLAN. *Ναὶ πάτερ*) Homer. Il. Θ, 31. *Solan.* Niſi quod pro *Ναὶ πάτερ* ap. Hom. legatur *Ὦ πάτερ*. Sed & in ſeqq. alia ab Luciano commutata & ad inſtitutum ſuum accommodata inveniet, qui reliqua conferre voluerit. REITZ.

ead. l. 8. *Ἐξαύδα*) Homer. Il. A, 363. SOLAN.

ead. l. 10. *Ὦχρος*) Scribe, ut in Mſ. habetur, *ὦχρος δέ σου εἶλε παρειάς.* Eſt ex Iliad. Γ, v. 35, ubi eſt *μιν*, quod omnium eſt caſuum. Mox ſcribe ex Euripidis Oreſte, *ἧς οὐκ ἂν ἄρειτ' ἄχθος.* Dein idem Codex: *πρὸς χορὸν γὰρ οἰκεῖον ἐρεῖς.* Mox *ὥστε σοι ὑποδραματουργεῖν* exponit vetus Scholion ineditum *ὑποτραγῳδεῖν*, quod eſt verſibus tragicis reſpondere, & quaſi ſecundas agere. Neutrum horum verborum Lexica annotarunt. Iuppiter *ἐπετραγώδει*, illi vero non poterant *ὑποτραγῳδεῖν*. GRAEV. *Ὦχρός τέ μιν εἶλε παρειάς*, eſt in Homeri l. c. *τέ* etiam edd. Luciani, non *δέ*. REITZ.

ibid. *Σου*) Cod. Mſ. Ox. & utraque *Ven.* recte. Reliqui libri *σε*. SOLAN.

ead. l. 11. *Οὐκ*) Euripidis verba quia mutavit Lucianus, Iovi adaptans, adſcribam: *Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν, ᾧδ' εἰπεῖν ἔπος, Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ Θεήλατος Ἧς οὐκ ἂν ἄροιτ' ἄχθος — ἀνθρώπου φύσις.* Ultimum verſum iterum habes in fine Ὠκ. v. 167; ubi pro *ἀνθρώπου* recte legitur *ἀνθρώπων*. Verſa haec a Cicerone ſunt. Vide Muretum Var. Lect. VIII, 16. SOLAN. Haec omnia ex Euripid. Oreſte I & ſeqq. *Solan.*

Immo mutatis perſonis. Sic ubi verſu tertio Eurip. habet ἀνθρώπου φύσις, Noſter ἡ θεῶν φύσις fecit &c. REITZ.

ibid. Ὧδ' εἰπεῖν) Ὡς alias legitur. GUYET. Nullam invenio ed. quae ὡς habeat, licet inſpexerim *Fl. Ald. I. H. Fr. P. B.* 1. *S. A.* Nihil vero varietatis deprehendi, niſi *Fl.* & *B.* 1. ᾧδε cum iota ſubſcr. habere, cett. non. Ergo voluit, ὡς εἰπεῖν alios auctt. amare. REITZ.

Pag. 224. *l.* 3. Ἀπολλον) Haec & ſequentes parodiae Euripidis ex quibus fabulis deſumtae ſint, mihi non conſtat. De κοίμισον vide Rheſ. 669. SOLAN.

ibid. Ἀρχὴ λόγων) *Incipis.* GUYET.

ead. l. 4. Ὦ παγκάκιστοι) Senarii. GUYET. Sed hos *Par.* ed. iam diviſit. REITZ.

ead. l. 6. Οἰκείων) Etſi οἰκεῖον quoque erat in *P.* quam ſequimur deſcribendo, (non tamen ſine mutatione, ubi id neceſſarium videtur) & ex Cod. ſuo quoque ſic legi videtur velle Graevius, nullus tamen id probare poſſum; quin e contrario, ſi vel plurimi haberent οἰκεῖον, id in οἰκείων mutandum cenſerem; nam cum verſus ſit iambicus, cur trochaeum ei intruderemus? REITZ.

ead. l. 7. Τί [μοι] ῥέξεις;) Verſus hexameter eſt e veteri poëta: τὸ μοὶ additamentum videtur. Sed forſan tamen eſt a Luciano ipſo. GUYET. Recte iudicat Guyetus: quare μοι ſeclusi quidem, ut verſus dimenſio appareret, non tamen expunxi, quia ſtudio videtur intextum. REITZ.

ead. l. 9. Ὀργὰν) Quia Euripideum eſt, pro ὀργὴν, nihil mutavi. REITZ.

ead. l. 13. Ἥτις ἐστί σοι) Pleonaſmum horum verborum (nam priora ſenſum ſatis abſolvebant) compluribus Graecis Latiniſque exemplis, non omiſſo hoc Luciani loco, firmat Daviſ. ad Cic. De nat. Deor. I, c. 26, p. 65. Quem, indicante in margine Hemſterhuſio, conſului, exſcribere nolo, quia hic notarum habemus ſatis. Conf. Gall. c. 12. REITZ.

ead. l. 14. Οὐκ οἶσθ') Verſus ſenarius. GUYET.

Pag. 225. *l.* 6. Σάτυρον) Antiopam decepturus, quam c. 5 nominat: Nyctei erat filia. SOLAN.

ead. l. 8. Ἄλλου του) In vett. quibuſdam edd. haec ita continuo ductu ſunt exarata, ac ſi unum verbum eſſet, velut ὅστις plerumque iunctim ſcribere amant. Sed του ſine accentu pro τινος valere, ſi quem fugit, adeat nos ſupra ad Tyran. c. 11, Geſner. ad Quom. Hiſt. cap. 51, Hemſterh. ad Prometh. c. 7; addatque Amor. c. 27, & Herodian. II, 3, 12. REITZ.

ead. l. 10. Ὦ μακαρία) Verba Iovis ἔνστιχα videntur, ſicque corrigenda & ordinanda:

— — — ὦ μάκαιρ'
Ἥτις ἐν ἔρωτι, καὶ τοιαύταις παιδιαῖς
Οἴει σ' ἀμέτερα πράγματ' εἶναι· ἄλλο τί.

Τὸ ἄλλο τί, quod ſupplendum videbatur, ſupplevimus ex ſequentibus. GUYET.

ead. l. 13. Ἐν ἐσχάτοις) Senarii Ἐν ἐσχάτοις &c. Καὶ τοῦτο &c. Ἔστηκεν ἡμᾶς εἴτε χρὴ τιμᾶσθ' ἔτι. Καὶ τὰ γέρ' ἔχειν τ' ἂν τῇ γῇ, εἴτε κ' ἡμελῆσθαι. GUYET. Non male quidem Guyetus rurſus coniecit, & hic verſus eſſe; ſed quia tranſpoſitio eſt inſtituenda, nec ultimus tamen verſus recte procedit, nihil in vulgata mutavi. Et quis ait, ubicunque verſus veſtigia apparent, nihil de ſuo adieciſſe Lucianum, quod & alibi eum factitaſſe vidimus? Alia res eſt, ubi una ſyllaba demta, vel una tranſpoſitione facta, aut eiuſmodi levi mutatione verſus reparari poteſt, aut ubi ipſe ait, ſe hoc vel illud poëtae afferre, ibi ad reſtituenda metra proni erimus. REITZ.

ead. l. 14. Ξυροῦ) Mſ. Ox. ξηροῦ νῦν, quod nihili eſt. Vide Iliad. K, 173, — ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς. Utuntur & alii; & iam in proverbium abierat. SOLAN.

Pag. 226. *l.* 1. Αὖθις) Ex Mſ. Ox. inferuimus. SOLAN. Non diu haeſitavi in recipiendo illo αὖθις ex Cod. Ox. res enim ipſa, & ſequens ἐπικρατήσαντες αὖθις clamant, etiam priore loco idem requiri. REITZ.

ead. l. 4. Θάρσει — ᾠοῖς) Senarius. GUYET. Parodia Euripid. in Phoen. 118: Θάρσει τὰ γ' ἐνδον ἀσφαλῶς ἔχει πόλις. SOLAN.

ead. l. 6. Ὅτε — παραλυπεῖ) Mſſ. Regg. 2954. 2955. & 3011. Vulg. παραλυποῖ.

ibid. Πῶλος ἢ Ἀριστόδημος) Sunt hiſtrionum nomina, ut infra. COGN. Τῶν τραγῳδιῶν ὑποκριταὶ fortaſſe. GUYET. De his vide Mer. c. 16, & infra c. 41. Polus Demoſthenis aetate vixit, Plut. 1544, 1; 1558, 2; 1579, 2; 621, 1, & 1405 f. diu vixit. Vide etiam A. Gell. VII, 5. Ariſtodemus etiam Demoſthenis aetate vixit. Vide Demoſth. p. m. 168 C. cum Aeſchinem ſub eo tertias egiſſe partes aſſeveret. SOLAN.

ead. l. 8. Τιμοκλῆς — Δάμις) *Timoclem* Stoicum nullibi, niſi apud Noſtrum, invenio. *Hetoemocles* Stoicus, qui in Συμπ. inducitur, idem eſt haud dubie cum eo, ad quem ſuum de Merc. cond. librum ſcribit. Vide not. ad Μισθ. c. 2. SOLAN.

ead. l. 10. Προνοίας πέρι διελεγέσθην) Res & cardo totius negotii, prudentia. COGN.

ead. l. 14. Συναγωνίζεσθαι ἡμῖν) Non quidem arbitror huius verbi poteſtatem pleriſque ignotam; non poſſum tamen quin in tranſitu moneam, egiſſe de eo Iac. Elſner. in Ep. ad Rom. XV, 30, ubi συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς. Et ex Thucyd. II, p. 97, item III, p. 219, tradidiſſe, id ſignificare primo, *ſocium eſſe & adiutorem in belli certamine*; tum, *adeſſe periclitanti in iudicio*, docente Biſeto ad Ariſtophan. Theſmoph. v. 1070. Deinde in genere, *ſtudioſe & omni opera adiuvare laborantem*, ut Lucianus h. l. Et Iſocr. Orat. ad Philipp. p. 216. Ac Porphyr. de Abſtin. L. IV, § 13. Adderem Ioſeph. Antiq. XII, 1, Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, ὃς ἦν ἐπὶ τῶν βιβλιοθηκῶν τοῦ βασιλέως — συνηγωνίζετο. Adderem alios, ſi in rebus notis haerere utile videretur. REITZ.

Pag. 227. *l.* 2. Συνουσίας) Varietas illa inter συν & ξυν nullius momenti tam ſaepe occurrit, ut non ſemper opus ſit de ea monere. Cod. O. plurimum ξυν habet. In edd. Luciani autem ita promiſcue ſe offert, ut neſcias, utrum Luciano ſit frequentius. Ita ξυνουσίαις Herm. c. 18. Sed συνουσίαις ibid. c. 20. Conf. mox c. 6, ubi rurſ. ξυνέλθετε & συνέλθετε. Non repetam plus quam quadraginta ſimilia mihi ex Luciano meos in uſus notata. Dicam tantum, in Timone intra 34 paragraphos octies σὺν, quinquies tantum ξὺν occurrere, alibi aequalem fere utriuſque eſſe numerum; in nonnullis vero verbis nunquam ξυν, ſed ſemper συν legi, ut in συλλάβοιμι, nunquam inveni ξυλλαβ. forſan euphoniae gratia. Si vero deinde invenero ξυλλάβοιμι, id monebo; non item, quoties in aliis variatur, niſi Solanus id faciat. REITZ.

ead. l. 3. Μετέωροι πάντες) Eos metaphorice quaſi *in aëre ſuſpenſos* vocari, qui in magna verſantur exſpectatione, ſi non ſatis notum eſt, conferas mox Icarom. c. 3 f. ὡς ἐγώ σοι μετέωρός εἰμι ὑπὸ τῶν λόγων. Ac Demoſth. encom. c. 28, καὶ δὴ καὶ μετέωρος ὁ Ἀντίπατρος ἐπὶ ταύτης ἦν τῆς ἐλπίδος. Et Alciphr. 2, Ep. 4, p. 250, πάντα μετέωρα νῦν ἐστι βουλόμενα ἰδεῖν Μένανδρον, καὶ ἀκοῦσαι φιλαργύρων &c. adeaſque Bergl. ibi haec Luciani aliaque ſimilia adducentem, quibus tantum addo Long. Paſt. 3, pag. 100, (ed. Moll.) καὶ τὸν Δάφνιν μετέωρον πρὸς τὴν ἀκοὴν καταλαβών. Idem etiam de navi in altum evecta, L. 2, p. 58, τὴν ναῦν ἐς τὸ πέλαγος μετέωρον ἔφερεν. Item 2, 71 Iungerm. ναῦς ἐπ' ἀγκυρῶν μετεώρους διορμίσας, quod Iungermannus convertit, *naves in ancoris ſubrectas con-*

ſtituit. Sed & de iis, quae incerta pendent, recte dici, videmus ex Plutarch. Num. p. m. 60 f. *μετεώρου τοῦ πολιτεύματος ὄντος, ſuſpenſa ſine imperio Republ.* Quod paulo aliter tamen intelligendum ap. Herodian. II, 9, 3, *πυνθανόμενος τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν μετέωρον φερομένην ἁρπάσαι*, nempe, *principatum ſuſpenſum ac direptui expoſitum.* Sed de *ſuſpenſo ſive incerto animo* aeque, ſi non rectius, quam *pendere ex alicuius ore*, (ut ibid. II, 13, 8, converſum legimus) verteretur hoc eiuſdem: Προσίοντο γὰρ τῷ τοῦ Σεβήρου στρατῷ, ἐπινίκια ἂν στῶσιν εἰς τὸν βασιλέα ἀποβλέποντες, μετέωρόν τε γνώμην ἔχοντες, κυκλώσασθαι αὐτοὺς πολεμίῳ νόμῳ. REITZ.

ead. l. 5. Ἐν στενῷ) Supra in Hermor. c. 63, *συνελαύνεις εἰς στενόν.* Mox infra cap. 30, ἐν τῷ στενῷ ἐχόμενος. Alciphr. I, Ep. 24 f. μὴ δὲ περιίδῃς ἀγαθοὺς γείτονας εἰς στενὸν τοῦ καιροῦ φθειρομένους. Ubi Bergl. hoc Luciani quoque affert. REITZ.

ead. l. 7. Ἀνάγκη — ἀνόμαστα) Has duas voces delet Ox. Mſ. quae in vulgatis poſt ἀνάγκη leguntur, nempe τὰ ἡμέτερα, & mox in iiſdem impreſſis legitur δόξαντα· valde arridet haec Mſ. O. ſcriptura, quam ideo in textum recepi. SOLAN.

Pag. 228. *l.* 2. Ἐπανενεγκεῖν) Ex O. Codice hoc, pro vulgato ἐπαναγαγεῖν. SOLAN.

ead. l. 8. Ἄπεισιν) Edd. praeter *Fl.* omnes ἄπιοι. Sed in ἄπεισιν conſpirant Mſſ. Ox. Reg. 3011. & marg. *A.* 1. & ſic reſcribi iubebat cl. B. de Ball.

ead. l. 9. Ἀγνοήσεται) Rectius Mſſ. Regg. 2954. & 3011. ἀγνοηθήσεται.

ead. l. 11. Κοινούμενος) Conf. infra Icarom. c. 29 pr. REITZ.

ead. l. 13. Ἅπαντες· ὀρθῶς γὰρ λέγεις. EPM.) Scripturam, quam exhibet Cod. Ox. expreſſimus, utpote vulgata praeſtantiorem, quae Mercurio haec verba tribuit. SOLAN.

ead. l. 15. Συνέλθετε) Cum *I.* etiam haberet συνέλθ. Solan. notarat Cod. O. habere ξυνέλθ. uti & mox ξυγκαλῶν. At cum videam, eundem Codicem ſic ſaepiſſime ξ pro σ exhibere, ambigo, an opus ſit id ubique in variantt. notare cum lectoris faſtidio. Vid. de eo iam notata ad cap. 4 huius Dial. v. *συνουσίας.* REITZ.

Pag. 229. *l.* 13. Τὸν Ἀπόλλω) Hoc recte ſe habere, vid. ad cap. 10. REITZ.

ead. l. 14. Τὰ πολλὰ τῆς μαντικῆς ἀσφαλείας) Ἀσαφείας. GUYET. (Idem notarat etiam la Croze. REITZ.) Pro ἀσφαλείας lego ἀσαφείας, & verto, *quamvis obſcuritas multa tegat.* Sic in Gallo *γρησμοὺς ἀσαφεῖς* dixit, c. 18 f. ἐν τοῖς ἀσαφέσι

τῶν χρησμῶν. L. Bos. Recte emendatum eſt a Pariſienſi editore, quod in edd. erat ἀσφαλείας, & pro eo ἀσαφείας, ut in P. & L. ſcribitur, repoſitum. Sed μαντικῆς additur in *P.* In O. ſolum legitur. Vide 158 f. & 382 inf. cum Menagii not. SOLAN. Quid ſibi ἀσφάλεια hic velit, & quomodo occultare ea poſſit vitia poëſos, nemo temere dixerit. Nota oraculorum obſcuritas: indicat eam ipſum participium ἐπικρυπτούσης. Quid igitur? legendum ἀσαφείας, quod voluiſſe etiam doctiſſimum Solanum, ex interpretatione Obſopoei, ab eo interpolata, colligo. GESN. Quod L. Bos monuit, id ſic iam editum erat in *Par.* Non tamen dixerim, eum inde hauſiſſe, quia cett. malè quoque ἀσφαλείας. Ceterum a plagii crimine non eſt immunis, quod patefiet in nova ed. eius Ellipſεων, brevi forſan proditura. REITZ.

Pag. 230. *l.* 8. Θήλεια θεὸς) Τὸ νῦν hic deeſt, aut alia particula διχρονος. GUYET.

ibid. Μήτε τις οὖν θήλεια θεὸς, μήτε τις ἄρσην) Claudicat verſus hic, ut etiam poſtremus in voce νώνυμοι. Sed volens ſciens hoc Lucianus ita commiſit in perſona Mercurii, ut mali poëtae, & qui paulo ſuperius de ſe ipſe dixit, ἐγὼ δὲ ἥκιστα ποιητικὸς εἰμι. MARCIL. Parodia ex variis Homeri locis, quae indicamus, concinnata, in qua ex ipſo Homero quaedam emendanda ſunt, ut τέγε poſt θήλεια θεὸς, & ὅσσοι. SOLAN. Nihil mirum, ſi verſus claudicat, quando vox omittitur, quam ex Homero ab Solano indicato reſtituimus. Editor Pariſinae damnum hoc ſarcire cupiens, καὶ de ſuo, ut ſuſpicor, ſupplevit, quo verſus quidem dimenſioni, non adeo intellectui ſatisfiebat. REITZ.

ead. l. 9. Μηδ' αὐτῶν) Homer. Il. T, 7. SOLAN.

ead. l. 11. Ὅσοι — Νώνυμοι) Mercurius iuſſu Iovis convocaturus concilium Deorum, inter alia, quae ῥαψῳδεῖ, & hoc ait: — ἀλλ' ἐς Διὸς ἔλθετε πάντες Εἰς ἀγορὴν, ὅσοι τε κλυτὰς δείνουδ' ἑκατόμβας, Ὅσσοι τ' αὖ μέσσατοι, ἢ ὕστατοι, ἢ μάλα πάγχυ Νώνυμοι, βωμοῖσι παρὰ κνίσσησι κάθησθε. Emendatius Baſileenſis legit ὅσσοι in utroque loco. Cur vero ultimum verſum in voce νώνυμοι claudicare dicat Marcilius pag. 131 ed. Amſt. non intelligo. Utique ſecunda in Νώνυμος producitur. Hom. Il. M, v. 70: Νωνύμους ἀπολέσθαι ἀπ' Ἀργεος ἐνθάδ' Ἀχαιούς. Pro νώνυμοι apud Lucianum in ed. Flor. legitur νώνυμνοι. Utrumque uſitatum. IENS.

ead. l. 12. Ὅσσοι τ' αὖ.) Hom. Il. I, 228, & mox Νώνυμνοι Il. N, 227. SOLAN.

in Schol. col. 1. *l.* 1. Ἀλλ' ἐς Διὸς) Hoc Scholium haud ſatis apte hic infertum, noluimus tamen loco movere, quo Scholiaſtae ingenium magis innoteſcat, qui arrepta marium feminarumque inter Deos mentione, notam, quam alibi aut concinnarat aut invenerat, alieno prorſus loco lectori obtrudit. Vid. Schol. 43 ad Θ. Δ. SOLAN.

Pag. 231. *l.* 1. Νώνυμνοι) Non dubitavi ſic dare ex *Fl.* & Homeri loco ab Solano citato. Item ex Iliad. Ξ, 70, ubi plane idem verſus, quem Ienſ. ex M, 70, citat, recurrit, nec tamen *νωνύμους*, ſed *νωνύμνους* ſcribitur. Quin & M, 70, in ed. optimae notae Oxon. *νωνύμναυς* ſimiliter legitur. Et quamvis erudit. Clarke *νωνύμους* ibi ediderit, fatetur tamen, alios *νωνύμνους* habere, aitque: *Nulla ex analogia produci poteſt illud υ. Utrumne vero νωνυμνους, quomodo nonnulli ediderunt, an νωνύμμους aeque ac νώνυμους pronunciarint Iones, non liquet.* Non tamen auſim repugnare Ienſio, *νωνύμους* & *νωνύμνους* promiſcue inveniri, & prius etiam produci: nam in Odyſſ. priore modo ſcribitur A, 222, — Ζεὺ νώνυμον ὀπίσσω, in 3 edd. antiqq. ac tamen media fit longa. Sed quia crebrius corripitur ſic ſcriptum, ut Od. Ξ, 182, Νώνυμον ἐξ Ἰθάκης —, item N, 239, Οὕτω νώνυμός ἐστιν· ἴσασι δέ μιν μάλα πολλοί· ſuſpicio remanet, etiam priori Od. loco conſona duplicata legendum. Quare fraudi non erit recepiſſe in Luciano, quod rutius eſt, etſi nondum plane negari queat, alterum quoque defendi poſſe. Sed ſentio, nimis iam curioſum me fuiſſe in una literula indaganda, & non multum utilitatis inde lectorum plurimos capturos. REITZ.

ibid. Βωμοῖσι) Lege, ἐν βωμοῖς παρὰ κνίσσαις. GUYET. Recte quidem Guyetus vidit, in vulgaribus edd. deeſſe aliquid ad numerum. Iam vero, cum pro *νώνυμοι*, habeamus *νώνυμνοι*, addito ἐν nihil eſt opus. REITZ.

ead. l. 4. Ὡς ἂν ὕλης ἢ τέχνης ἔχῃ) Indicarat Solanus in marg. conferend. Dial. 1, T. I. ibi autem § 2 legas: φύσεως — ἔχων δεξιῶς. Sed illa verbi ἔχω ſtructura ſatis eſt obvia. Vid. tamen Tox. cap. 44 f. ὥς τις ἢ γένους, ἢ πλούτου, ἢ δυνάμεως ἔχοι, ibique obiter notata: nam his inhaerere, ubi nihil eſt difficultatis, non eſt animus. REITZ.

ead. l. 8. Εὐφράνορος) Miror, hunc inter ſtatuarios nominari, omittique hic Polycletum, qui paulo poſt a Mercurio memoratur. Euphranor enim inſignis quidem pictor, non ſtatuarius; niſi forte etiam tabularum pictarum hic rationem a Iove haberi putes, quod a vero mihi non videtur abhorrere. Eu-

phranoris inter alia celebrabatur Iuno, cuius & Noſter meminit. Habet tamen etiam Lactantius inter ſtatuarios L. II, 4, cum Polycleto & Phidia, p. m. 111 B. SOLAN.

Pag. 232. *l.* 1. Τῶν χαλκῶν) Sola *l.* hic γὰρ pro τῶν habet; ſed vulgatam ſequor. SOLAN.

ead. l. 6. Πλουτίνδην — Ἀριστ.) Quid haec ſignificent, docebit Ariſtot. Pol. IV, 157, 17. SOLAN.

ead. l. 10. Χαρίεντες) Conf. infra cap. 48, locaque ibi indicata. REITZ.

ead. l. 12. Ἐλεφάντινοι) Iuppiter Olympius, de quo ad Θυσ. c. 11, & Συγγρ. c. 51. De materia Coloſſorum eorum vide Ἀλ. c. 24. SOLAN.

ead. l. 15. Μυῶν) Sic Mſ. O. Vide Ἀλκ. c. 24, ubi in impreſſis itidem peccatur: μυιῶν enim utrobique habent omnes. SOLAN. Dedi hoc Mſ. ac Solano, ut μυῶν ἀγ. *murium greges*, pro μυιῶν *muſcarum*, reciperem; quia habitatio illis hic convenientior, quam his; & verbum ἐμπολιτεύομαι, quaſi civitatis forma incolere, *muribus* quam *muſcis* melius conveniat. Utrum autem infra Gallo c. 24 f. *muſcarum grex* potior ſit grege murium, quod Weſſel. Obſ. pag. 51 voluit, ibi diſquiremus. REITZ.

Pag. 233. *l.* 1. Βενδῖς) Vide Ἰκαρ. cap. 24, & Strab. X, pag. 471. SOLAN.

ead. l. 2. Ὁ Μὴν) *Deus Lunus*, qui a Phrygiis praecipue colebatur. Vide c. 42. Eius effigiem in nummis exhibet Spanh. p. 193, quem vide. Sic autem ſcribitur in O. & *Fl.* ed. In reliquis Μήν. Niſi quod in P. Μὴν ὁ ὀλ— ſcribitur, prave. SOLAN.

ead. l. 3. Πολύτιμοι ὡς ἀληθῶς. ΠΟΣ.) Cum non ſatis diſerte notaſſet Solanus, quid *Fl.* hic haberet, ego eam adii, cum ceteris contuli, invenique, eam pro vulgato, καὶ πολυτίμητοι ὡς ἀληθῶς. ΠΟΣ. καὶ ποῦ τοῦτο, ὦ Ἑρμῆ, δίκαιον, ſic habere: καὶ πολύτιμοι. Ποσειδῶν. ὡς ἀληθῶς τοῦτο Ἑρμῆ δίκαιον. Ex ea igitur lubens arripui illud πολύτιμοι, quod ſenſus poſt βαρεῖς poſtulat. Non enim idem eſſe πολυτίμητοι, quod honorem cultu exhibendum ſignif. cum alterum de eo, quod multo pretio emitur, verius dicatur: idque notum arbitror, alioqui teſtimoniis firmarem. Ceteras tamen eiuſdem *Fl.* mutationes aſſumere non ſum auſus, quod omiſſionem prae ſe ferunt. Formula autem ὡς ἀληθῶς Noſtro eſt cum aliis familiaris. Vid. de Salt. c. 2 m. Alex. c. 61, Lexiph. c. 22, Amor. c. 48. Ac Bergl. ad Alciphr. I, 30 f. Sic in aliis adiect. Long. Paſt. III, p. 111, ἡ δὲ ἡγεῖτο ὡς μακρατάτῳ τῆς Χλόης. REITZ.

ead. l. 4. Ποῦ) Lege πῶς. In O. deeſt. SOLAN.

Pag. 234. *l.* 2. Χρυσῇ) Homero nempe paſſim. SOLAN.

ead. l. 4. Πεντέληθεν) Πεντέλη locus in Attica. GUYET. Vide notam ad Ἐρωτ. c. 13, ubi aliter traditur. SOLAN.

ead. l. 5. Δόξαν οὕτω Πραξιτέλει) Tale eſt Horatianum illud: *Cum faber incertus ſcamnum faceretne Priapum, maluit eſſe Deum* &c. GUYET.

ead. l. 10. Καὶ γὰρ καὶ) Etſi poſterius καὶ, quod *Fl.* omiſit, abeſſe poteſt, minime tamen eam ſequor; quia ſic ſolet Noſtro aliiſque duplicari. Vid. Alex. c. 24, ibid. c. 28 pr. Imag. cap. 6 f. &c. REITZ.

ibid. Τὸν Ἀπόλλω) Quod Solanus noſter operae duxit notare conſenſum in Ἀπόλλω pro Ἀπόλλωνα, monet, id iam dictum recte ſe habere, ad Iov. Conf. c. 8. Et hoc Iov. Trag. c. 6 eodem modo legebatur. Et ſic Diod. Sic. quoque τὸν Ἀπόλλω, L. 2, c. 47, atque alibi. REITZ.

ibid. Ἀπόλλω — πολύχρυσον) Dives dicitur Il. 1, 404; ſed nullibi, quod praeſiſcine dixerim, apud Hom. πολύχρυσος, quod apud Heſiodum epithetum eſt Veneris paſſim, ut Ἔργ. 519. SOLAN.

ead. l. 11. Ἐν τοῖς ζευγίταις) Cum mox τοῦ Θητικοῦ, tum πεντακοσιομεδίμνων & ἱππάδος etiam mentio iniiciatur, optimum fuerit hic uno loco proponere antiquum illum Solonis cenſum, ad quem reſpicitur: faciemus hoc Plutarchi verbis, Solone p. 160 H. Steph. Τοὺς ἐν ξηροῖς ὁμοῦ καὶ ὑγροῖς (oleo, arbitror) μέτρα πεντακόσια (quingenas ſ. quingentas de unoquoque genere) ποιοῦντας, πρώτους ἔταξε, καὶ πεντακοσιομεδίμνους προσηγόρευσε· δευτέρους δὲ τοὺς ἵππον τρέφειν δυναμένους, ἢ μέτρα ποιεῖν τριακόσια· (trecenas, trecentas de unoquoque genere) καὶ τούτους ἱππάδα τελοῦντας ἐκάλουν. ζευγῖται δὲ οἱ τοῦ τρίτου τιμήματος ὠνομάσθησαν, οἷς μέτρον ἦν συναμφοτέρων τριακοσίων (utriuſque generis ſimul ſumti trecentorum) οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐκαλοῦντο Θῆτες, οἷς οὐδεμίαν ἀρχὴν ἔδωκεν ἄρχειν, ἀλλὰ τῷ συνεκκλησιάζειν καὶ δικάζειν μόνον μετεῖχον τῆς πολιτείας. Hinc apparet, *claſſicos* vel *primi cenſus* homines vocari poſſe πεντακοσιομεδιμναίους, *equeſtrem* Atticorum cenſum eſſe τὴν ἱππάδα, ζευγίτας ſ. *iugarios* dictos, quod duo iuncti unum equum publicum alerent, Θῆτας denique cum *capite cenſis* Romanorum comparari utcunque poſſe. GESN.

ead. l. 13. Κόλλοτας) De hoc vide ad Συγγρ. c. 23. SOLAN. Remittit Solan. ad Deor. Dial. VII, c. ult. Sed ibi ex Codd.

καλλάβους editum de re eadem. Nihil tamen hic muto. Vide ſis, quae ſagaciſſimus Hemſterh. ibi eſt commentatus. REITZ.

Pag. 235. *l.* 1. Τῷ θητικῷ) Θητικὸν infimae claſſis locus apud Athenienſes. Nam totam civitatem in quatuor claſſes Solon diviſerat, in πεντακοσιομεδίμνους, ἱππάδας, ζευγίτας καὶ θητικούς. Scholiaſt. Ariſtophan. ad Equit. tres tantum facit ordines. BOURD.

ead. l. 3. ΚΟΛΟΣΣΟΣ) In *l.* & *Fl.* non hoc modo nomen, ſed & pleraque interlocutorum integra ſcribuntur; adſcripſit Solan. conferend. Quom. Hiſt. cap. 23. Ibi Coloſſi Rhodii & proportionis imaginum ſit mentio. REITZ.

ead. l. 4. Εἰ δ' οὖν μὴ ὑπερφυᾶ) Sententia poſtulare videtur, ut unica mutata literula legamus εἰ γοῦν. Certe in interpretando hoc ſum ſecutus. GESN.

ead. l. 6. Τελέσματος) Primo trecenta talenta ex Demetrii apparatu ſive machinis relictis conflata, ad eam rem adhibita ſunt. Plin. 34, 7. Neque ſufficiente hac ſumma, collata eſt praeterea a Rhodiis alia ad perficiendum opus pecunia. SOLAN.

ead. l. 7. Ἐπεποίηντο ἂν) De meo non inſeruiſſem illud ἂν, quia tam brevi intervallo iterum ἂν habemus. Verum quia Solanus noſter id fecit, & ſenſus potius quam euphoniae ratio habenda, obſecundavi. Magis enim iam aperte declaratur, Rhodios non revera ſedecim aureos Deos inde feciſſe; ſed, ſi voluiſſent, facere potuiſſe. Ceterum de praeterito paſſivo poteſtate activa uſurpato dictum abunde ſupra. Conf. 1 Ver. Hiſt. cap. 35, & notam Ienſii ad Tyrannic. cap. 12, ubi licet πεπραγμένου fruſtra active interpretetur, multa tamen alia exempla addit, unde id pater; quorum alia ex Luciano etiam alibi non ſemel indicavimus. REITZ.

ibid. Αν) Ex Mſ. Ox. ante ὥστε. SOLAN.

ead. l. 10. Τί ἄ Ζεῦ) Coloſſus Rhodius propter ingentes ſumtus in ſe factos ſibi προεδρίαν inter Deos vult vindicare. Conſulit de hac re Mercurius Iovem: τί, ὦ Ζεῦ, χρὴ ποιεῖν; δύσκριτον γὰρ ἐμοὶ γοῦν καὶ τοῦτο. εἰ μὲν γὰρ ἐς τὴν ὕλην ἀποβλέποιμι, χαλκοῦς ἐστιν· εἰ δὲ λογιζοίμην, ἀφ' ὁπόσων ταλάντων κεχάλκευται, ὑπὲρ τοὺς πεντακοσιομεδίμνους καὶ τὴν ἱππάδα ἂν εἴη. Hic locus imperitiſſime vertitur: *Quid facto opus, Iuppiter? Nam hoc iudicare difficile eſt. Nam ſi materiam reſpexero, aeneus eſt. Verum ſi ſupputem, quot in eo fabricando impenſa fuerint talenta, plures quam quingentos modios, & cenſum equeſtrem inveniam.* Oedipus ſit, qui ultima Latina verba explicet. Quid enim quingenti medimni & equeſtris cenſus faciunt ad impen-

ſas, quas conſumſerunt in Rhodio Coloſſo erigendo? non plus ſane, quam tenuis & deſpectus rivulus ad Aegaeum mare. Paulo ante Mercurius, cum Venus, quia ab Homero appelletur χρυσῆ, dixiſſet, ſibi quoque inter primi ſubſellii Deos locum deberi, reſpondit, illam viſuram quoque multi auri poſſeſſorem Apollinem ἐν τοῖς ζευγίταις καθήμενον, inter zygitas ſedentem, hoc eſt, tertiae claſſis Deos, quia ipſius templum ſit compilatum, ideoque Veneri cogitandum, non male ſecum agi, μὴ πάνυ ἐν θητικῷ ἐκκλησιάζουσα, ſi non inter imi ſubſellii Deos collocetur, in Deorum conventu. Haec loquendi genera ſunt ex republica Athenienſi petita, in qua Solon ſecundum cenſum diviſit in quatuor claſſes cives. Tertia claſſis erat τῶν ζευγιτῶν, qui ducentos medimnos aridorum & liquidorum pendebant reipublicae, & minas decem. Quarta erant θητῶν. Θῆτες ad nullum magiſtratum poterant adſpirare, ſed nullum quoque pendebant tributum, ut Romae *proletarii* & *capite cenſi*. Eandem translationem retinet in ſequentibus, & affirmat, ſi ſumtus ſint reſpiciendi in Coloſſum impenſi, ſuper πεντακοσιομεδίμνους καὶ τὴν ἱππάδα ἀν εἶν, hoc eſt, eum ante primi & ſecundi ordinis Deos ſedere debere. Πεντακοσιομέδιμνοι erant ex Solonis deſcriptione primae claſſis cives, qui ex ſuis poſſeſſionibus capiebant fructus quingentorum modiorum, aridorum ſimul & liquidorum, & qui aerario pendebant talentum. Καὶ τὴν ἱππάδα ſcil. τελοῦντες, hoc eſt, quod tributum equeſtrem penderent, hoc eſt, equitem cogerentur alere in uſum reipublicae: quorum facultates erant modii trecenti, tributum ſemi-talentum. Hi erant ſecundae claſſis cives. Hanc diſtinctionem civium Atticorum lepide Lucianus tranſtulit ad Deos. Vide Polluc. VIII, 10, Plutarch. in vita Solonis, & Ariſtidis, & Meurſium in Solone Ariſtotelis ſententiam refellentem. GRAEV.

ead. l. 12. Ἀφ' ὁπόσων ταλάντων) Conf. ſupra Aſin. c. 53, ἀπὸ χελώνης πεποιημένη. Ariſtoph. Nub. 766, ἀφ' ἧς τὸ πῦρ ἅπτουσι. Sed propius accedit, immo plane reſpondet hoc Demoſthenis, quod Steph. affert, licet haud indicato loco, qui eſt De Coron. in decreto Cherſoneſ. pag. 326 A. ed. Hervag. στεφανοῦσιν — στεφάνῳ ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα. REITZ.

ead. l. 13. Ὑπὲρ τοὺς) Cum id a Benedicto converſum eſſet, *plures* quam quingentos modios, Guyetus adſcripſerat, vertendum *ſupra*. REITZ.

ibid. Πεντακοσ. — ἂν εἶν) Abſurdiſſima ſunt, aut inverſa, quae in vulgatis poſt πεντακ— leguntur, καὶ τὴν ἱππάδα·

nam prius esse posteriore maius, quis ignorat? Cod. Ox. & ed. *Fl.* silente collatione P. omittunt, quod & ego secutus sum. REITZ.

ibid. Καὶ τὴν ἱππάδα) Delerat haec verba Solanus in Iuntina, quod non exstarent in O. nec *Fl.* Et certe glossam sapiunt; quia tamen suspicio est, ea & in aliis Codd. haberi, (quod de eorum omissione nihil praeterea notatum invenio) & quia Gesner. in versione retinuit, nolui omittere. REITZ.

Pag. 237. *l.* 1. Καθιζόντων) Quod *Fl.* exhibet, frustra est; & καθιζέσθωσαν saltem scribendum fuisset. Atticam vero imperativi formam esse καθιζόντων pro καθιζέτωσαν, vidimus non semel. Conf. Zeux. c. 5, & Notam, ἐπαινοῦντων pro ἐπαινείτωσαν. Adde Alciphr. II, 1 f. ἀλλ' αὐτοὶ μὲν χαιρόντων. Sic III, 30 f. φθονούντων δὲ οἱ πονηροί· ibid. p. 394, ποιούντων eadem ratione. Erunt tamen, qui καθεζόντων malint, quia καθίζω est *colloco*, καθέζομαι *sedeo*. Sed nihil opus esse, credo. Nam & sic Long. Past. II, 83, Φιλητὰς καθίσας ὀρθιον, *Philetas sedens erectus*, quod cum exponi possit, *collocans se erectum*, etiam hic ita exponat, qui velit. Nam & sic Hom. Il. Γ, 426, ἔνθα κάθιζ' Ἑλένη, *ibi sedebat Helena*, & alibi passim. REITZ.

ead. l. 6. Διανομὰς) Subaudi ποίει, ὦ Ζεῦ. GUYET. Populi Romani tumultuantis sub Imperatoribus voces concioni etiam Deorum tribuit. SOLAN.

ibid. Ποῦ τὸ νέκταρ) Non displicet scriptura Cod. O. ποῦ τὸ νέκταρ, ποῦ τὸ νέκταρ — ποῦ αἱ ἑκατόμβαι; Festinantibus enim, & perturbatis eiusmodi repetitiones esse proprias, in omni lingua, notum arbitror. Vid. tamen, si lubet, Aristoph. Plut. 114, οἴμαι γὰρ οἴμαι, ibique Spanhem. Item v. 643, ταχέως, ταχέως· nec non v. 348. Sic apud LXX, Exod. I, 7, καὶ κατίσχυσαν σφόδρα, σφόδρα. REITZ.

ead. l. 7. Κοινὰς τὰς θυσίας) Subintellige ποίει, ὦ Ζεῦ. ποιῶμεν. GUYET.

ead. l. 11. Ἑλλήνων συνιᾶσιν) Quod φωνὴν inferat O. glossa est. Potest enim satis per ellipsin intelligi, ut ἀπὸ μιᾶς (sc. φωνῆς) in Ev. Luc. XIV, 18, monente L. Bos de Ellipsi. REITZ.

in Schol. col. 1, *l.* 4. Τὸν Διά) Atqui non Iuppiter haec, sed Mercurius, loquitur. SOLAN.

Pag. 238. *l.* 1. Σοφιστῶν) Corrupta haud dubie haec scriptura: quis enim unquam fando audiit *mutos Sophistas?* Tritum in ea re proverbium postulat ἰχθύων, ut Ἀλ. cap. 1, & Ἀσταθ. c. 16. Sed nimis abhorret scriptura. Manuscriptorum opem exspecto, in quibus nihil adhuc subsidii. Silent enim

Collationes; neque abit Ox. a vulgari textu. Memini tamen, alicubi me legere *Sophiſtas* dici Pythagoreos; quo & hic reſpici volunt. Vide Ἀλ. cap. 4. SOLAN. Neque quidquam immutaverim, neque Pythagoreos intellexerim. Sed iocum eſſe a contrario crediderim, ut garrulitatem Sophiſtarum in tranſitu tangat, & parum reverentiae haberi Diis innuat: dum enim Iovem ubivis traducit, quidni & Talſo hoc ſcommate eum rurſus ludat? De metaphora hac, quam *deceptionis* vocant, vid. Eman. Theſaur. ideam argutae dictionis. REITZ.

ead. l. 8. Ὅτε ἠπείλεις) Ita ed. *Fl.* In Mſ. Ox. & P. ὅτε ἀπειλοίης. In reliquis ὁπότων ἠπείλης. SOLAN.

ibid. Ἠπείλης) Ἠπείλεις. GUYET, Hom. Il. Θ, 18. SOLAN. Noli tamen credere, etiam ἠπείλης ex Homeri loco probari. Vulgatum ἠπείλης, quod edd. obſedit, non effugit Solani diligentiam, ex Florentina corrigendum; quam ego recepi ante, quam Guyeti emendationem vidiſſem. Quod autem ait, eam etiam ὅτε pro ὁπότων habere, fallitur: nam ὁπότων etiam exhibet cum cett. Sed error calami eſt in eius nota, inde natus, quod in collat. in marg. *f.* inſtituta tantum ſignarit ὁ. ἠπείλεις *Fl.* Vulgatum enim plane falſam patebit attendenti, cum ſubiunctivus augmentum in hoc tempore non admittat, ſed ἀπειλῇς dicendum fuiſſet. Florent. vero lectionem probam eſſe, teſtimoniis nihil indiget, alioqui afferrem Hom. Il. O, 179, Ἠπείλει κἀκείνος &c. Forſan tamen optativi forma uſus fuerit Lucianus, ut O. & P. prae ſe ferunt; ſed quia *Fl.* lectio a vulgata propius abeſt, eamque minore mutatione corrigit, hanc ſum amplexus. In ὁπότων vero nihil mutavi: nam & ſic rurſus deinde cap. 19 m. ὁπότων ὁρῶσι τοσαύτην — τὴν παραχήν, ubi L. ſolus etiam ὅτε. REITZ.

Pag. 239. *l.* 4. Ἀκούσεσθαι) Hic mirari ſubit Scholiaſtae tarditatem, qui cum in ſuo Codice προύσεσθαι legiſſet, uti & in Ox. ſcriptum eſt, neque conſulto alio, neque tantillum dubitans ſcripturam depravatiſſimam enarrat. Quid a tali Critico exſpectandum ſit, hinc facile intelligas. SOLAN.

ead. l. 9. Κέκλυτέ μευ) Homer. Il. Θ, 5. illud μευ ex O. & *Fl.* eſt, qui Codd. etiam reiiciunt τε, poſt πάντες, ſed in eo nolui imitari. SOLAN.

ead. l. 10. Πεπαρῴδηται) Inquinatiſſime antehac legebatur πεπαρόνηται, neque in impreſſis tantum, ſed & in O. & Coll. & Excerpt. SOLAN. Quamquam παροινεῖν de iis, qui ebriorum more bacchantur, aliiſque moleſti ſunt, recte hic primo intuitu videtur dictum; tamen cum de metro hic ſer-

mo ſit, & reſpiciat ad parodias illas tragicas, quas Iuppiter protulit c. 1, 3, 4, ita certa viſa mihi Solani emendatio, ex ipſo Luciano petita, ut eam recipere non dubitaverim. Cui tamen vulgata revocanda videtur, revocet etiam verſionem Geſneri, quae erat: *Satis etiam apud nos prima illa quaſi per ebriam contumeliam effudiſti.* Sed obſtare videtur ſequens πλὴν, quod cum pro adverſativa coniunctione acceperint interpretes, non potuere cogitare de παῤῥησίᾳ. At ſi, quod revera ſignificat, πλὴν reddas, *quod reliquum eſt*, iam belle procedent omnia. REITZ.

in Schol. col. 1. *l.* 2. Προῦσεσθαι) Hoc Scholium, niſi per Ox. Cod. foret, quo referretur non eſſet. Sed ex eo patet, in quibuſdam Codicibus ita corrupte legi pro ἀκούσεσθαι· quod verum eſſe, locus ipſe Scholii ſatis confirmat, cum inter εὐπροσωποτάτη & διαμέλλεις in Voſſ. Mſ. poſitum ſit. SOLAN.

Pag. 240. *l.* 1. Ἀρξομαι) Haec verba in quibuſdam, uti habent, Mercurio tribuuntur, in aliis immutata, ut pro ἄρξομαι, ſit ἄρξαι, & ante ἀντὶ . . . ponitur Ζεύς. Ego hanc, ut ſcripturam optimam, ſecutus ſum. Ut autem ſui temporis Rhetoras rideat, adeo imperite Iovi ſuo hoc Demoſthenis prooemium tribuit, ut vel illud ἄνδρες excidat, quod voce θεοὶ emendare mox conatur. SOLAN. Si cum *Fl.* ἄρξαι legas, recte Mercurii perſona praemittitur, & Iovis denuo ante ἀντὶ collocatur. Sed cum in ἄρξομαι conſentiant ceterae, hoc ſervavi. Nimis autem earundem apertus erat error, quod Mercurio haec tribuerint, non mutato verbo, nec repetito mox Iovis nomine, cum deinde, c. 18 f. denuo Merc. loquens induceretur. REITZ.

ead. l. 2. Ἀντὶ πολλῶν &c.) Demoſth. Ol. I. SOLAN.

ead. l. 3. Ὑμᾶς) O. *Fr. S.* recte. In reliquis ἡμᾶς. SOLAN. Retinuerat Pariſinae ed. interpres ἡμᾶς, ac tamen *vos* dederat, quod ſenſus poſtulat. Quare talia vel ſine Codice mutarem. REITZ.

Pag. 241. *l.* 5. Περιπατήσαιμι τὸ δειλινὸν) Sunt verba LXX Interprett. Geneſ. III, 8. LA CROZE. Verba Geneſ. l. c. ſunt: Καὶ ἤκουσαν τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινόν. Ellipſis autem videtur, pro κατὰ τὸ δειλινὸν, qua etiam utitur Long. Paſt. IV, p. 106 f. ed. Moll. ἄγων δὲ αὐτὰς (τὰς αἶγας) πάνυ ἑωθεν, καὶ ἀπάγων τὸ δειλινόν. Idem L. 2, pag. 43, συνέρχονται τὸ ἑωθινόν. Sic mox Dial. Galli ſequente, τὸ ὀρθινόν. Quare aſſentior diligentiſſimo Berglero, τὸ ἑωθινὸν quoque pro τὸν ἑωθινὸν legendum in Al-

ciphr. I, Ep. 34, p. 148, ubi ſimul haec Luciani afferens ait, haec ſuppleri vel per κατὰ τὸ τοῦ καιροῦ, vel per nomen verbale; quem vide. REITZ.

ead. l. 8. Λιβανωτοῦ χόνδρας τέτταρας εὖ μάλα εὐρ.) Si τέτταρας excipias, plane iiſdem verbis utitur Alciphr. in deſcribendo pauperrimorum hominum ſacrificio. L. III, Ep. 35 f. ὁ δὲ ἔτι πενέστερος λιβανωτοῦ χόνδρους εὖ μάλα εὐρωτιῶντας. Quo loco Bergler. & hoc Luciani proferre non eſt oblitus. Geſnerus in ſua correxerat εὐρωτιῶντος, & *mucidi* veterat; bene, ut ſeq. παρασχόντος reſpondeat. Quare & hoc malim, aut potius παρασχόντας cum Pell. recipere, quia & Alciphr. l. d. εὐρωτιῶντας habet. Vulgatum tamen non movi, quia παρασχόντος ad λιβανωτοῦ relatum videbatur ſtare poſſe. REITZ.

ead. l. 9. Ἐπισβεσθῆναι) L. optime. In reliquis ἀποσβ—. SOLAN. Ἀποσβεσθῆναι) Ignoro verbum ἐπισβέννυμι, nec in Alciphronis loco adducto quidquam eſt praeſidii. Et vix credebam, Solani aut Collatorum fuiſſe mentem, ut aliud tantum compoſitum eiuſdem verbi σβέννυμι neceſſario ſubſtituendum voluerint; nam ſi *exſtinguendi* ſignificatus retinendus erat, vulgata quoque poterat ſervari, atque exponi per ellipſ. praepoſit. σὺν, *ut tus ſtatim una cum carbone exſtingueretur*, qualem ellipſin non ſemel habuimus ſupra. Vid. ſaltem ad 1 Ver. Hiſt. c. 33 med. Verum videns, aliud quam *exſtinguendi* verbum hic locum non habere, ſenſi Solanum ἐπισβεσθῆναι ideo accuratius exiſtimaſſe, quoniam ἐπὶ ſic poſſet commodius denuo intelligi, i. e. ἐπισβ. ἐπὶ τῷ ἄνθρακι. Quod itaque facile concederem ac reciperem, ſi modo plures Codd. addicerent, aut aliunde mihi ex probatis auctt. notum eſſet verbum ἐπισβ. At quia vulgatum ſatis poteſt intelligi eo ſenſu, quo diximus, cumque prunae ex ligno, quibus urebantur, citius exſtinguuntur, quam noſtrae ex ceſpite, non inepte dicentur una cum ture exſtinctae. REITZ.

ead. l. 10. Ὀσφρᾶσθαι τοῦ καπνοῦ) Cum Iuppiter conqueſtus eſſet de ſordibus Mneſithei, qui ex naufragio ſervatus cum Diis promiſiſſet hecatombam, ſolvit tantum gallum ſenio confectum, & quatuor grana turis, ὡς αὐτίκα ἀποσβεσθῆναι τῷ ἄνθρακι, μὴ δὲ ὅσον ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ ὀσφραίνεσθαι τοῦ καπνοῦ παρασχόντος, *ut in pruna ſtatim exſtinguerentur, & vix ſummas nares feriret fumus ex illis natus.* Mſ. ὀσφρῆσθαι. Sed lege ὀσφρᾶσθαι. Idem quidem eſt, quod ὀσφραίνεσθαι· ſed Grammatici obſervarunt, malle Atticos ὀσφρᾶσθαι, quam ὀσφραίνεσθαι. GRAEV.

in Schol. col. 2. *l.* 1. Ἐκχεόμενον) Haec omnia de Caphareo promontorio habentur totidem verbis in Etymologico Magno. Stephanus aliam vocis etymologiam tradit, quae verior, licet ipse eam non satis intellexerit. Καθηρεὺς, inquit, ἐκαλεῖτο, ὅτι τοὺς πλέοντας ἐκεῖ ἐκαθῆρον οἱ Εὐβοεῖς. Nempe καθηρεὺς est Graece; quod Καφαρεὺς fuit lingua Phoenicia: nam ut καθαίρειν significat *expiare*, *lustrare* apud Graecos, ita etiam sumitur apud Phoenices *Caphar*. Sic nimirum scopulum, aut navale hoc Euboeae vocaverant, qui cum Cadmo ex Phoenicia in eas oras advenerant. Vid. Bochartum in Canaan lib. I, cap. 13; qui tamen veram huius vocis originem non est assecutus. CLER.

Pag. 242. *l.* 5. Θώκων) Narrat Iuppiter, se venisse in Poecilem, & ibi varios homines invenisse, alios sub dio, alios valde clamantes, ἐπὶ τῶν δώκων καθημένους, *in cathedris sedentes*. Sed Mſ. δάκων, & quidem rectius. Nam δῶκος est poëticum, quo Homerus aliique sunt usi, sed δᾶκος est scriptoribus pedestribus proprium, & notat sellam, confessum; quamvis illud quoque inveniatur apud Aristophanem. GRAEV. Θάκων) Ita etiam Mſ. Ox. & P. vide Schol. Aristoph. 128 E. sed hic *sedilia* significat, ut apud eundem iuniores dicuntur τῶν δάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι. SOLAN.

ead. l. 8. Νεφέλην) Uti solent apud Homerum passim. Sed verba non sunt Homerica. SOLAN.

ead. l. 9. Πώγωνα) Atqui Iuppiter barbatus ipse pingitur Θυσ. c. 11. Verum prolixior fuisse videtur barba philosophorum. De ἐπίσπασ. vide Ῥητ. c. 12. SOLAN.

ead. l. 10. Παραγκωνισάμενος) Scribitur in nonnullis vulgaribus Lexicis ο brevi in med. Sed praestat ω. Alciphr. I, p. 26, παραγκωνίσασθαι τοὺς ἀντεραστὰς βουλόμενος, ubi Bergler. eodem modo exaratum ex Heliod. & Nostro de Calumn. affert. REITZ.

Pag. 243. *l.* 1. Ἐξεκέκοπτο) Quia Codicem auctorem habet haec scriptura, & quia supra etiam Tox. c. 40 f. edd. ἐξεκέκοπτο habent, vulgatam sic emendari, Solan. etiam iubente, curavi. Alioqui aegre obtemperassem. Vide, quae de augmento plusquamperfecti omisso iam saepe dixi, pro Imag. c. 3, & 1-Ver. Hist. c. 13 &c. REITZ.

ibid. Τὸ Σαρδώνιον) Ridere risum Sardonium dicuntur, qui risum rident τὸν ἐπὶ οὐδενὶ ὑγιεῖ. Sic in Asin. Σαρδώνιον γελῶντες ἔλεγον, i. e. Sardonice ridentes aiebant. COGN.

ead. l. 6. Οὐδὲν ἄλλο, ἢ μηδὲ ὅλως ἡμᾶς εἶναι λέγων) Obso-

poeus: *breviter, nihil aliud, quam in universum nos non esse;* quae quidem singula unde colligat, praesertim primam vocem, non video. Itaque Benedictus omissa illa, *nihil aliud, quam nos non esse, dicens.* Atqui ipse auctor & nunc & in principio testatus est, multa ab eo dicta esse de providentia. Rursus si nihil aliud, quam Deos non esse, dixit, non probavit igitur, atque ita nihil profeciſſe diceremus. Sed certe & probavit statuas fictas ab hominibus, & ipsum Iovem fuisse hominem. Sane parum videntur percipere locutionem Luciani, qui ionuit, sic eum probaviſſe aut ἀθεότητα Deorum, aut non-providentiam, *non secus ac si prorsus nos non essemus,* dicens homines de Diis cogitare debere nihil aliud, quam si penitus non essent. GRON. Locus est corruptus. O. οὐδέν. ἀλλά. Quid reponendum sit, mihi non liquet. SOLAN.

Pag. 244. *l.* 1. Ἐπεξελεύσεσθαι τὰ ῥηθέντα) Pro his verbis in P. & O. ἐπιτιμήσειν τῷ λόγῳ. Sed nihil muta, & confer Δισ. c. 7. SOLAN.

ead. l. 3. Παρ' αὐτοῦ) In Cod. Ox. lacuna est pro his verbis. SOLAN.

ead. l. 10. Σφῶν αὐτῶν) Gloſſema videtur. GUYET.

ead. l. 11. Ἄτιμα) P. ἀτίμητα. sed non placet. SOLAN.

Pag. 245. *l.* 5. Ἐκ τοῦ γήρως) Formula ſequitur in concionibus adhiberi ſolita; quam habet iterum initio Ἔκθ. SOLAN.

ibid. Ἀνιστάμενοι) De roſtris aut ſuggeſtu nihil hic audis; unde coniicere eſt, non ſemper ea adhibita, ſed ſtantes tantum conciones habuiſſe. Vide & Ἔκθ. c. 1. SOLAN.

ead. l. 8. Τελείων δεῖσθαι) Alii hoc aliter intelligunt. Ego de aetate intelligendum, eo potiſſimum inductus cenſeo, quia paulo poſt, c. 26, Apollinem aucio, ſenemiam ſibi, utpote iuniori, non licere pro concione dicere. Eoque ſenſu vocem paſſim uſurpari notum. Vid. Xenoph. Cyrop. VIII, p. 135, 35. Plut. τέλειον ἱμάτιον pro *toga virili* uſurpat in Anton. Vide etiam Noſtrum Ἔκθ. c. 1 & 15. Facetiſſivit tamen haec vox negotium viris etiam doctiſſimis: inter quos S. Petitus de emendatione mox, ut fit, cogitavit, nempe ut voce una in duas diſiuncta pro τέλειον fiat τε λεῖον. Sed fruſtra ſollicitat ſcripturam: recte enim habet. Τέλειοι δεῖσθαι Luciano ii ſunt, quibus per aetatem ſententiae dicendae ius ſaſque eſt. Ridet enim quotidiam Deos velut infra Senatoriam aetatem. Et quia mos apud Athenienſes obtinebat, ut nemini triginta annis minori publice liceret dicere; ita & inter Deos ſilentio eos damnari voluit, qui ſive imberbes adhuc, ſeu alia de cauſa ad

aetatem virilem nondum perveniſſe rite cenſeri poterant. Sententiae noſtrae firmandae cauſa unicum hunc amplius Chryſoſtomi locum addam Homil. XIX ad Pop. Antioch. p. m. 183, 2: οἱ υἱοὶ κἂν εὐγενεῖς ὦσιν, ὅσι δὲ ἀτελεῖς πολλοὺς τῶν δούλων δεδοίκασι. Alium tamen ſenſum, quem vir eruditiſſimus huic voci tribuit, dum Callimachum enarrat, ſi lubet, vide. SOLAN.

ead. l. 11. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν) Ἀλλ' ὑμεῖς μέν. MARCIL. Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες) Apud Homerum & in O. πάντες. In omnibus impreſſis ἅπαντες. SOLAN. Homer. Il. Θ, 99. Ex quo ὑμεῖς & πάντες etiam reſtituimus Luciano; cum in eius edd. ne *Fl.* quidem excepta, male ἅπαντες legeretur, & ἡμεῖς etiam in *P.* & *H.* REITZ.

ead. l. 12. Μετὰ παῤῥησίας &c.) Conf. infra Deor. Concil. ſub init. REITZ.

ead. l. 15. Τῷ συμφέροντι παῤ.) Illud τῷ ex Ox. & L. Codd. eſt, uti iam antea conieceram, pro vulgato τὸ. *B.* 2. & *Fr.* aliter rem expediunt, nempe τὸ συμφέρον τι π. quin & π— τὸ— *B.* 2. habet. Reliquae omnes τὸ συμφέροντι παῤῥησιαζόμενος. SOLAN.

Pag. 246. *l.* 1. Τάχα ἀπὸ καρδίας) Ex Euripidis Erecht. quae verba a Plut. laudantur p. 63, II ed. Han. de Adulat. & Amici diſcrim. Sed in fragmentis ed. Barneſii non comparent, ſaltem ut ad eam fabulam pertinentia. Ἐμοὶ γὰρ εἴη πτωχὸς, εἰ δὲ βούλεται Πτωχοῦ κακίων, ὅστις ἂν εὔνους ἐμοὶ Φθέγοι παρελθὼν τ' ἀπὸ καρδίας ἐρεῖ. Niſi proverbialem vocem iam ante Euripidem malis; a qua ſententia non admodum abhorreo. SOLAN.

ibid. Ἀπὸ καρδίας) Proverbium, de quo dixi ad Perron. BOURD. Saepe ad verbum reſpondet Belgiciſmo. Exempla ex Nov. foed. & Theocr. Eid. 29, v. 4, dedit frater Gul. Otto, in Belg. Graeciſſ. pag. 437. Alia de eodem Elſner. ad Ev. Marc. XII, 30. REITZ.

ead. l. 9. Ὁπόταν) Conf. ſupra c. 19 med. REITZ.

ead. l. 15. Τυμπανιζομένους) Quod damnati ducerentur cum tintinnabulo ad ſupplicium. Dixi alibi. BOURD. Τυμπανιζομένους quid ſit, non recte docet Bourdelotius. Vide Scholiaſten Ariſtoph. 50. SOLAN. *Dixi alibi*, Bourdelotius. Ubi vero? Bourdelotius egregius commentator, ſemper aut alibi dixit, aut alibi dicturus eſt. LA CROZE.

Pag. 247. *l.* 2. Οὐδὲ) Sic optime Codex O. In reliquis οὐδέν. SOLAN.

ead. l. 4. Διαβὰς τὸν Ἅλυν) Vide Herodotum l. c. Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει. Quod a Cicerone verſum: *Croeſus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim.* SOLAN.

ead. l. 7. Ὦ δεῖν Σαλαμὶς) Vid. Herod. VII, p. 271, in decamato de muris ligneis oraculo, cuius ſenſum Themiſtocles aperuiſſe traditur. Vide c. 31. SOLAN.

ead. l. 13. Καὶ οὐδενὶ λόγῳ) Καὶ ἓν οὐδενὶ λόγῳ. GUYET. Ἓν οὐδενὶ λόγῳ) Ex Codice Ox. eſt illud ἓν. SOLAN. Bene divinarat Guyetus; nec ego dubitavi abſentem in edd. praepoſitionem revocare, quia phraſis uſitatiſſima eam poſtulat. Sic pro Imag. c. 17, ἓν μεγάλῳ τίθεσθαι. Et Quom. Hiſt. c. 32, ἓν γέλωτι ποιησασθαι. Conf. etiam Tox. c. 22. REITZ.

Pag. 248. *l.* 5. Ἐν τῷ συλλόγῳ) Non agnoſcunt O. & P. illud ἐν, retinui tamen. SOLAN.

Pag. 249. *l.* 1. Προμηθέα τὸν) Et ſic, non ut eſt in O. editum Prometh. c. 7 f. ubi omnino vid. notam Hemſt. REITZ.

ead. l. 9. Καθήμεθα) Conf. ſupra de Sacrif. c. 9 pr. SOLAN.

Pag. 250. *l.* 1. Περὶ) Servavi ſcripturam, quam Geſnerus in verſione expreſſit. Nec quiſquam obiecerit, odores adoleri, carneſve immolari non circum, ſed in ipſis altaribus: nam περὶ pertinet ad homines circum altaria verſantes, dum ſacrificant. REITZ.

ead. l. 3. Ἐπειδὰν κατ' ὀλίγον οἱ ἄνθρωποι ἀνακύπτοντες, εὑρίσκωσιν οὐδὲν ὄφελος αὐτοῖς ὂν, εἰ θύοιεν ἡμῖν καὶ τὰς σπονδὰς πέμποιεν) Quod ſi, inquit Momus, homines paulo attentius rem conſiderent, facile deprehendant, nihil ſibi prodeſſe, ſi nobis Diis rem ſacram faciant: non enim propterea rerum humanarum curſus mutatur, & ad hominum vota accommodatur. Pro σπονδὰς πέμποιεν Graevius in Mſ. legi ait πομπὰς πέμποιεν. Equidem non dubito, quin lectio illa MSti, εἰ θύοιεν ἡμῖν καὶ τὰς πομπὰς πέμποιεν, ſit omnino γνήσιος. Voce θύειν comprehendit hic Momus omne ſacrificii genus: per πομπὰς πέμπειν autem intelligit ludos votivos, ſolemnes pompas, θεωρίας, & id genus omnia. Neque vero de ſanitate dictionis πομπὰς πέμπειν dubitandum reor, praeſertim cum, eam probam eſſe, doceat nos inſignis locus in Demoſthenis Or. I contra Philippum p. 50 E. Ait illic orator, Εἰ γὰρ ἔροιτό τις ὑμᾶς, Εἰρήνην ἄγετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; Μὰ Δί' οὐχ ἡμεῖς γε, εἰπoιτ' ἄν, ἀλλὰ Φιλίππῳ πολεμοῦμεν. Οὐκ ἐχειροτονεῖτε δὲ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν δέκα ταξιάρχους καὶ στρατηγούς, καὶ φυλάρχους, καὶ ἱππάρχους δύο; Τί οὖν οὗτοι ποιοῦσι, πλὴν

ἑνὸς ἀνδρὸς ὃν ἂν ἐκπέμψητε ἐπὶ τὸν πόλεμον; οἱ λοιποὶ τὰς πομπὰς πέμπουσιν ὑμῖν μετὰ τῶν ἱεροποιῶν. *Si quis enim vos roget, Pacemne agitis, Athenienſes? Minime vero nos quidem, dicturi ſitis; ſed cum Philippo bellum gerimus. Nonne vero creaſtis e veſtris civibus decem centuriones, & duces, & tribunos, & magiſtros equitum duos? Quid autem iſti plus agunt uno viro, quem miſeritis ad bellum? reliqui pompas vobis ducunt cum ſacrificulis.* Sicut autem hic πομπὰς πέμπειν, ita idem Demoſthenes πομπὴν πομπεύειν habet in Orat. contra Meidian in Μαρτυρίᾳ Pammenis aurarii: Ἐκδόντος δέ μοι Δημοσθένους, ᾧ μαρτυρῶ, στέφανον χρυσοῦν, ὥστε κατασκευάσαι, καὶ ἱμάτιον διάχρυσον ποιῆσαι, ὅπως πομπεύσῃ ἐν αὐτοῖς τὴν τοῦ Διονύσου πομπὴν &c. *Cum autem mihi Demoſthenes, cui teſtimonium dico, auream coronam parandam, & auratam veſtem faciendam locaſſet, ut in eis Bacchanalium feſtivitatem celebraret* &c. Dicitur autem πομπὴν πέμπειν, ſive πομπεύειν pari locutionis ratione, qua ἐρᾶν ἔρωτα· Ἀποκρίσιν ἀποκρίνεσθαι· Κινεῖν κίνησιν· Τολμᾶν τόλμημα· Ἐλπίζειν ἐλπίδας· Φιλοφροσύνας φιλοφρονεῖσθαι· Γαμεῖν γάμους· Εὐδαιμονίαν εὐδαιμονεῖν· Ὑβρίζειν ὕβριν· Ἐπιβουλεῖν ἐπιβουλήν· Κινδυνεύειν κινδύνους· Πενθεῖν πένθος· Νίκην νικᾶν· Συταγωγεῖν συταγωγίας· & plura talia, quorum ingentem praeter haec acervum a nobis alibi collectum, huc transferri nihil attinet. Ceterum ſi de σπονδαῖς potius, quam πομπαῖς, voluiſſet Lucianus hic loqui Momum, non σπονδὰς πέμπειν, ſed σπονδὰς σπένδεσθαι longe concinnius dixiſſet, quemadmodum iam locutus fuerat in Timone c. 43: Καὶ μήτε κήρυκα δεχώμεθα παρ' αὐτῶν, μήτε σπονδὰς σπενδώμεθα. *Et neque miſſum ab illis caduceatorem recipiamus, neque foedera feriamus.* IENS.

ead. l. 4. Ἀνακύπτοντες) Conferri iuſſerat Solanus Somn. c. 7, ubi pro lectione *Iunt.* quae ἀναγήφων δὲ οὐδέποτε, quoque legi maluit ἀνακύπτων δὲ οὐδ. quod al. edd. habebant; erſi in notis dixerit, utrumque illic aptum eſſe. Sed alia capitum ſeu paragraphorum diviſione ab Hemſterh. facta, iam vid. Somn. § 13, ubi ille editor ἀνακύπτων praetulit, rationemque reddidit; quem vide. REITZ.

ead. l. 5. Πομπὰς) Mſſ. Gr. Ox. & P. In impreſſis eſt σπονδάς. V. Ienſ. SOLAN. Σπονδὰς πέμποιεν) Non reprehendo formulam πομπὰς πέμπειν, & ſit πομπῶν mentio paulo ante c. 18. Sed puto hic de ſumtu ſermonem eſſe & impenſa, ac de alimentis Deorum adeo. *Mittere* etiam apud Romanos in ſacrificiis uſitatum, & aliquoties de inferiis uſurparum Virgilio atque Ovidio. GESN. Πομπὰς πέμποιεν) Neque tamen im-

probarem σπονδάς. Sed propter Codicum numerum, & virorum doctorum πομπὰς praeferentium conſenſum, hoc recipere ſum permotus. V. Dion. p. 279 A. Plat. de Rep. I, pag. 571 A. REITZ.

ead. l. 6. Εἶτ' ἐν βραχεῖ ὄψει καταγελῶντας μὲν τοὺς Ἐπικούρους) Momus ad Iovem: εἶτ' ἐν βραχεῖ ὄψει καταγελῶντας μὲν τοὺς Ἐπικούρους, καὶ Μητροδώρους, καὶ Δάμιδας, κρατουμένους δὲ, καὶ ἀποσφαττομένους ὑπ' αὐτῶν, τοὺς ἡμετέρους συνηγόρους. Benedictus: *Deinde brevi videbis irridentes Epicuros, Metrodoros, & Damidas, victoſque & iugulatos ab ipſis patronos hoſce noſtros.* Apud Latinos ſane *iugulare adverſarium* legitur, pro ad incitas redigere. Sed Graecos ad iſta has voces σφάττειν & ἀποσφάττειν non exiſtimo tranſtuliſſe: ſane nullum exemplum memoriae ſuccurrit. Emenda ſine mora ex Mſ. καὶ ἀποφραττομένους ὑπ' αὐτῶν. *Patronos hoſce noſtros victos, & os eis obſtructum eſſe.* Nam ἀποφράττειν eſt os obturare adverſario, ut ne hiſcere poſſit. Pollux VIII, 15, ἀποστρέφειν τὴν γλῶτταν, ἀποφράττειν τὸ στόμα ἄμεινον. Aliud eſt inferius c. 43, cum Momo intempeſtiva interpellatione obtundente Deos, Iuppiter reſpondiſſet, Σὺ ἡμᾶς ἐπισφάττεις, ὦ Μῶμε· quod non eſt, *tu mactas nos, Mome*, ut interpretes; ſed Latini dicunt, *enecas nos, Mome:* ut Terentius in Andria IV, 1, *Cur me enecas?* aut *occidis nos*, ut Horat. *occidis ſaepe rogando.* Sed in hoc ipſo dialogo c. 52 f. hoc verbum ex Mſ. reponendum eſt, ἤδη γάρ σε τούτῳ ὀστράκῳ ἀποσφάξω, *ego te hac teſta interficiam.* Vulgo frigidius, ἀποβράσω. Paucis verſibus ante: τὰ δ' ἄλλα κατὰ ῥοῦν φέρεται, ὡς ἂν τύχῃ ἕκαστον παρασυρόμενα. Melius Mſ. παρασυρόμενον, *ut quaevis forte trahitur*, a vi fluminis ſcilicet. Παρασυρόμενον pertinet ad ἕκαστον. Sed in iis, quae modo praeceſſerunt, non probo eiuſdem libri ſcripturam, quae pro τὰς σπονδὰς πέμποιεν, prae ſe fert τὰς πομπὰς πέμποιεν. Nam quamvis pompae & ludi in Deorum honorem inſtituerentur, tamen πομπὰς πέμπειν nemo dixerit. Ibidem ſtatim & ſic cum Mſ. legendum ὥστε ὑμέτερον ἂν εἴη, *quare veſtrarum eſſet partium*, non ἡμέτερον, ſequentia indicant verba, in quibus non damno, τὰς θυσίας καρπουμένων, quod in edd. exſtat. Non poſſum tamen non indicare, in vetere libro haberi τὰς θυσίας μόνων ἑστιωμένων, *vobis ſolis ſacrificia in epulis comedentibus*; cum nunc partem ſibi vindicent ſacerdotes, partem qui ſacrificant: & id magis arridet, genioque Luciani eſt convenientius. GRAEV.

ead. l. 8. Ἀποφραττομένους) Ita optime O. & P. etiam. Quod

enim ἀποσφαττομένους in vulgatis legitur, abſurdiſſimum eſt. SOLAN. Καὶ ἀποσφαττομένους) Praefero hic etiam antiquam lectionem, & verſionem *iugulatos*, quae ad diſputationem talem bene convenit: praeſertim cum hoc ipſo libello deinde ἐπισφάττειν etiam metaphora ſimili adhibeatur. Credo ego, ἀποφραττομένους eſſe gloſſam: certe nemo ſanus potuit τῷ ἀποφραττομένους ſubſtituere ἀποσφαττομένους, ſed contra. GESN. Ἀποφραττομένους) Non potui denegare quatuor Codicum collationibus, quin earum lectionem reciperem, Solanique diligentiae ſatisfacerem; & ſenſus adeo planus eſt ab ea, ut nemo alium ſit deſideraturus. At verum eſt, ἀποσφάττομ. elegans eſſe, ſi Latinorum more dictum intelligas; ſed dum exempla deſidero, Codices ſequor. Si ſatis verum foret, ἐπισφάττεις, quod deinde occurrit cap. 43, idem eſſe, etiam hic vulgatum ſervarem: quod ſi deinde comperiam, fatebor, me huius etiam mutationis poenitere. REITZ.

ead. l. 10. Τῶν) Quaſi dixiſſet ὑμῶν. SOLAN.

ead. l. 12. Τῶν τιμωμένων ἦν) Cur τιμωμένων dederim, res ipſa loquitur. Nec repetam, quae alibi ex Ariſtoph. Plut. dixi, εἰ γὰρ τῶν φίλων, & ſimilia. REITZ.

ead. l. 16. Δημοσθένης) Demoſthenis verba Olynth. I, p. m. 6 B. ſunt: Τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν, ἴσως φήσαι τις ἂν, ῥᾴδιον καὶ παντὸς εἶναι. τὸ δ' ὑπὲρ τῶν παρόντων ἢ τι δεῖ πράττειν ἀποφαίνεσθαι, τοῦτ' εἶναι συμβούλου. SOLAN.

Pag. 251. *l.* 6. Κατ' ἐμαυτὸν εἰς ὅσον) Illud εἰς ὅσον ἐμοὶ δυνατὸν, videtur interpretatio eſſe τοῦ κατ' ἐμαυτὸν, adeoque nonnullis pro gloſſa habebitur: quod ut non nego, ita tamen minime elimino, quia interpretatio eſt neceſſaria, ab ipſo Luciano forſan profecta; ſi quid tamen ſuperfluum, malim illud ἐμοὶ abeſſe, tumque εἰς ὅσον δυνατὸν non eſſet idem, quod κατ' ἐμαυτὸν, ſed reſpiceret ad fatum Parcaſque, quarum neceſſitati & ſe aeque ac Iovem fateretur ſubiectum, quaſi diceret, *ſi modo per fatum fieri poteſt.* REITZ.

ead. l. 10. Ἐκποδὼν) Iam ſic ſcribitur; alias ἐκ ποδῶν. Vid. ſupra notata ad Dial. pro Imag. c. ult. f. Adde Soph. Ai. 1020, ubi ἐκποδὼν quoque exaratum, *procul* valet. Hic vero *e medio* vertere malim, cuius exempla vid. ſupra l. c. Licet fatear, ſaepe nihil intereſſe. Ap. Xenoph. autem in edd. antiqq. ἐκ ποδῶν ſcribi amat. Vid. Cyrop. L. III ſub init. f. ed. Baſ. 1555, pag. 43, βουλόμενοι τὰ ὄντα ἐκ ποδῶν ποιεῖσθαι. Quod & ibi vertitur *procul portare*. Sed & ibi eodem redibit, utrum *e medio*, *e conſpectu*, vertas. REITZ.

ead. l. 11. Ἤτοι κεραυνῷ) Ex Mſ. legendum, ἤτοι κεραυνῷ, ἢ ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ, non ut edd. praeferunt, ἤτοι κεραυνῷ τινι, ἢ ἄλλῃ μηχανῇ. GRAEV. Mſ. Ox. ἢ τινι ἄλλῃ. Impreſſi, τινι, ἢ ἄλλῃ. Ego ordinem verborum ſic mutavi. SOLAN.

ead. l. 15. Ἐπιλέλησαι οὐδὲν) Legendum videtur, ἐπιλέλησαι ὅτι οὐδὲν &c. GUYET. Bene coniecerat Guyetus, coniunctionem deeſſe. Ὡς igitur ex Cod. O. lubens recepi. REITZ.

ead. l. 16. Ὡς οὐδὲν) Ex Mſ. Ox. eſt illud ὥς. SOLAN.

Pag. 252. *l.* 4. Πλοκάμων — ἕλκοντα) Quando hoc factum ſit neſcio. In Ox. ἕλκοντας. Utrumque probum. SOLAN.

ead. l. 6. Γεραιστῷ) Veram eſſe hanc ſcripturam, patet ex Thucyd. III, 3, (quem adeundum Hemſterh. in marg. monuit.) Nam licet Hudſon. in variantt. Lectt. illic notet, etiam Γεραστὸς ſine diphthongo ſcribi, Waſſius tamen bene monet, etiam Latinis Geographis *Geraeſtus* ſcribi, ac Dukerus ex Liv. XXXI, 45, *Geraeſtum nobilem* Euboeae portum vocari, docet, ac Lucianum ex h. l. teſtem adducit; licet errore typographico Γεραιτὸς pro Γεραιστὸς in illa ad Thucyd. Nota editum conſpiciatur. REITZ.

ead. l. 9. Ἀποσκευάζεσθαι) Malam interpunctionem, ex qua mala quoque ante verſio nata erat, correxi. Vulgo enim ſic editum fuit: καὶ δι' αὐτὸ ἀποσκευάζεσθαι, τὸν ἄνδρα οὐ περιμείναντες &c. Sed ἀποσκευάζεσθαι pertinere ad ἄνδρα, facile patet, & locutio ſatis eſt vulgata, pro *e medio tollere* aliquem, maxime Herodiano, qui aliquoties ita utitur, ut I, c. 17, § 3, καὶ λοιποὺς πατρῴους φίλους ἀποσκευάσασθαι πάντας ἤθελεν. Item VII, 1, 7. Quod ſupra iam exhibuimus. Et Noſtro ſupra Tyrannic. c. 1, atque alibi. REITZ.

Pag. 253. *l.* 1. Τινα ταύτην) Subaudi ὁδόν. GUYET. Vid. Bos de Ellipſi, & nos ſupra T. I. Patebit ex Indice. REITZ.

ead. l. 9. Νέοις) Ante trigeſimum aetatis annum pro concione dicere leges Athenienſium non ſinebant. Senioribus etiam primus dicendi locus concedebatur. Vide Plut. 1404, 2. SOLAN.

ead. l. 13. Ὥστε μὴ καθ' ἡλικίαν, ἀλλὰ κοινὸν ἅπασι προκεῖσθαι τὸν λόγον) Horum verborum ſenſum non ſunt aſſecuti interpretes, quorum alter: *ut in ea non aetatis, ſed communis omnibus boni ratio proponatur.* Alter: *ut non aetatis reſpectu, ſed communis utilitatis ſervandae gratia omnibus quoque ſermo ſit propoſitus.* Senſus eſt: *ut non aetatis ratio haberi debeat, ſed omnes communiter ſententiam ſuam dicere oporteat.* Eodem modo, quo Mneſiphilus apud Plut. Conviv. 7 Sapient. p. 154: Ἐγώ τοι

ὦ Περίανδρε, τὸν λόγον ἀξιῶ καθάπερ τὸν οἶνον μὴ Πλουτίνδην μηδὲ Ἀριστίνδην, ἀλλ' ἐξ ἴσου πᾶσιν ὥσπερ ἐν δημοκρατίᾳ νέμεσθαι καὶ κοινὸν εἶναι. Haec in Obſerv. Crit. pag. 65 habebat *L. Bos.* REITZ.

Pag. 254. *l.* 4. Λεξιαρχικὸν.) Subaudi *βιβλίον*. GUYET.

ead. l. 7. Βαθυπώγωνα.) Conf. ſupra Reviv. c. 6. REITZ.

ead. l. 8. Εὐγένειον) Vid. infra Icarom. c. 10 pr. Ubi iterum de *barbato*, ſ. pulchro circa mentum, uſurpat; nam quod etiam *generoſum* ſignificet, ut Bud. Lexicon minus ait, nondum comperi. Sed cum ab εὐγενὴς quoque fiat εὐγένεια, *nobilitas*, non mirarer, ſi etiam εὐγένειος adiective eod. ſignificatu reperiam; quamvis tum ad ambigua homonymiae referendum. REITZ.

Pag. 255. *l.* 4. Ἀλλ' οὐ σὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα ἐφιέναι) Ridiculus eſt Benedictus, cum ab Obſopoeo, verbum Graecum vertente per Latinum *permittere*, ſic abit, ut putet, id notare *mandata dare* vel *iniungere*, cum in Toxari c. 37, καὶ ἐφεῖται δὲ τὸ μέγιστον ἄχρι τριῶν ἐς τὰς συνθήκας εἰσιέναι, ipſe clare viderit, recte id verbum ab Obſopoeo ſumtum eſſe. GRON.

ibid. Τὰ τοιαῦτα ἐφιέναι) Parum hic diſtant, *permittere*, *mandare*, *facultatem dare*: nihil vel verbo ἐφιέναι repugnat, vel rei, de qua agitur: quod vel inde apparet, quia ſtatim ſubiungitur, ἢν οὗτος κελεύσῃ. Placuit praeſertim *facultatem dare*, quia hoc verbo Praeſidis poteſtas commode exprimitur. GESN.

ead. l. 8. Ἔοικε) Aut poſt ἀνὴρ excidit εἶναι, aut alia huic loco quaerenda medela. Codex certe Ox. aliter aut reſtrinxit, aut reperit, cum habeat: ἔστι μὲν χρηστὸς καὶ εὐσεβὴς, & mox ἠκριβωκὼς τοὺς τῶν Στωϊκῶν. SOLAN.

ead. l. 12. Πιθανὸς) Sic L. & *Ven.* 2. *Baſ.* 2. In reliquis πιδανὸς, prave. SOLAN.

ead. l. 13. Τὴν φωνὴν ἰδιώτης) Qui vulgari ſtilo nulla arte exculto utuntur, ἰδιῶται appellari, praeter alios etiam docet Iac. Elſner. ad 2 Ep. ad Corinth. c. XI, 6, p. m. 159. Et Ienſ. in Lectr. Lucian. p. 91, de plane ἀμούσῳ. Sed hoc nimis iam notum, & vidimus ſupra in Hermot. in Amor. &c. REITZ.

Pag. 256. *l.* 2. Συνεῖναι) Συνιέναι alibi dedimus, ut de Salt. verſ. fin. Ac Ienſius haec verba adducens ad de Salt. § 1, etſi aliud agens, quoque ſcribit *συνιέναι*. Et hoc differentiae cauſa melius puto: quia tamen iam crebrius *συνεῖναι* ſcribi video, quam ante ſuſpicabar, vulgatam quidem exhibeo, qualem hic inveni, quamquam ex compendio ſcribendi in his infinitivis uſitato, facile fieri potuit, ut perperam confunderetur. Quare dedita quoque opera Daviſium haec Luciani citantem in

Addendis ad Cic. Tuſc. Diſp. I, c. 3, *συνιέναι* ſcripſiſſe arbitror. Uſus autem erat Cicero ſimili querela, ſcribens: *Fieri autem poteſt, ut recte quis ſentiat, & id, quod ſentit, polite eloqui non poſſit: ſed mandare quemquam literis cogitationes ſuas, qui eas nec diſponere nec illuſtrare poſſit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis eſt intemperanter abutentis & otio & literis.* Quod vero ed. *Amſt.* hic male habeat *συνεῖναι — ὄξις ἐστι*, non opus erit monuiſſe. REITZ.

Pag. 257. *l.* 1. Μεταίχμιον ἀσφαλῶς) Id eſt, in medium proiiciens oracula, ut incertum ſit, ad quem quidque pertineat. Similis phraſis infra Ἑκλ. cap. 3, *νῦν γὰρ ἐς τὸ μέσον ἀπέῤῥιπταί σοι ὁ λόγος* &c. KUSTER. Hic iterum aut abutitur hac voce Lucianus, aut corruptus eſt a librariis. Vide c. 6, & Ἀλ. c. 18. *Fl.* non agnoſcit *ἀσφαλῶς*. Vide Ἀλεξ. c. 22 & 49. SOLAN.

ibid. Ἐς τὸ μεταίχμιον) Vix eſt, ut interpretatio ſimplex vim & elegantiam huius loci aſſequatur, cui ſimilis alter eſt in *δραπέταις* non procul ab initio. Nempe *μεταίχμιον* eſt locus inter duas acies, iam iam concurrere parantes, interiectus: quidquid eſt in hoc *μεταιχμίῳ*, incertum eſt, cuius ſit, ſequitur victoriam. Apollo oracula ſua, ut ipſe tutus ſit, ne mendacii queat convinci, proiicit *ἐς τὸ μεταίχμιον*, in eum locum, unde rapere ad ſe conetur uterque pugnantium, vindicet ſibi & retineat idem, qui & campum aciei ac victoriam. GESN.

ibid. Ἀσφαλῶς ἀποῤῥίπτων) Ἀσαφῶς legendum videtur, ut ſupra c. 6 med. *ἀσαφείας* pro *ἀσφαλείας*, & infra Pſeudol. c. 3 a. m. *ἀσαφὴς* pro *ἀσφαλής*. GUYET. Etſi ſupra c. 6 *ἀσαφείας* pro *ἀσφαλείας* propter Codices praetuli, quod ibi ſenſum probum fundat, cum Apollini obſcuritas vaticinii propter ignorantiam futurorum exprobretur; dubito tamen, an ſemper ſic legendum. Hic certe cum *ἀποῤῥίπτων* aeque recte coniungitur *ἀσφαλῶς*, *caute*, quam *ἀσαφῶς*, & ad prudentiam eius reſpici videtur, qua cavet, ne ignorantia ſua prodatur. Ita *ἀσφαλέστερον ἀποκρίνῃ* ſupra c. 6, *prudenter reſpondeas, ne capiare*: notumque eſt vetus verbum ex Eurip. Phoen. 597, Ἀσφαλὴς γάρ ἐστι μᾶλλον ἢ θρασὺς στρατηλάτης. Ubi *cautus* miles audaci praefertur. Si tamen *ἀσαφῶς* ex libris proferretur, cederem, ac facile admitterem, ut quod melius cohaeret cum ſeqq. *ὡς τοὺς ἀκούοντας ἄλλου δεῖσθαι Πυθίου*, quo certe *obſcuritas*, non *cautio* ſignificatur. REITZ.

ead. l. 11. Δάμιν αὐτοπρόσωπον καὶ δι' αὐτοῦ λέγειν) Neſcio;

utrum Obſopoeus omiſerit rectius ſecundae vocis interpretationem, an feſtinationem ſuam indignius prodiderit Benedictus, non ſatis conſiderans vim eius, & ideo interpretans male *praeſentem*. Nam aeque praeſens futurus erat Timocles, ſi advocato ſuo ad aurem adſtaret. Efficacia utique Graecae vocis longe alia & maior eſt, & ſatis ab viris doctis explanata, & hic ideo difficilior ad exprimendum Latine, quia ipſe Lucianus per ſequentes voces δι' αὐτοῦ eam explicuit. Certe tamen notat, eum & aperta facie & ſine ſimulationis velamento, & proprio ore atque ingenio diſſertaturum, ut αὐτοπρόσωπον κάλλος in Timone p. 76 ed. Salmur. tum ob alios reſpectus, tum cui προσωπεῖον abeſt. Infra in Gallo ſimile occurrit, ὥσπερ ποτὲ ἡ φηγὸς ἐν Δωδώνῃ αὐτόφωνος ἐμαντεύετο. GRON.

ead. l. 16. Ἐπινοήσομεν) Codex Ox. ἐπινοήσωμεν, mendoſe: neque enim id agit, ut conſilium, quod riſit, probet. SOLAN.

Pag. 258. *l.* 9. Ἐν τῷ στενῷ ἐχόμενος) Conf. ſupra dicta ad c. 4 f. & credes articulum etiam hic rectius omitti; ſed quia hic brevius comma, euphoniae cauſa articulus additus non adeo diſplicet. REITZ.

ead. l. 15. Κολοφῶνι) Vide not. ad Δικ. c. 1. SOLAN.

Pag. 259. *l.* 1. Ἁπάντων μοι τῶν χρησίμων) Vates enim aqua pota vaticinabantur. Vide Tarian. 72. Tripode etiam opus erat, & aliis nonnullis, quarum pars a Noſtro recenſetur Ἡσιοδ. c. 9. SOLAN.

ead. l. 4. Ἀναδέξεσθε δὲ, εἰ καὶ ἔμμετρα λέγοιμι) *Quae accipietis, etiamſi ſint concepta carmine.* Εἰ καὶ ἔμμετρα enim legendum videtur, pro εἰ μὴ ἔμμ. Excuſat ſe, ſi, ut ceteri Dii, pedeſtri ſermone non utatur. GUYET. Ἀνέξεσθε) Ex edd. *Ven.* & Mſ. Ox. haec ſcriptura: in reliquis ἀναδέξεσθε, vel ἀναδέξασθε, legitur, quod nos repudiamus. SOLAN. Ἀνέξεσθε) Haec lectio etiam adſcripta erat margini ed. meae Hagenoanae; & quia *Iunt.* & O. eam firmabant, eam prae vulgata recepi. Sic deinde c. 36, ταῦτ' ἀκούοντες, ἀνέχεσθε; quamvis alia occaſione. Etſi enim ἀναδέξεσθε hic vertendo *recipietis*, (ut Geſnerus dederat) ſenſum non malum fundat; ac δέχεσθαι quoque de oraculis dicatur, ut ap. Ariſtoph. Pl. 63, Δέχου τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ Θεοῦ· alterum tamen praeſtare, facile ſe probabit intuenti. Guyetus vero leviore mutatione pro ἔμμετρα, ἄμετρα potuiſſet legere, neque tum opus fuiſſet particulam negativam in affirmativam mutare. Non poſſum tamen, quin addam, quae L. Bos in Obſ. Crit. p. 66 ſuper hoc loco affert, ait autem: Inſulſe interpretes, quorum alter, *quod*

caperetis, nisi carmine responsum darem. Alter: *susscipietis vero haud dubie, nisi versiculis inclusum oraculum protulero.* Sensus est, *recipietis autem in vos, si non metro constant iusto, quae dicam.* q. d. Si iam non pedibus suis constent carmina, quae proloquor, si vitiosa sunt, culpa non erit in me, quia ego praemonui, me solitis instrumentis meis hic destitutum esse, sed in vobis erit culpa. Elliptice dixit, ἀναδέξεσθε pro ἀναδέξεσθε εἰς ὑμᾶς τὴν αἰτίαν· quemadmodum in Parasito p. 24, ἀναδεχομένην εἰς αὐτὴν τὰς αἰτίας. His lectis, eo magis impulsus sum ad reiiciendam vulgatam; nam certe longe arcessita est haec interpretatio & ellipsis: quin etiam ἀναδέξεσθε οὖν potius, quam δὲ legat, si ex illa consequentia in alios culpam carminis mali conlicere voluerit. REITZ. Mihi satis facit, ut nihil certe aliud requiram, vulgatum ἀναδέξεσθε, *recipietis, aequi bonique consuletis.* Ἀνέξεσθε tamen nec ipsum damnare ausim. GESN.

ead. l. 6. Ἡ ἑρμηνέως) Cum καὶ pro ἢ haberent edd. posterius ex *I.* recepi, & ex marg. *Hag.* Etsi *Iunt.* ἢ καὶ exhibet, possumus tamen illo καὶ satis carere; & ut quis dicat, καὶ simul servandum fuisse, vertendumque cum emphasi, *aut interprete etiam*, nondum tamen permoveor, ut credam eo opus esse: nam an plus est interpres, quam patronus, ut incrementi particula addita requiratur? Verterant iam olim, *aut interpretis*, licet καὶ retinerent; cumque sic adiuvare Graeca vertendo cogerentur, quidni eodem iure lectionem Graecam iuvamus aptum vocabulum recipiendo, & illud καὶ satis iam hic & alibi frequentatum, reiiciendo? quod si quis revocare velit, faciat; nam haud adeo magni est. REITZ.

ead. l. 7. Καὶ χελώνη) Et hic secuti sumus auctoritatem Mss. Ox. P. & edd. *Ven.* cum in aliis legeretur ἢ pro καί· vide Herod. I, 47, p. 11, & Nostrum Z. Ἑλ. c. 14, & Δικ. c. 1. SOLAN. Necessaria erat vel sine Codicum auctoritate mutatio τοῦ ἢ, in καί· nam vulgata historiae repugnat: simul enim & permixtas testudinis agnique carnes coctas fuisse, supra iam cap. 14 Iov. Conf. vidimus ex Herodot. I, 47. (al. p. 20.) Et sic Noster de re eadem infra in Bis Acc. sub init. ἄρνεια κρέα, καὶ χελώνας· & supra l. c. etiam ἄρνεα κρέα καὶ χελώνης. Nec abhorrerem a ξυνέϕεται recipiendo; pro quo deinde ait ἐς αὐτὸ ἕϕεται. Sed quia non tanta necessitas, vulgatam passus sum retineri. REITZ.

ead. l. 11. Κόμη ἀνασεσυρμένη) Non poterat Benedictus vocem minus huc aptam excogitare, quam qua usus est, *crispata coma*, quae nihil ad vaticinantes. Basileenses clarius, *comarum*

femet erigentium horror. Horrentes enim & iactatas comas in vatibus agnoſcunt Latini. Heliodorus libro III dicit τήνδε κόμην διασείσας καὶ τοὺς κατόχους μιμούμενος. GRON.

in Schol. col. 2. *l.* 9. Κορύβαντες) De hiſce vid. Strabo lib. X. Ex quo, advocata & Phoeniciae linguae ope, paucis indicabimus, qui Corybantes hi fuerint. 1) Viri fortes fuerunt ſatellites primorum Phrygiae regum, qui poſtmodum in Deorum numerum relati ſunt. Hoc fabula, i. e. antiquae Graeciae fama docet, idemque apparet ex ἐνοπλίῳ κινήσει, quam memorat Strabo. Hebraice *Cheroub* dicitur vir fortis, ut multis probat I. Spencerus de ritualibus Moſis legibus p. 764; unde angeli dicuntur *Cherubini*, hoc eſt, fortes, ut alibi dicuntur *Abbirim*, quod idem ſignificat. Indidem Corybantes δαίμονες dicti ſunt. 2) Confunduntur cum Καβείροις, ut ibidem teſtatur Strabo: ita & Hebraice *Cheroub* & *Chebir*, unde *Cabiri Dii*, unum idemque ſignificant, ut idem oſtendit Spencerus. 3) Corybantes, & Cabiri, ut & Cherubini ex Aegypto orti, auctoribus Herodoto & Strabone, quibus adiungas licet Spencerum & Bochartum. 4) Iidem dicebantur eſſe cum Curetibus, qui fuerunt etiam viri fortes, Hebraeis *Brichim*, ut oſtendit Bochartus. Verum iſta γενέσεως χάριν, donec Mythicorum temporum Hiſtoriam edamus, ubi ex fabulis antiquiſſimas eruemus hiſtorias. CLER. De varia δαιμόνων opinione, ſignificatione ac denominatione multa Iacob. Odè, in eruditiſſimo opere de Angelis, p. 172—188. Etſi *Corybantes* his non annumerat, quia revera erant homines. REITZ.

Pag. 260. *l.* 1. Κέκλυτε) Adi Ariſtoph. Ἱππ. 298 B. & 348, unde hoc imitatus eſt Lucianus. SOLAN.

ead. l. 4. Μύθοισι κορυσσόμενοι πυκινοῖσι) *Subtilibus armati ſermonibus.* GUYET.

ead. l. 5. Πολλὰ γὰρ ἔνθα μόθου) Πολλὰ γὰρ ἔνθα καὶ ἔνθα μόθου. MARCIL. Quod Marcil. inſerendum monet, id in edd. iam inveni, & Homero familiariſſimum eſt ἔνθα καὶ ἔνθα, ut Il. B, 462, E, 223, H, 156 &c. REITZ.

ead. l. 6. Ταρφέος ἄκρα κορύμβα) Ridiculus ſit, ſi quis ſe plane interpretari poſſe dicat, quae Momus ipſe obſcuritatis nomine effuſe ridet. Illa obſcuritas ab hoc verſu incipit. Singula verba verbis ſi reddere velimus, ταρφὴς eſt denſus, ut ſilva, ut fruges, κόρυμβα dici poſſunt ſumma, q. d. κορυφαῖα, uniuſcuiuſque rei, ut corymbi plantarum, ut apluſtria navium; ἐχέτλην ſtivam eſſe aratri, conſtat; poni nonnunquam etiam pro ſulco, monet Heſychius. Igitur vel hic

ſenſus eſſe poteſt, ab hoc tumultu diſputantium philoſophorum ſpicas in denſis ſulcis moveri: vel, quoniam nihil alias occurrit in oraculo, quod ad irridendam Deorum, Iovis inprimis, anxietatem & ſollicitudinem pertineat, *ταρφέος ἐχέτλης ἄκρα κόρυμβα* eſt abſurda, & ſimilis oraculis aliis deſcriptio coeli, Deorumque. Nam ἐχέτλην, ſi ſerio nugari porro placeat, dixiſſe poteſt, per metalepſin pro ἀμάξῃ ſ. plauſtro illo coeleſti, (vid. Iliad. Σ, 488) quod polo vicinum eſt; polum pro coelo, cui *ἄκρα κόρυμβα* tribuere non inepte potuit; coelum pro Diis ipſis. Hoc cum videretur ſententiae magis accommodatum, ſequi in interpretatione placuit. Porro ἀκρὶς poteſt alludere ad *τεττιγοφορίαν* Athenienſium, ſi, ut videtur, Timocles Athenienſis fuit; Damis autem comparari vulturi. Sed ohe! ſatis eſt, ne ludibrium debeamus Momo. Quorſum pertineant ὀξυβόαι, κλωγμὸς, κορῶναι, ὄνοι, ἡμίονοι, & verba prope omnia, nempe ad iniuriam & irriſionem philoſophorum, non eſt obſcurum, ſi quis velit attendere. GESN.

ead. l. 7. Ἀλλ' ὅταν αἰγ.) Homer. Odyſſ. X, 302. SOLAN.

ibid. Αἰγυπιὸς) Mſ. Ox. Αἰγύπτιος, corrupte. Vid. Od. X, 302, & Il. Π, 428. SOLAN.

ead. l. 16. Λέγει) Ex Mſ. Reg. 2955. pro vulg. λέγοι.

ead. l. 17. Θεμιστοκλέους) Conſule, ſi non meminiſti, Corn. Nepotem in Themiſtocle. Is enim oraculi mentem enarravit, quo *ſeſe muris ligneis tutari* Athenienſes iubebantur. Vide ſupra c. 10, & adde Polyaen. Strat. I, p. 40. SOLAN. Alludit ad oraculum de domibus ligneis. V. Plutarch. *Guyet.* Idem notum ex Corn. Nep. in vit. Themiſtoclis c. 2. REITZ.

Pag. 261. *l.* 2. Κανθηλίους) Laudantur verſus quidam Lyſippi, in quibus peius quid aſino eſt *κανθήλιος*. Εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, στέλεχος εἶ. Εἰ δὲ τεθέασαι, μὴ τεθήρευσαι, ὄνος. Εἰ δ' εὐαρέστων ἀποτρέχεις, κανθήλιος. Haec ex notis Rittershuſii ad Porphyr. No. 18. SOLAN.

Pag. 262. *l.* 1. Βοιώτιον) Sic Horatius: *Boeotarum in craſſo iurares aëre natum.* SOLAN.

ibid. Ξυναπολέσαι ἐπὶ πονηρῷ τοσούτους) Sic omnes, quos vidi, Codices. Sed non dubito, quin legendum ſit ἐπὶ pro ἐπὶ, ut infra Somn. L. Bos. Mihi non eſt dubium, legendum eſſe ἐπὶ πονηρῷ. Calligraphorum vicini in utraque vocula exprimenda ductus corruptioni occaſionem dedere. GESN. Recte divinarunt L. Bos, & I. M. Geſn. ἐπὶ legendum pro ἐπί. Quare, cum *Fl.* etiam id habeat, ſic Luciano reddidi. REITZ.

ead. l. 2. Αὐτῷ Μαραθῶνι) Pugna enim Marathonia in ea porticu publice depicta fuerat, & Miltiadis virtuti datum, *ut in decem praetorum numero prima eius imago poneretur, ipseque hortaretur milites, proeliumque committeret*, teste Corn. Nep. in Milt. De Cynaegiro, quod afferam, nihil habeo, nisi quod statuam ei aeneam nullam fuisse constat ex Δημων. c. 53. Imaginem fuisse credo, qualis Miltiadis illa & reliquorum. De Rhetoribus quod addit, illustratur ex Ῥητ. cap. 18, quem locum ipse inspicito. SOLAN.

ead. l. 4. Τὴν μεγίστην — ὑπόθεσιν) Ridiculum argumentum, & simile illi, qui caput sibi ne praecideretur deprecatus, illud causabatur, se non habiturum, ubi pileum imponeret. Nempe deridet iusiurandum illud Demosthenis, Οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, quod expendit Longinus s. 16, ubi omnia, quae hic dici possent, viri docti, praesertim Tollius. Add. tamen Spanhem. ad Aristophan. Νεφ. 982. GESN.

ead. l. 6. Ἴσως) Ex Mf. Ox. SOLAN.

ead. l. 9. Οὐκοῦν καὶ ὁπότε) Ducibus Mff. Regg. 2955. & 3011. inseruimus illud καὶ inter οὐκοῦν & ὁπότε, quod ignorabant edd.

Pag. 263. *l.* 5. Ὁ κωμικὸς) Aristophanes, sed locus non succurrit. V. Συγγρ. c. 41. SOLAN.

ead. l. 6. Μακρὰ χαίρειν φράσας ταῖς τιμαῖς) Solet auctor dicere μακρὰ, idque videtur convenientius. In Asino: κἀγὼ τοῖς παρακειμένοις κριθιδίοις μακρὰ χαίρειν λέγων. In Gallo: ὁ Ἀχιλλέως ἵππος μακρὰ χαίρειν φράσας τῷ χρεμετίζειν. Pagina tamen 229: μακρὰν χαίρειν τοῖς πόνοις φράσαντες. GRON. Μακρὰ χαίρειν) Quia sic supra Asin. cap. 46, infra Gall. c. 2, atque alibi apud Nostrum invenitur, & Cod. P. id suppeditat, hoc vulgatae μακρὰν praetuli. Namque & Aristoph. Pl. 612, μακρὰ κλάειν. Item Eccl. 425, & passim, non μακρὰν. Gronov. recte quidem notat, infra tamen in Bis accusato, vulgo etiam μακρὰν χαίρειν legi, (v. eius Dial. cap. 21 post med.) sed cum ibi Iuntina quoque, item Cod. P. habeant μακρὰ, non dubitavi utroque loco sic edere; nam sic verius videtur. Licet μακρὰν non omnino damnare ausim; quid prohibet id assumere, quod manifesto probum est? REITZ.

ead. l. 7. Καὶ κνίσσῃ) Homer. Odyss. Λ, 606. SOLAN.

ead. l. 11. Εὖγε) Εἰρωνικῶς. GUYET.

ibid. Οἰκοθεν ὁ μάρτυς) *Testis domesticus.* Dixi de hoc pro-

verbio alibi. Cetera huius Dialogi ſunt centones Homerici & Euripidei. BOURD. Οἴκοθεν) Id eſt: Tu, o Hercules fili, teſtis domeſticus es, cuius teſtimonium contra nos valiturum eſt. GUYET.

ibid. Ἀπέσωσας) Subaudi ἡμᾶς, εἰρωνικῶς. *Damidi* vero, ſubintellige & aliis ἀθέοις. GUYET.

ead. l. 12. Ταῦτα) Id eſt, ſuperiora illa: Εἰ τοιαῦτά ἐστι τὰ ὑμέτερα, μακρὰν χαίρειν φράσας &c. GUYET.

ead. l. 15. Μᾶλλον δὲ ὁ σὸς, ὦ Ἑρμῆ) Μᾶλλον δὲ ὁ σὸς, ὦ Ἑρμῆ, ἀδελφός ἐστιν, ὁ ἀγοραῖος, ὁ παρὰ τὴν Ποικίλην. πίττης γοῦν ἀναπέπλασται, ὃσημέραι ἐκματτόμενος ὑπὸ τῶν ἀνδριαντοποιῶν. Sic ſcribitur in antiquo Codice: pro quo in vulgatis habetur ἀναπλαττόμενος, quod quidem & ipſum idem notat, ſed alterius eſt interpretatio. Tritius ſcilicet ſubſtitutum eſt minus vulgato. Hoc modo vero verte: *Tuus eſt ſane, Mercuri, frater, forenſis ille, qui ad Poecilen eſt. Itaque pice eſt refertus, cum quotidie a ſtatuariis exprimatur*, ſc. eius forma, propter excellentiam. Dicebatur Ἑρμῆς Ἀγοραῖος *forenſis*, quia illa porticus erat in foro, & Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι, *Mercurius ad portulam*, cuius crebra apud veteres mentio. Vide Harpocrationem, & quae ad illum notat Valeſius, nec non Meurſii Athenas Atticas lib. 1, cap. 5. Verba mox ſequentia, ἐτύγχανον μὲν ἄρτι χαλκουργῶν ὑποπιττούμενος, στέρνον τε καὶ μετάφρενον· ὥρᾳξ δέ μοι γέλοιος ἀμφὶ σώματι πλασθεὶς παρηώρητο μιμηλὴ τῇ τέχνῃ, σφραγίδα χαλκοῦ πᾶσαν ἐντετυπούμενος· vertunt, *cum ad porticum iam fabricarer aeneus, ac perque dorſum, perque pectus ungerer, factuſque inepte thorax corpori meo appenderet, nec arte diſpari foret, ex aere totus mihi additur baltheus.* Illepide ſane & imperite. Hoc enim dicit Lucianus: *Cum fabri aerarii picem illeviſſent pectori & tergo, ridiculuſque thorax corpori imitatrice arte fictus eſſet appenſus, omni aeris figura impreſſa.* Figura nimirum aerei thoracis, quae illi pici imprimebatur. Sunt verſus alicuius Tragici, quamvis in reſponſione Iovis pro παύου ὦ Ἑρμαγόρα βέλτιστε τραγῳδῶν legatur in Mſ. ἰαμβίζων. Μιμηλὴ τέχνη, eſt ars, quae imitatur, aut ſimulat, qualis eſt pictorum, & fictorum. Ἑρμῆς autem ἀγοραῖος appellatur a Iove voce una ex duabus conflata Ἑρμαγόρας. GRAEV.

ibid. Ὁ ἀγοραῖος) Ὁ Ἑρμῆς ἀγ. GUYET. Pauſan. Att. p. 27, 22: Ἰοῦσι πρὸς τὴν στοὰν, ἣν Ποικίλην ὀνομάζουσιν ἀπὸ τῶν γραφῶν, ἔστιν Ἑρμῆς χαλκοῦς καλούμενος ἀγοραῖος. GESN.

Pag. 264. *l.* 2. Ἐκματτόμενος) Sic etiam P. & L. Propria

huic rei vox. Vide Plat. Πολ. Γ. p. ed. Ald. 35 P. SOLAN, Alciphr. III, Ep. 64, p. 434: Ὁ δὲ παῖς ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἐξεμάξατο τὸν διδάσκαλον. *Filius autem exactissime expressit magistrum.* Nec dubitavi hoc verbum Luciano reddere, quod quatuor Codd. habebant, cuius glossa ἀναπλαττόμενος videtur, quae in vulgatam irrepsit, ut notius verbum pro minus vulgari saepe solet. REITZ.

cap. l. 9. Ἐτύγχανον μὲν ἄρτι χαλκουργῶν, ὑποπιττούμενος στέρνον τε καὶ μετάφρενον) Ut mirifice gessit se Lucianus in commentanda hac locutione, sic mirifici quoque fuerunt interpretes tum in ea contemplanda, tum Latine exprimenda. Nam cum vertunt *cum ad porticum iam fabricarer aeneus*, passivo intellectu, ut patet ex sequentibus, rem fortasse perhibent, sed non appropinquant Graecis, quae sunt activa, notantque, *eram fabricans* vel *fingens aera*, & ideo *obductus pice pectori & tergo.* Quod cum de se iactat hic in statua Hermagoras, ultro satis intelligendum praebet, id fieri per fabros aerarios. In sequentibus vero & vana & nulla in Graecis mentio balthei, & omnia sic vertenda simpliciter: *thorax autem ridiculus* (utpote ex fragili materia & nullius munimenti) *corpori circum allitus appenderet arte imitatrice omnem aeris caelaturam impressam habens.* GRON. Ἐτύγχανον μὲν ἄρτι χαλκουργῶν ὑποπιττούμενος στέρνον τε καὶ μετάφρενον· Ὡράϊξ δέ μοι γέλοιος ἀμφὶ σώματι πλασθείς, παρηώρητο μιμηλὴ τῇ τέχνῃ, σφραγῖδα χαλκοῦ πᾶσαν ἐντυπούμενος. ὁρῶ δ' ὄχλον καί τινας δύο ὠχρούς κεκράκτας, πυγμάχους σοφισμάτων, Δάμιν τε, καὶ ΖΕΤΣ. Παύου, ὦ Ἑρμαγόρα βέλτιστε, τραγῳδούμενος. Sunt verba Hermagorae, fratris Mercurii, ad Iovem, cuius Hermagorae statua erat ad Poecilen, ut praecessit. Sed verba male & ab librariis, & ab editoribus habita. Primo quid est χαλκουργῶν ὑποπιττούμενος; Interpres vertit, *cum ad porticum iam fabricarer aeneus.* Λῆρος. An χαλκουργῶν est *aeneus?* an ὑποπιττούμενος est *cum fabricarer?* Deinde in Salmuriensi ed. unde nos haec descripsimus, desideratur vox στείχοντα post ὄχλον. Scripsit Lucianus χαλκουργῶν ὑπο πιττούμενος per anastrophen praepositionis usitatissimam, praecipue poëtis. Sic Euripides in Phoenissis v. 299: Ἐμῶν τυράννων, ὧν ἀπεστάλην ὕπο. *Meorum dominorum, a quibus missa sum.* Aeschylus in Prometheo v. 367: Ἰπνούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο. *Ubi torretur sub Aetnae radicibus.* Idem fit in aliis praepositionibus, περὶ, ἐπὶ, ἀνὰ, frequentissime. Saepe quoque Lucianus prosae orationis scriptor περὶ per ana-

ſtrophen (στέρι) habet. Eſt ergo χαλκουργῶν ὕπο πιττούμενος, *cum a fabris aerariis pice linerer.* Ceterum ſunt omnes iambi, quos Noſter vel ex Tragico aliquo deſumſit omnes, vel interpolavit; qualibus Tragoediarum aliorumque poëmatum centonibus hic libellus eſt plenus. Reſpondet propterea Iuppiter, & initio ultimi verſus interpellans Hermagoran, ait, Παῦσον, ὦ Ἑρμαγόρα βέλτιστε, τραγῳδούμενος. Legendum quoque μιμικῇ τέχνῃ, ejecto articulo τῇ, ab non intelligente nec advertente, temere inculcato. Verſus autem ita ordine ponendi, (ut iam in textu curavimus.) IENS. Iambi ſeptem ſic diſtinguendi &c. *Guyet.* Eodem modo Guyetus diſtinxit, ut Ienſius. Idem fecerat la Croze; quare eadem iam non repetam. REITZ.

ibid. Χαλκουργῶν ὕπο Πιτ.) Vide Ienſ. Parodia eſt Euripidis Oreſt. 867 & 872. SOLAN.

ead. l. 14. Στείχοντα) Cur Ienſ. dicat στείχοντα in *Salmur.* ed. deeſſe, neſcio; nam omnino adeſt in illa, aeque ac in *Amſt. B.* 1. ceteriſque. Alias στείχοντα non ſignif. *tumultuantem*, ſed *euntem*, immo *ordine ire*, unde στίχες ἀνδρῶν, ordines militum in acie ſtantium, Homero frequens. Item στίχος, unde diſtichon. Hom. Od. 1, 418. De Cyclope: Εἴ τινά που μετ' ὄεσσι λάβοι στείχοντα Σύραζε. *Si qua quendam prehendere poſſit cum ovibus foras exeuntem.* Sed cum ὄχλον addatur, eodem iure vertas *tumultuantem*, quo *exeuntem*, quando Σύραζε additur. Ceterum & στίχω inveniri in praef. pro στείχω, non repetam ex I. Horrei Obſervationibus Criticis pag. 13. REITZ.

Pag. 265. *l.* 1. Δάμιν τε καὶ) Ἰαμβικὴ διποδία. GUYET.

ead. l. 2. Ἑρμαγόρα) Hic Ἑρμῆς ἀγοραῖος ſcribendum videtur. GUYET.

ibid. Τραγῳδῶν) In P. & L. etiam ἰαμβίζων. Sed nihil mutato opus eſt. SOLAN.

ead. l. 7. Τί οὖν ἔτι) Senarius, ſed ita ſcribendus: Τί οὖν ποιεῖν ἔτι χρὴ λοιπὸν, ὦ Θεοί. GUYET. Facilis & plana videtur emendatio Guyeti verſum reſtituere conantis: nondum tamen ſic edi curo; quia non certum eſt, verſum ipſum voluiſſe proferre Lucianum, an imitationem tantum; tum vero, quia Guyetus quarta ſede ſpondeum relinquit. Alia res eſt, dico iterum, ubi ex pluribus verſibus ſeqq. liquet, Lucianum carmina proferre, quod ex uno ad uſus ſuos detorto verſiculo non conſtat; ideoque nimis diligens in uno eiuſmodi reſtituendo eſſe nolim. REITZ.

Pag. 266. *l.* 1. Στυγῆ ἐφ' ἡμείων) Parodia est ex Homero detorta, quem vide Il. H, 194. SOLAN.

ead. l. 4. ΔΑΜ. Οὐκ) I. e. οὐκ εἰσὶ θεοὶ, οὐ προνοοῦσι. GUYET.

ead. l. 9. Εὐφωνότερον) Depravate, ut arbitror. Scripserat, credo, εὐτονώτερον. SOLAN.

ibid. Ἐπήχει) Legend. videtur ἐπίχει pro ἐπίχεε. GUYET. Ἐπίχει L. optime, ut alibi usurpat ἐπίπαττε. Vide Ἀναβ. c. 22, & Ῥητ. c. 16. In omnibus impressis ἐπήχει. SOLAN.

ead. l. 11. Ἐπιστομίζων) Cum Pricaeus arbitraretur, in Ep. ad Tit. I, v. 11, οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν, non significare *os obturare*, sed *freno coërcere*, recte ab I. Elsn. p. 321, Observ. T. II, hoc Luciani testimonio, item alio ex Aristoph. Eq. 840, nec non Heliod. ac Plutarch. refutatur. Ceterum pro *refrenare* tamen Pollux p. 972. Forsan & *facere ut quis pronus in os cadat*, vide conjectatum supra pro Imag. c. 10. REITZ.

Pag. 267. *col.* 2. *l.* 3. Καυθάρλιμον) Adscripserat Hemsterh. Lege: ἐν Π. Δήπου ὅτι κάνθαρος λιμήν. REITZ.

Pag. 268. *l.* 9. Ὧν — τῶν ἄλλων) Subaudi ἕνεκα, vel ἀντί. GUYET.

ead. l. 14. Μετ' ἀμύμονας Αἰθ.) Hom. Il. A, 423. SOLAN.

Pag. 269. *l.* 2. Ἀνεπαγγέλτοις) Αὐτεπαγγέλτοις legendum videtur. GUYET. Dicit, Deos saepius ad Aethiopas epulatum ire, καὶ ἀνεπαγγέλτους, *etiam invocatos*. Sed Mſ. αὐτεπαγγέλτους, quod elegans est vocabulum, *qui se ipsos invitant, qui condicunt*. Hoc enim Latinis est *condicere alicui*, ut apud Cic. 1 ad fam. 9 alicui significare, se apud eum coenaturum. Eadem quidem vis est vocis ἀνεπάγγελτος, sed illud tamen exquisitius. GRAEV. Recte conjecit Guyetus, idque quatuor Codd. firmant. Quare non recepisse stultitia fuisset. REITZ.

ead. l. 14. Τὸ ζητούμενον) Τὸ ἐξ ἀρχῆς ζητεῖσθαι, Aristot. GUYET.

Pag. 270. *l.* 2. Ἔνι γὰρ καὶ ἄλλως ἀρξάμενα) *Contingit enim, ut haec incepta sint*, Benedictus: *iam enim aliter incepta sunt*, Obsopoeus, quae sanequam non efferunt vim loquentis. Verte: *Potest enim esse, ut aliter* (quam scilicet munere providentiae) vel *temere* & fortuito *incepta* &c. Nec vero in praecedentibus illa αὐτό που τὸ ζητούμενον συναρπάζεις interpreter aut cum Benedicto *tu quidem quaestionem corripis*, vel cum Obsopoeo *tu quidem quaestionem discerpis*, sed pro argumento latenter arripis & producis id ipsum, quod quaeritur, & sic fraudem facis. Et nisi fallor, hunc locum imuit, eumque sic exponen-

dum putavit, Henr. Valesius in postumis ad Harpocrationem pag. 145. Quin etiam mox Benedictus temere omisit in versione καὶ ἐπαινοῦντι· at recte Obsopoeus, *ac laudibus efferas*. GRON.

ead. l. 8. Διαλλάττεσθαι) Manifestum mendum est in his verbis Epicurei philosophi, quibus dixerat, Stoicos ipsos τάξιν vocare ἀνάγκην. Εἶτα δηλαδὴ ἀγαναχτήσεις, εἴ τις σοι μὴ ἀκολουθοίη, τὰ γιγνόμενα μὲν, ὁποῖά ἐστι, καταριθμουμένῳ καὶ ἐπαινοῦντι, οἰομένῳ τε ἀποδείξιν τοῦτο εἶναι, τοῦ καὶ προνοίᾳ διαλλάττεσθαι αὐτῶν ἕκαστον. Interpretes: *Deinde scilicet indigniaberis, si quis te non sequetur, cum ea, quae fiunt, qualia sunt enumeres & laudes, & putes hisce demonstrasse, horum unumquodque immutari providentia.* Atqui non permutantur, sed eundem servant ordinem illi siderum motus, temporum vices, & quae enumeravit alia. Scribendum sine dubio, ut est in Mf. διατάττεσθαι, regi, administrari providentia. Sic paulo ante Timocles quaerebat, οὐδ' ὑπό τινι οὖν θεῷ τάττεται ἡ τῶν ὅλων ἐπιμέλεια; *Hoc igitur universum nullane providentia regitur?* GRAEV. Διατάττεσθαι) Ex Mf. Gr. P. & L. Infra iterum διέταττες ἕκαστα. SOLAN. Διατάττεσθαι praetuli vulgatae διαλλάττεσθαι, quia quatuor Codd. iubebant, & melius videtur; versionem Gesneri tamen non attigi, quae non multum abit ab restituta lectione. REITZ.

ibid. Τὸν κωμικὸν) Unde habeat nescio. SOLAN.

ead. l. 9. Ἄλλο — μοι) Inter duas hasce voces infertum erat δὲ, quod exsulare, duce *Fl.* ed. iussimus. SOLAN.

Pag. 271. *l.* 3. Μέλει) Sic *Ven.* utraque. O. μέλλει. Reliqui libri μέλειν, minus eleganter. SOLAN. Μέλει etiam Mf. Reg. 3011. quod cur reddere Luciano dubitarit Reitzius, causam non videmus.

ead. l. 7. Ὁμήρου) Vide eum Iliad. A, 399. SOLAN.

ead. l. 13. Ἐξαπατᾷ τὸν Ἀγαμέμνονα) Hom. Iliad. B, 6 & seqq. SOLAN.

Pag. 272. *l.* 3. Διομήδης μὲν ἔτρωσε τὴν Ἀφροδίτην) Homer. Il. E, 335. SOLAN.

ibid. Εἶτα τὸν Ἄρην) Iliad. E, 855. SOLAN.

ead. l. 5. Ἐμονομάχουν ἀναμὶξ &c.) Homer. Iliad. Υ, 70, 75. SOLAN.

ead. l. 8. Ἀντοὶ δ' ἀντέστη) Homer. Iliad. XX. MARCIL. Id est, Il. Υ, 72. REITZ.

ead. l. 9. Ἀρτέμιδος — μεμφ.) Hom. Il. I, 529. SOLAN.

Pag. 273. *l.* 2. Ἀποῤῥίψειν τὴν ἀσπίδα) Clypeum abiicere

dixit pro eo, quod eſt cauſae diffidere & contentionem relinquere. Deſperat enim, quiſquis in bello arma abiicit, & aut fugam ſpectat, aut mortem exſpectat. Graeci ſimplici vocabulo ῥιψάσπιδας vocant timidos. Id cognominis Demoſthenes in proelio quondam emeruit. Cleonymus apud Ariſtoph. in Fuc. ἀσπιδαπόβλης appellatur. Plato libro de Leg. XII declarat, ῥιψάσπιδος nomen multo probroſiſſimum eſſe. COGN.

ead. l. 10. Πῶλον, καὶ Ἀριστόδ.) Τοὺς ὑποκριτάς. GUYET. Vide ſupra not. ad Μεν. cap. 16, & hoc ipſo opuſculo cap. 3. SOLAN.

ead. l. 12. Ἐμβάδας) Sic *P.* Sed ἐμβάτας *I. B.* 1. *H. S.* Ergo ſic iam lego, notamque ad Scholion eiuſdem verbi plane deleo. Sed rectius haec diſtincta & expreſſa Adv. Indoct. c. 6, & Saturn. cap. 19. REITZ. *in Addend. & Corrig.* Nota ad Scholion ſic habebat: Ἐμβάτας) Sic bis ſcriptum in Schol. cum ἐμβάδας recte in textu Luciani. Sed utrovis modo ſcribitur, ἐμβὰς, ἄδος, & οἱ ἐμβάται. Vid. Poll.

ead. l. 13. Προγαστρίδια) Cum προγάστωρ ſit, cui venter prominet, poſſis προγαστρίδια putare pulvillos aſſimulando ventri promulo aptos. Sed etiam poſſit veſtis eſſe ante ventrem ſuſpendi ſolita &c. GESN.

ead. l. 14. Σωμάτια.) Bis ad ſcenae apparatum & veſtimenta hiſtrionica refert Pollux. Quid ſi origo inde Gallici *corſet*, eodem modo formati, & Germanici *Leibgen?* quibus nominibus notari veſtem, muliebrem praeſertim, qua arctius corpus ſtringitur, notum eſt. GESN.

Pag. 274. *l.* 1. Ἐπεὶ καθ' ἑαυτὸν ὁπόταν ὁ Εὐριπίδης) Ἐπεὶ καθ' ἑαυτὸν ὁπόταν ὁ Εὐριπίδης, μηδὲν ἐπεισαγούσης τῆς χρείας τῶν δραμάτων, τὰ δοκοῦντά οἱ λέγῃ, ἄκουσον αὐτοῦ τότε παῤῥησιαζομένου. Sic lege & interpunge. Ἄκουσον pro vulgato ἀκούσῃ, quod tamen cum in hac, tum in Salmurienſi ed. typographorum vitio eſt omiſſum, & τότε ex Mſ. repoſui. *Cum ex ſua ſententia Euripides, nulla neceſſitate fabularum compulſus, quae ipſi videntur, profert, audi tunc libere loquentem.* GRAEV. Ἐπεὶ καθ' ἑαυτὸν ὁπόταν ὁ Εὐριπίδης, μηδὲν ἐπεισούσης τῆς χρείας τῶν δραμάτων, τὰ δοκοῦντά οἱ λέγῃ, ἀκούσῃ (hanc vocem omiſerunt ſequiores editores) αὐτου ποτε παῤῥησιαζομένου. Sic locum hunc interpungendum eſſe, recte monuit Graevius pag. 874 ed. Amſt. Alia mutatione hic locus plane non indiget, ut qui ſit ſinceriſſimus. Diſputant Damis & Timocles, ille, non eſſe eos, qui vulgo ferantur,

Deos; hic, vere eos esse, contendentes. Post varia ultro citroque dicta, rogat tandem Timocles Damin, num ergo nihil sani iudicet dicere Euripidem, cum Deos in scenam inducens, eos faciat heroum servatores, impiorum vindices. At, inquit Damis, si hoc modo tibi, o bone, persuaserint Tragici, oportet ut Deos censeas vel ipsos hypocritas, (qui nempe partes in scena agunt) vel cothurnos, & reliquam Tragicam σκευὴν, quibus illi Tragoediae maiestatem augent. Si ita existimas, id vero maxime ridiculum iudico; *cum* (sic verto Graeca verba, quae proposui) *ubi per se Euripides, nulla fabularum necessitate id exigente, ea, quae sibi videantur, dicit, audieris eum aliquando libere pronuntiantem,* Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ, τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα, Καὶ γῆν περίζ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις, Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα· τόνδ' ἡγοῦ θεόν. *Vides supernum simul, & immensum aethera, Terram humidis circumplectentem brachiis, Illum Iovem agnoscere; hunc esse puta Deum.* Ἀκούσῃ est secunda persona Aor. 1. Subi. Medii. In quo hallucinatus est interpres, vertens *audies*, quasi esset hic ab ἀκούσομαι, cum sit ab ἀκούσωμαι. IENS.

ead. l. 2. Ἀκούσῃ αὐτοῦ ποτε) In Ox. ἄκουσον αὐτοῦ τότε. In L. etiam τότε, quod & genuinum censeo. SOLAN. Ἀκούσῃ & ἀπείρον') Cum in marg. *Ald.* ἄμουσον sine signo, quo pertineat, ita adscriptum esset inter ἄπειρον & ἀκούσῃ, ut utrovis trahi possit; suspicabar quidem, & adhuc suspicor, scribentem ἄκουσον pro ἀκούσῃ notare voluisse, quia & sic alii bini Codd. habent. Interim quia ἄμουσον re vera magis respondebat τῷ ἄπειρον, i. e. quando ab recto ἄπειρος oritur, & *rudem* notat, id in variantt. eo apponi sum passus; etsi absurdum plane est, si scriba de hoc adiectivo sic senserit; nam hic ἀπείρον' esse a nominativo ἀπείρων, *immensus*, nimis est apertum: ideoque apostrophum in edd. deficientem addidi, ut valeat pro ἀπείρονα. REITZ.

ead. l. 4. Ὁρᾷς &c.) Inter Euripidis fragmenta, quorum ignorantur fabulae, v. 1. Cic. de Nat. Deor. II, & Plut. 1066 f. 1397, & 1695, 2, meminere horum versuum, apud quos omnes ὑγραῖς legitur. Vid. etiam Clem. Alex. p. m. 12, 2. P. tamen etiam θερμαῖς agnoscit, & Athenaeus p. 53 D. SOLAN. Nobiles senariolos primo merito loco inter fragmenta incertarum Euripidis Tragoediarum posuit Barnesius. Dedimus, quam & ipse servavit, versionem H. Grotii, quae metrum auctoris cum sententia pulchre fervet, nisi quod pro ὑγραῖς ipse nimis ad verbum dedit *uvidis*; quod puto potius est, ut

repoſuimus, *mollibus*. Paulo licentius Cicero de N. D. 2, 25: *Vides ſublime fuſum, immoderatum aethera, Qui terram tenero circumiectu amplectitur? Hunc ſummum habeto divom: hunc perhibeto Iovem.* Ad hunc locum laudavit reliquos, qui mentionem horum verſiculorum fecere, Daviſius. Adde Euſeb. Praep. Evang. 13, 13, & auctorem Philopatridis Lucianei c. 10. Huc etiam pertinere videtur illud Feſti in Sublimem, cum ex Ennii Thyeſte laudat, *Aſpice hoc ſublime candens, quem vocant omnes Iovem*, quod iam vidit Nic. Loënſ. Epiphyll. 5, 14; qui porro inde colligit, ex Euripidis Thyeſte ipſum, quem tractamus, locum eſſe deſumtum. Qui ſequitur verſiculus, (quem uno verſiculo Latino recte explicari poſſe diffidebam) Euripidi etiam tribuitur, & cum ſuperioribus coniungitur ab Athenagora Legat. c. 6, p. 23 Dechairii, qui vir doctus ait eſſe ex Hecuba, in quo falli illum puto, niſi ego requirens falſus ſum. GESN.

ead. l. 5. Ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις) In verſu Euripidis pro ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις Mſ. Θερμαῖς ἐν ἀγκάλαις. Mox in alio verſu ὅστις ἐστὶν ὁ Ζεὺς verte, *quicunque Iuppiter ſit*. GRAEV. Servavi vulgatam ὑγραῖς, quia coelum tellurem ambiens recte dicit ſolet *humidum*. Nec tamen diffiteor, Θερμαῖς de igne coeleſti intelligi poſſe, quo terra circumfuſa blande fovetur. Sed *mollibus*, quod Geſnerus dedit, ſatisfacit utrique. REITZ.

ead. l. 8. Ζεὺς — κλύων) Ultimam vocem non agnoſcit *Fl.* Ὅστις ἐστὶν ὁ Ζεὺς, non exſtant in O. Vide etiam Hec. 488, Or. 418. SOLAN.

ead. l. 15. Πῶς) Cum in O. abſit, ego non adderem, ſi & in aliis abeſſet. Eſt quidem eius pleonaſmus haud infrequens. Sic Icarom. c. 1, καὶ ἡσυχῇ πως ἀνιμετρεῖς. At tum ſcribitur enclitice, ſine accentu. Hic vero poteſt cum emphaſi accipi, i. e. *mirum quantum*, de qua vid. Bud. Comment. p. 290, ac valebit, *omnino*, & accentum ſervabit. REITZ.

Pag. 275. *l.* 1. Ἀκινάκη δύοντες) Vide ſupra Τοξ. cap. 38. SOLAN. De hoc ritu nonnihil habet Brod. Miſc. p. 533, Theſaur. Crit. Part. 2. Qui quia nunc ad manus non eſt, deſcribi a me nequit; ſed ſatis hoc viſum alibi, ut Tox. c. 38, atque ante. REITZ.

ibid. Ζαμόλξιδι) Conſule Herod. IV, pag. 159, ex quo tamen fugitivum fuiſſe non patet. In Ox. deeſt Θρᾷκες. Certe a Scythis celebratur Σκυθ. c. 1. An etiam a ſuis Thracibus, aliunde ex hoc non conſtat. Thrax utique Ἱστ. β, cap. 17, vocatur. SOLAN.

ead. l. 3. Μηνὶ) Vide ſupra c. 18. Clem. Alex. 12, 2, προσεκύνησαν ἥλιον, ὡς Ἰνδοὶ, καὶ σελήνην, ὡς Φρύγες. In Ox. ſcribitur Μηνὶ, quod rectius, quam quod in omnibus impreſſis eſt Μήνῃ· ideoque in textum recepi. SOLAN. Ego nihil muto. Vid. Heſych. & Hom. Il. Ψ, 455. REITZ.

ibid. Κυλλήνιοι Φάλαντι) Quis ſit Phales, cui ſacra faciant Cyllenii, equidem non dixerim, & gratiam habebo, qui docuerit. Interim dedi in verſione Phanetem, notum ex Orphicis verſibus, ab Athenagora Legat. c. 16, p. 72, ſervatis, itemque aliis, quos debemus Macrobio Sat. I, 18. Qui etiam docet tum l. c. tum c. 17, Solem eſſe Phaneta. Si quis dicat, tum demum aliquid veroſimile habituram coniecturam noſtram, ſi a Cylleniis ſic cultum conſtet Apollinem, ut notum eſt de Mercurio, cui Cyllenii nomen inde haeſit: huic ego reſpondeam, eodem Macrobio auctore c. 19, Mercurii ipſum numen ad Solem pertinere. De Phanete omnia Eſchenbachius in Epigene. GESN. Principio notae Geſneri adſcripſit Weſſel. V. Heſych. φαληρὶς, & Dion. Chryſoſt. p. 412 D. REITZ.

ead. l. 4. Φάλαντι) Quis hic ſit neſcio. SOLAN.

ibid. Περιστερᾷ) Vide infra. SOLAN.

ead. l. 5. Ὕδατι) An Nilo? GUYET. Quidni animalia in aquis habitantia, crocodilos, hippopotamos &c. per metonymiam? Vid. Daviſ. (cuius Hemſterh. in marg. admonuit) ad Cic. I De nat. Deor. c. 29, p. m. 72. (Hemſterhuſio 68.) Ubi inter alia huc facientia etiam haec affert ex Ioſeph. in Apion. I, c. 71: Οἱ δὲ ἵπποι οἱ ποταμιοι νόμῳ μὲν τῷ Παπρημίτῃ ἱροί εἰσι, τοῖσι δὲ ἄλλοισι Αἰγυπτίοισι οὐχ ἱροί. REITZ.

ead. l. 8. Κροκόδειλος) Spanhem. 178; & confer cum his omnibus ea, quae habentur Ἐκκλ. c. 10. SOLAN.

ibid. Κυνοκέφαλος) *Anubis.* GUYET.

ead. l. 11. Ποτήριον) Vide Pignorii menſam Iſiacam p. 31. Sed *modius* eſt noſtris, quod *poculum* vocat. SOLAN.

Pag. 276. *l.* 9. Τῷ Λυδῷ) Confer Ἐπιστ. c. 11, Z. ἑλ. c. 14, & hoc ipſo opuſculo c. 20. SOLAN.

ead. l. 11. Ὅμοιοι, πρὸς) Sic *Fl.* In rel. inter has voces erat καὶ prave. Eadem *Fl.* ἐπιτραφῆς· ſed vulgata proba. SOLAN.

Pag. 277. *l.* 2. Σαρδιανὸς ἐκεῖνος ὄλεθρος) Croeſum perniciem Sardianam vocat, a Sardibus eius regia, unde & Horat. I Ep. *Quid Croeſi regia Sardis?* Et patet ex hac locutione, non temere ὄλεθροι ſine auctoritate mutandum in ὀλέθριοι ſupra, Pſeudom. c. 11, ubi habuimus ὄλεθροι ἐκεῖνοι Παφλαγόνες· nam etſi pluralis ibi ſit, & ὀλέθριοι deinde dicat adiecti-

ve; tamen & ſubſtantive de Salt. c. 5, ὀλέθρῳ τινὶ ἀνθρώπῳ. Ac pluralis in aliis ſimilibus adeo eſt frequens, ut iam perquirere, ubi etiam ὄλεθροι legitur amplius, operae non videatur. REITZ.

ead. l. 5. Κιθαρῳδὸς) Apollo, an Mercurius? GUYET.

ead. l. 7. Ἐπισφάττεις) Vocem hanc eo ſenſu haud temere reperias. Servanda tamen. SOLAN. *Mactas* dederant olim ſatis ambigue. Sed *occidis*, vel *obtundis*, vertendum credo; ſi probum eſt ἐπισφάττεις. Conf. tamen ſupra ἀπασφαπτόμενους in var. Lectr. c. 22. REITZ. Ἀποσφάττεις Mſ. Reg. 2955.

Pag. 278. *l.* 3. Καπὸν ἐπηχεῖ) Τουτὶ πόθεν ἡμῖν τὸ ἄμαχον κακὸν ἐπηχεῖ; Mſ. τουτὶ πόθεν ἡμῖν τὸ ἄμαχον κακὸν ἐπῆλθεν; GRAEV. Ἐπῆλθεν Mſſ. Ox. & P. & utraque *Veneta* rectius, quam ἐπηχεῖ, quod in reliquis. In Coll. tamen Scholii tantum vicem obtinet. SOLAN.

ead. l. 6. Μάρπτει) Vide Homer. Il. O, 137. SOLAN.

ead. l. 14. Ἐπὶ τῶν θεῶν ἀφιγμένος) Ἀπὸ an ἐκ pro ἐπὶ legendum? Editio *Baſ.* habet περὶ, quae lectio non placet: verſus eſt trimeter. Sic autem legendus: Ἐκεῖθέν ποθεν ἐκ τῶν θεῶν ἀφιγμένος. GUYET. Poſt inventum παρὰ non iam opus erit ἐκ legere, eoque minus, quod mox ἐκ rurſus ſequatur: quales repetitiones me quidem non offenderent; non tamen eas augerem, ubi aliud, quod probum eſt, invenio. Bene tamen olfecit Guyetus, περὶ & ἐπὶ falſum eſſe. REITZ.

ead. l. 15. Τάφον) Vide Lactantium haec fuſius differentem I, 11, & Noſtrum Τιμ. c. 4. SOLAN.

Pag. 279. *l.* 9. Ἀναδησάμενος τῶν ὤτων) Hercules Gallicus haec enarrabit c. 3. Paſſim eodem alludit. SOLAN.

ead. l. 11. Σειρὴν χρυσείην) Hom. Il. Θ, 18. SOLAN.

Pag. 280. *l.* 1. Ἐμπιπλὰς) Recte rurſus edd. nec opus ἐμπιμπλὰς inſerto μ ſemper ſcribere, ut alibi voluit Solanus. Vid. notata ad Amor. c. 24. REITZ.

ibid. Τὰ ἀκάτια) Id eſt, ἱστία, Heſych. GUYET.

ibid. Ἢ οἱ ἐρέττοντες) Omiſſa ante ἢ vox μᾶλλον. Vide ad Iov. Conf. c. 7, & finem huius ipſius libelli. GESN.

ead. l. 7. ΖΕΥΣ) Ex coniectura perſonarum nomina mutavimus. Quae enim nunc Iuppiter loquitur, in omnibus noſtris libris Damidi inſulſe tribuebantur. Quin & Codex Ox. errori ceterorum hoc addidit, quod pro ὃ Τιμ. repoſuit ὦ Τιμόκλεις. Idemque mox nomen, cum ſtatim importune recurreret, delevit. Nihil emendatione noſtra certius. SOLAN.

ead. l. 12. Ἀλυσιτελὲς δὲ) Ἀλυσιτελὲς δὲ, οὐδὲ ἄλογον οὖ-

δέν τι εἶχεν ἡ ναῦς, ὃ μὴ χρεὼδες ἦν αὐτοῖς. In Mſ. hic addun-tur nonnullae voces: ὃ μὴ χρήσιμον πάντως καὶ ἀναγκαῖον ἦν πρὸς τὴν ναυτιλίαν αὐτοῖς, *quod non utile omnino & neceſſa-rium ſit ipſis ad navigationem.* GRAEV.

ead. l. 13. Ὃ μὴ χρήσιμον — ναυτιλίαν) Haec etiam Ox. Codex, &, quod miror, ed. *P.* unde nacta, neſcio: raro enim in textu quidquam mutare conſuevit. SOLAN. Verba Pariſi-nae ed. ſervavi, quia tribus Codd. firmatur. Vulgata ceterа-rum edd. lectio quidem ſatis commodum ſenſum exhibebat, dando, οὐδέν τι εἶχεν ἡ ναῦς, ὃ μὴ χρειῶδες ἦν αὐτοῖς· quod Geſnerus verterat, *nihil habebat navis, quod non ipſis eſſet uſui.* Nec facile quiſquam divinaſſet aliquid addendum vel muran-dum; verum quia principis editionis aut unius Codicis omiſ-ſio facile tranſire ſolet ad poſteriores edd. omnes, nolui com-mittere, ut illa detecta denuo maneret intacta, etſi haud adeo magni eſt momenti. Nihil igitur indignabitur Geſnerus, me verſionem etiam ſex verbis auxiſſe. REITZ.

Pag. 281. *l.* 1. Ὁ μὲν πρότονος) Προτόνους & πρότονα ex-plicant Homeri interpretes ad Il. A, 434, & Od. B, 425, item-que Heſychius, duplices funes, a carcheſio hinc in proram, hinc in puppim tentos. Sed in ea, quae hic deſcribitur, navi, πρότονος vim nominis ſui ſervare debet, & funis eſſe verſus proram ſ. anteriorem navis partem tentus, cuius ope eriga-tur demiſſus antea malus, qui renitatur, nec verſus puppim recidere malus poſſit: nam ne a ventis verſus proram queat deiici, ſatis impedit reliqua conſtructio. Et videtur hinc emen-danda figura Schefferi de mil. nav. ad p. 168, in qua protonus non eſt protonus, ſed epitonus: i. e. navis Schefferi ſimilis hac parte eſt huic, quam reprehendit Damis. GESN.

ead. l. 2. Οἱ πόδες δὲ ἐς τὴν πρῴραν) Nempe πόδες, h. e. fu-nes, quibus imum latus veli ex utroque angulo ad navem al-ligabatur, debebant, ut ventis ferentibus reniterentur, tenti neceſſario eſſe verſus puppim. Melius hic reſpondet figura Schefferi. Ed. Scheff. p. 158 ſeq. De *cheniſco* nihil opus eſt mo-nere, cum vel ipſe noſter eum aliis locis ſatis declaret. GESN.

ead. l. 7. Διμοιρίτην ἢ τριμοιρίτην) *Dupliciarium aut tripliciа-rium.* Διμοιρίτης, cui duplex portio datur, duplex annona &c. GUYET. De his ſilent, qui de re nautica veterum ſcripſere: nec alibi temere poſterius invenias. Sed *duplicarios* etiam no-rat Livius, quem vide L. II. Conſule Turneb. Adv. XXI, 28. Stipendium autem ſimplex diurnum Athenis tres oboli, ſeu dimidia drachma. SOLAN. Cum ex contrario appareat, hic

non tam de ſtipendio, & commodis, quam de munere & honore agi: malui hoc ſequi, quod & Scholia ad h. l. primum ponunt, & e Suida probari poteſt, & confirmatur ex Aeliani Tacticis, apud quem pag. 20 Blanc. λόχος in aliquot ἐνωμοτίας dividitur; deinde dicitur p. 21, τὰς δὲ δύο ἐνωμοτίας διμοιρίαν, καὶ τὸν ἡγούμενον τούτων διμοιρίτην καλοῦσι κ. τ. λ. Hoc certe apparet, praefecturae cuiuſdam nomen apud Aelianum *διμοιρίτην* potius eſſe, quam commodi. GESN.

ead. l. 8. Δεινὸν) Ἄκυρον, quod edd. omnes praeter *Iunt.* habebant, videtur fuiſſe interpretatio τοῦ δεινὸν, & ſic irrepſiſſe. Quare hoc praetuli, licet paucioribus teſtibus firmatum. Maiorem enim vim habet, ſi *mirabilem* & quaſi *terribilem* natando dicas, quam *impigrum*, quod vulgata lectio exhibet. In qua *ſtrenuum* tamen edi paſſus ſum, quia δεινὸς uſitato Latino vocabulo vix tamen ſatis ἐνεργετικῶς reddi poterit; nec *potens*, *terribilis* ſatisfaceret lectori Latina ſola intelligenti. Exempla vero phraſeos δεινὸς ποιεῖν τι ſunt obvia. Alciphr. I, Ep. 10, pag. 38, οἱ τὰ μετέωρα δεινοί i. e. *Aſtronomi*. Aelian. V. Hiſt. III, 1, κατὰ χειρουργίαν δεινός. Adde Suid. v. κλείσοφος. Et Interprett. ad Ael. I, 1, ubi δεινοὶ κατὰ κοιλίαν οἱ πολύποδες. Sic δεινὸς λέγειν, Ariſtoph. Ach. 428; quod recte tamen ibi vertitur *dicax*, in malam fere partem. Nam δεινὸς proprie *malum* quid eſſe, recte quidem ex Plat. in Protag. pag. 206, ait Horreus in Obſ. Crit. ad Herodot. pag. 33. Platonis quippe verba ſunt: Τὰ γὰρ ΔΕΙΝΟΝ, φησὶ, καλόν ἐστιν. οὐδεὶς γοῦν λέγει ἑκάστοτε δεινοῦ, οὐδὲ δεινῆς εἰρήνης, οὐδὲ δεινῆς ὑγείας· ἀλλὰ δεινῆς νόσου, καὶ δεινοῦ πολέμου, καὶ δεινῆς πενίας· ὡς τοῦ ΔΕΙΝΟΥ κακοῦ ὄντος. Verum nihil obſtat, quin uſus etiam ad res bonas tranſtulerit: nam & ipſe Plato, quod vel Lexica notarunt, in eod. Protag. Πρωταγόρας σοφὸς καὶ δεινός ἐστιν ἀνήρ, dicit. Rurſus Ariſtoph. Nub. 242, νόσος — ἱππικὴ, δεινὴ φαγεῖν, i. e. *immenſa voracitas*, in mal. part. Sed ratio translationis ad actiones vehementes, quaeve ſpectatores in ſtuporem rapiunt, ſatis patet contemplanti. Ideoque elegantius ac longe potentius hoc verbum debiliori facile in Luciano praetulimus. Quin & ad *urinandi* artem magis, quam ad ſimplicem narrationem, hic reſpiciendum, etſi κολυμβᾷν utrumque complectitur. Alioqui νήχειν potuiſſet dicere, ſi de natandi ſola arte, non mergendi, voluiſſet loqui. REITZ.

in Schol. col. 2. *l.* 6. Ἀρετὴν τέλειοι) Aut errat Scholiaſtes, aut corruptus eſt a librariis. At vero ſic etiam legitur in Exc. G, & in margine C. SOLAN.

Pag. 282. *l.* 2. Χαρίεντας) Pro *eruditis* ac *politis* habuimus ſupra, Quom. Hiſt. c. 16, ἄλλῳ δέ τινι χαριέντι, καὶ δυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι προσηκόντως. Ubi vid. not. Graevii meamque. Geſnerus illic reddidit, *venuſto*; hic *honeſtos*, i. e. digniores, quod huic loco convenientius, etſi eruditi non excludantur. Adde Barneſ. ad Anacr. v. 894 & 1192. Noſtrum ſupra c. 8, ubi χαρίεντες καὶ εὐπρόσωποι iunguntur, adeoque prius ibi certe *venuſtum* ſignificat, i. e. cui ineſt commendatio ac dignitas morum, vultuſque liberalis. REITZ.

ead. l. 9. Ἐντρυφῶντες, καὶ τῶν ὑπὲρ αὐτοὺς καταπτύοντες) Ὑπ' αὐτοὺς legendum videtur. GUYET. Sine dubio corrigendum ὑπ' αὐτοῖς. Quid enim? An potentes illi & delicatuli eos, qui ſe maiores erant, contumelioſe habuerunt? Immo eos, qui ſibi ſubiecti erant, (quod ad Sardanapalum maxime referendum) contumeliis inſolenter proculcarunt. IENS. Ὑφ' αὐτοῖς Mſ. Ox. recte. In P. ὑπ' αὐτούς. Ienſius ὑπ' αὐτοῖς volebat. Ego etiam in καταπτύοντες aliquid mendi latere puto. Forſan ſcriptum fuerat καταπατοῦντες, uti ſupra dixerat πατουμένους. Certe aliter ſolet conſtrui καταπτύω vel καταπτύομαι. Vide not. ad N. Δ. XX. SOLAN. (Immo recte genitivo iungitur.) Non dubitavi ὑπὸ pro ὑπὲρ ex duobus Codd. recipere, quod Ienſii & Guyeti coniecturam confirmat, & ad ſenſum requiritur: nam etſi ὑπ' αὐτοῖς, quod ad orthographiam, quoque cum Ienſio hic fere praeferrem, ſatius tamen duxi Codicis ſcripturam ſequi, quae ſenſum reddit ſanum. Et licet vulgatum ὑπὲρ αὐτοὺς, ab Geſnero converſum, *& multum ſe praeſtantiores viros deſpuentes*, primo adſpectu probum videatur, ac Dial. ſeq. atque apud alios etiam hoc ſignificatu occurrat; tamen rem propius intuenti patebit, quanto potior ſit lectio reſtituta. Quem enim, quaeſo, ſupra ſe habebat Sardanapalus ſimileſque tyranni? anne vero ſimplex & vera eſt narratio, eum omnes ſubditos contumelioſe tractaſſe, iiſque inſultaſſe? Demus tamen, quod negari non poteſt, eum etiam viris ſe melioribus inſultaſſe. At hoc ipſum iam non excluditur: nam inter dignitate inferiores etiam erant meliores. Contemſerit praefectum Arbactum Sardanapalus, ſed meliorem; (vid. Iuſtin. 1, 2.) ambigue tamen nimis eius virtus eo ſignificaretur, ſi ὑπὲρ τὸν Σαρδανάπαλον diceretur; quare quod planum eſt & verum praeferendo peccare, quam coacta, ut videbantur, dare malui. Si aberravero, Geſnerus in Praefat. me caſtigabit; lector autem vulgatam potiorem exiſtimans, eam retinere poterit. Eſt vulgatae aliquid praeſidii

in verbis praemiſſis, χαίροντας πολλοὺς — ὑπὸ χειρόνων πατουμένους, quibus ſimiliter conqueritur, praeſtantiores ab inferioribus ludibrio haberi. Sed melius Sardanapalus iam dicitur eodem more, quo ſuperiores in navi collocati (licet indigni) inſultant inferioribus dignioribus, deſpuere in infra ſe poſitos, (licet & ii revera ſint digniores) adeoque vel reſtituta lectio ſic accuratius cohaeret cum praemiſſis, ad quae certe haec ſunt aptanda. REITZ. Bonum factum puto, quod receptum in contextum & interpretationem illud ὑφ' αὐτοῖς. GESN.

Pag. 283. *l.* 8. Πρώρας ἐπιμελητὴς) Πρωρεὺς hic vulgo audiebat. Ἐτ. XIV. Gubernatori dignitate, ut inter nautas proximus. *Famulum gubernatoris* vocat Xenophon Οἰκονομ. Poſt hunc τοίχου ἄρχων, de cuius officio diſceptatur. Vide Plut. 1458, initio fere vitae Agidis, & Xenoph. Ἀναβ. V, p. 217, 25: ὅταν δὲ χειμὼν ᾖ, οὐχ ὁρᾶτε, ὅτι καὶ νεύματος μόνου ἕνεκα χαλεπαίνει μὲν πρωρεὺς τοῖς ἐν πρώρᾳ, χαλεπαίνει δὲ κυβερνήτης τοῖς ἐν πρύμνῃ. SOLAN.

ibid. Τοίχου ἄρχων) Hic vulgo dicebatur τοίχαρχος. Vide Suidam voce Τοίχαρχος. KUSTER.

ead. l. 14. Ῥοῦν) *Ven.* utraque νοῦν. Reliquae edd. & Ox. ῥοῦν. Quorum utrumque locum hic habere poteſt. Plato enim κ. νοῦν ἀγωνιῇ τὴν δίκην ſcripſit, ed. *Baſ.* p. 1 f. SOLAN.

Pag. 284. *l.* 1. Οὐδὲν ἰσχυρὸν) At, inquies, laudantem paulo ante inducebas? Recte; nec factum muto. Tanto magis ridicule haec dicuntur a Iove. Nec verbum commutaturos ſat ſcio, quibus vis Comica nota eſt. Hactenus de Luciani mente: rem ipſam nunc videamus; pudeat enim tantum operae in voculis emendandis, elegantiis reſtituendis, obſcuris illuſtrandis poſuiſſe, nunc, cum cauſa agitur graviſſima & momentoſiſſima, perſonae mutae partes agere, nedum ut cum Iove Lucianeo riſum ſpectatorum adaugeam, quod multi hodie factitant, homines γέλωτος ἀκρατέστατοι, Luciano, ut ingenio minores, ita ſceleſtiores multo, cum in tanta Chriſtianae veritatis luce non caecutiant modo, ſed, quod nefariae impietatis ſummum eſt, dictis ſcriptiſque id unum adniti comperiantur, ut religionis fundamenta aut convellant, aut ludibrio ſui ſimilium, ſummo conatu, exponant. Sic, ut alios omittam, repertus nuper apud Anglos noſtros, qui immortalitatem animarum, totamque adeo religionem Chriſtianam, nefario volumine, dum fingit ſe morti non obnoxium in coelum translatum iri, ſcommatis perpetuis ab ovo ut aiunt uſque ad mala, rideret: homo in Hibernia primum, deinde &

in Anglia tandem notatus. Sed his miſſis, quae dolor extorſit, ad Lucianum iam redeamus. Damidis adverſus providentiam argumentorum tota vis in eo eſt, quod in rebus humanis bonis ut plurimum male eſt, malis bene. Quae enim alia affert argumenta, aut nos Chriſtianos non tangunt, aut parvi admodum momenti ſunt. Id autem quale ſit expenſurus, quam inepti iudices bonorum malorumque ſimus nos homunciones, quod Chriſtianus poteram, non iam regeram. At ut facilis dem, bonos eſſe, in quibus honeſtatis aliqua ſpecies eſt; ita *bonis male eſſe*, ſi rem rite putemus, nequaquam, plurimis de cauſis, iiſque graviſſimis, conceſſerim. Neque enim *iis male eſſe* continuo cenſendum eſt, quibus opes, facultates, fortunaeque quam ampliſſimae non obtigerint: cum ut plurimum invidiae, maliſque artibus omnis generis, minus pateant, qui in medio poſiti, nihil, ob quod peritantur, habent. Tutiores itaque, quae felicitatis non infima ſors eſt; nec a fortunae telis tantum, ſed & a voluptatum ambitioniſque illecebris, a quibus ſaepe capti opulentiores, in tragicos fere, certe foediſſimos exitus, praecipites ruunt .... Sed quid ego haec nunc exſequor, Luciano ipſi toties & obſervata recte & demonſtrata? Quia tamen aliter hic quibuſdam ſentire forſan videbitur, & quorum alibi vanitatem arguerat, ea nunc *bona* ducere; rationem providentiae, bonis haec aliquando non tribuentis, ultra quam ipſe vidit, pervideamus. Ut ergo pueris non omnem ludendi veniam, qui ſapiunt faventque haud ſtulte, parentes concedunt; ſed eam ſolum, quae cum honeſtate, corporiſque & animi liberali profectu coniuncta eſt: ita & bonis, quos vere pueros educat eruditque, Deum Opt. Max. cum conſulit, non gratiſſima ſemper, ſed optima & ad virtutem accommodatiſſima, dare decet. Unde iam ſatis liquet, *ei non* ſtatim *male eſſe*, cui ad voluptates aliaſve cupiditates non ſuppetunt ampliſſimae copiae ac facultates. At, inquiunt Damidis ſimiles, non deſunt tantum bonis bona, ſed adſunt mala, inopia, contemtus, iniuriae, mors ipſa quandoque, & cruciatus. Adſunt aliquando, fateor, quae narras: ſed an mala ſint, vide, quae fortiter ferendo vix ipſis tuis ſapientibus mala viſa ſunt; nedum nobis Chriſtianis, quibus horum omnium ratio ex revelatione penitius perſpecta eſt. Hiſce enim virtutem patientiamque ſuorum ingenerat, firmat, & ad ſummum tandem perducit gradum; ut cum fortiter, luctati cum his, decertaverint, immortalitate tandem, qua continetur felicitas omnis, donet. Non ergo cum Solone tuo exitum hominis

ex hac vita ſolum exſpectes, ut de beatitudine eius pronunties; ſed, quid hanc vitam ſequatur, reſpice, & in rationes refer, quicunque de providentia iudicaturus accedis; ne ſtulti aut pravi ratiocinatoris culpam ſubeas, levia & minuta putantis, ſummam rei & caput omittentis. Malis autem cum bene eſt, pateſcit Dei cum benignitas, tum patientia, quae, ut reſipiſcant, invitat, dum poenitentiae locus eſt, imminenteſque quamvis feras, certas tamen, ſcelerum poenas effugiant. Senecae locum unicum & Lactantii alterum hic locum adducam, qui ſane in eam rem legi & perpendi ſerio merentur. Qui rem pertractatam videre volent, Sherlockii De Providentia librum adeant, qui Anglico idiomate conſcriptus, Gallice etiam nuper verſus in omnium manibus verſari meretur. Senec. de Div. Prov. Non vides, quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? Illi exercitari iubent liberos ad ſtudia obeunda mature: feriatis quoque diebus non patiuntur eſſe otioſos: & ſudorem illis & interdum lacrimas excutiunt. Lactantius V, 22: Si quis autem volet ſcire plenius, cur malos & iniuſtos Deus potentes, beatos, & divites fieri ſinat; pios contra humiles, miſeros, inopes eſſe patiatur: ſumat eum Senecae librum, cui titulus eſt, *Quare bonis viris multa mala accidant, cum ſit providentia*, in quo ille multa non plane imperitia ſeculari, ſed ſapienter, ac paene divinitus elocutus eſt &c. SOLAN.

ead. l. 4. Ἐπαυτλεῖ) Vid. infra not. Ienſii ad Mort. Peregr. c. 5 m. qui ἐπαυτλεῖν (λόγους) exemplis probat atque illuſtrat. REITZ.

ead. l. 6. Δὴ) Ox. ἤδη. Sed nondum a me impetrare valeo, ut illud δὴ repudiem, quod toties ſic eleganter uſurpari ab hoc noſtro & ab aliis optimis ſcriptoribus video. SOLAN.

Pag. 285. *l.* 12. Τυμβωρύχε) Deſerui ſcripturam editionum principum ſecundam corripientium. Nam longa eſt etiam apud alios, & Ariſtoph. Ran. 1180, Οὕτω γ' ἂν εἴη πρὸς πατρὸς τυμβωρύχος. REITZ.

ead. l. 15. Καὶ ὡς) Ox. & *Fl.* ed. In reliquis ὡς καὶ, prave; niſi quod *B.* 2. ὡς καὶ fecit, minus apte. SOLAN.

Pag. 286. *l.* 2. Πληγὰς λαβών) Crebro utitur hac phraſi Noſter, quam cum Belgiciſmo Graeco comparat frater conſultiſſ. G. O. Reitz. in Belg. Graeciſſ. pag. 495. Conf. Somn. cap. 2. REITZ.

ead. l. 3. Ἀποθραύσω) Etſi ſupra c. 43 f. ἐπισφάττεις non plane ſignif. mactas, iugulas, tamen pro *occidis* valet. Qui au-

tem hic ἀποσφάττειν, quod Graev. illic, vel ad c. 22 monet, hic ex Cod. esse recipiendum, locum habere queat, nondum video: nam ut recte per iocum procedit oratio, *ne fugito, antequam verbera tuleris*; ita nimis ridiculum videtur, addere, *mane, donec te occidero, deinde fugies*. Nisi & hunc risum ex ἀδυνάτῳ captare voluerit Lucianus: quod si constet, lubens receperim ἀποσφάττω. Fuit tamen, cum in oppido nobis vicino maleficus iudicum sententia ad patibulum damnaretur, simulque in exsilium mitteretur; quales facetas sententias collegit ac forsan in lucem emittet ampliss. van Bynkershoek. Hoc si serio aliquando factum, quidni eadem per iocum imitari liceat? Verum cum facilioris intellectus verbum habeant edd. omnes, non audeo ab iis discedere. Alia res foret, si omnes Codd. consentire constaret. Recipiat tamen ἀποσφάττειν, cui lubet. Interim, *commixuam tibi caput*, fere eodem redit. REITZ.

ead. l. 4. Ἄπεισιν) Etsi *abit*, *discedit*, recte se hic habet; tamen dixerit quis, ἀποτρέχει maiorem hic vim habere, quia fugere iussus est. Sed cum ridens discedat, patet eum alterius minas pro ioco accepisse, & contemsisse; unde consequitur, vulgatum ἄπεισιν melius, & ἀποτρέχει glossam eius esse. REITZ.

ead. l. 8. Κωμικὸς) Menander, teste Plut. II. εὐθυμ. 844, 2, & 1064, 1. V. Stob. γνωμ. pag. 315, & Grot. Flor. 457, (f. Stob. Flor. CVIII) ubi μηδὲν pro Nostri οὐδέν. In nupera frag. Men. editione adduntur his Menandri verbis alia, quae Plutarchi sunt, non Menandri. V. p. 252, & Em, p. 93. SOLAN.

ead. l. 11. Εἰσιν) Fere adducor, ut credam potiorem esse *Fl.* lectionem, quae εἰσιν omittit, quod quis, ellipsin supplere volens, addiderit. REITZ.

ead. l. 14. Δαρείου) Vide Herodot. III. SOLAN.

ead. l. 15. Ζωπύρου) Vid. Herodot. fin. lib. III. REITZ.

IN SOMNIUM SEU GALLUM.

Pag. 288. *l.* 3. Ὦ κάκιστε ἀλεκτρυών, ὁ Ζεὺς αὐτὸς ἐπιτρέψειε) Alciphr. III, Ep. 10, eadem fere habet, quae Ep. sic incipit: Ἐπιτρέψειε, καὶ κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο ὁ κάκιστος ἀλεκτρυὼν καὶ μιαρώτατος, ὅς με, ἡδὺ ὄνειρον θεώμενον, ἀναβοήσας, ἐξήγειρεν. ἐδώκουν γὰρ — λαμπρός τις εἶναι, καὶ βυθύπλουτος &c. Ad quae quid notarit Bergler. adscribere hic non dubito: *Haec epistola, & Luciani Somnium sive Gallus initio,*

adeo inter ſe conveniunt, ſicut & alia quaedam, partim iam notata, partim notanda, ut vel ambo ex iiſdem fontibus ſua hauſerint: vel, quod potius credo, alter ab altero: & forte Lucianus a Noſtro: ac ferme iam credo, Lucianum Ἀκκιφρονίζειν, non Alciphronem Λουκιανίζειν. Magis autem omnia dilatantur apud Lucianum. REITZ.

ead. l. 6. Διάτορον) *Perçant.* GUYET. Διάτορόν τι καὶ γεγωνὸς) Hoc loco uti poterat Iac. Gronovius ad defendendum Aelianum V. H. 2, 44, ab importuna correctione Perizonii; ubi eadem verba occurrunt, διάτορόν τε καὶ γεγωνὸς ὅτι μάλιστα. Sed ipſe agnovit errorem ſuum Perizonius, & uſum verbi declaravit ex Ariſtot. Probl. 11, 24, διὰ τί ὅταν ἀχυρωθῶσιν αἱ ὀρχῆστραι, ἧττον οἱ χορεὶ γεγάασιν. Vid. Diſſ. de morte Iudae cap. 10, p. 76. Nec diſſimulavit nuperus editor, Abr. Gronovius. GESN. Adſcripſeram & ego nonnihil de loco Aeliani 2, 44. Sed videns, Geſnerum idem agere, mea exſulare iuſſi. Hoc tamen addam, male in ed. Aeliani Perizoniana editum γεγονὸς media brevi, cum Kubniana rectius γεγωνὸς dederit. Nam γεγονὸς eſt *natus*; γεγωνὸς, *quod aures ferit.* Et ſic Alciphr. III, Ep. 48, τορῷ τινι καὶ γεγωνοτέρῳ φωνήματι χρησάμενος (ſic enim, pro φρονήματι, cum Bergl. legendum) ad quae verba Bergler. haec Luciani aeque ac Aeliani afferre haud neglexit. Adde Homer. Il. Θ, 227, Ἤυσεν δὲ διατρύσιον, Δαναοῖσι γεγωνὸς, *vociferatus autem eſt intenſe, Danaos inclamans.* Ne plura ap. eund. obvia accumulem. REITZ.

Pag. 289. *l.* 3. Εὐθύς σε) Recte hic edd. εὐθὺς, etſi σ ſequitur; nam ita ſcribendum, quando tempus ſignificatur, εὐθὺ vero, quando locus, monent Phrynichus & Ammonius, non prorſus immerito: licet enim exempla non deſint, ubi confundantur εὐθὺ & εὐθὺς, ut ſupra Amor. c. 53, οὐκ εὐθὺ περίεργον, *non ſtatim nimis curioſum illud*: ibid. c. 8, εὐθὺ γάρ μου — προσερρύησαν, *ſtatim ad me — confluebant*: item c. 42, εὐθὺ τὰ μακρὰ λούτρα &c. tamen ibi fretus Luciani edd. aliiſque exemplis, quae notata habebam, per feſtinationem autem addere non poteram, nimis generaliter dixi, nihil differentiae eſſe inter haec. Ideo deinde, ubi denuo confuſa invenero, hoc diſputabo accuratius, & exempla complura ſubiungam, ubi diſtinguatur, ubi confundatur. REITZ. Pro εὐθὺς cl. Bel. de Ball. ex Mſ. Reg. 3011. reponi iubet ἀμέλει, propter vicinum nimis alterum εὐθὺς, paucis interiectis antecedens. Sed condonanda forte iſta repetitio indignationi Micylli. Admodum tamen blanditur etiam nobis illud ἀμέλει.

ibid. Συντρίβων τῇ βακτηρίᾳ) Celeb. D'Ablancourt haec

Gallice reddens, *je lui tordrai le col*, ait, hanc locutionem convenientiorem esse, quam qua Lucianus utitur. Non male. REITZ.

ead. l. 4. Νῦν γάρ μοι) Potiorem Florentinae lectionem arbitror, quae δὲ hic habet; idque quia iam proxime praecessit γάρ. Sed quia non magni hic interest, vulgatam non muto. Facile quidem propter scribendi compendium aberratur in his particulis, quae hinc saepe confunduntur; vid. Alex. c. 44 & 46, ubi δὲ fere pro γὰρ, & Amor. c. 38, ubi contra γὰρ pro δέ. Conf. & Hermot. cap. 29 f. Quo ipso discrimen maximum has inter coniunctiones non tollo, sed esse aio, ubi utraque sensui satisfaciat: aeque enim dixeris, non iam puniam te, *nam cras* potius id fiet; quam, non iam puniam te, *sed cras*, vel *cras vero*, potius id fiet. Conf. Stephan. ad Scholiast. Thucyd. pag. 602, N°. 11, ubi Scholiastae adversatur, δὲ pro γὰρ positum dicenti. Verum vid. eund. p. 611, ubi assentitur eidem Scholiastae, δὲ ἀντὶ τοῦ γὰρ usurpatum affirmanti. Sunt autem Thucydidis verba L. I, c. 77 m. Ἐκεῖνος δὲ οὐδ' ἂν αὐτοὶ ἀντέλεγον, *illo enim modo ne ipsi quidem contra nos dicere potuissent.* Iterum ibid. c. 102, ubi rursus Schol. τὸ δὲ ἀντὶ τοῦ γὰρ observat, ac bis, ter, alibi. REITZ.

ibid. Μοι πράγματα παρέξεις) Casaub. ad Suet. Sic p. 811. (i. e. de Luct. c. 16.) BOURD.

ead. l. 5. Μεταπιδῶν) Sic P. & L. melius, quam ut est in reliquis ἀναπιδῶν. SOLAN.

ead. l. 7. Ὁπόσον ἂν δυναίμην) Omissum in edd. ἂν inferuimus ex Mss. Regg. 2955 & 3011.

ead. l. 8. Ἦν γοῦν πρὶν) In Gallo, ἦν γοῦν πρὶν ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον μίαν κρηπῖδα ἐργάσαιο. Mf. ἦν γοῦν πρὶν ἀνίσχειν τὸν ἥλιον μίαν κρηπῖδα ἐργάσαιο. Leg. ἀνίσχειν. Sed perinde est, sive sequaris editos, sive Mf. Sic & inferius idem Codex pag. 160, ὁπότε ἀνίσχοι ὁ ἥλιος, pro φαίνοι. GRAEV.

ead. l. 9. Ἐργάσαιο, προσοδοῦ ἕσῃ τοῦτο ἐς τὰ ἄλφιτα) Aliter in Flor. Cod. ἐργ. ἵν' ἐσθίῃς τὰ ἄλφιτα. BOURD. Malim πρὸ ὁδοῦ. Sed servavi scripturam edd. Non deerunt, qui προσόδου malint; neque iis adversarer: nam id *vectigal* signif. ap. Diod. Sic. L. 2, c. 48, ἐκ βαλσάμου πρόσοδον λαμπρὰν λαμβάνουσι. Immo quemvis quaestum, ut ap. Nostr. Somn. c. 9, εὐτελὴς δὲ τὴν πρόσοδον ante lectum, iam vero πρόοδον ibi editum alias ob causas. Interim significatus τοῦ προσόδου satis notus est aliunde. Vid. Asin. c. 50 pr. πρόσοδον εὗρεν ἐξ ἐμοῦ. Et Herodian. III, 1, 11, προσόδοις ταῖς ἀπὸ θαλάττης — ὠφελεῖτο.

Nam cum ſit conſtruendum, ἔσῃ πεπονηκὼς τοῦτο προσόδου, periphraſi participii ſatis uſitata, de qua egimus Dial. proximo; *quaeſtum, lucrum*, quem laborando quaerit ſutor, eſſe intelligendum, ſatis patet, & πρὸ ὁδοῦ, licet *operae pretium* vertas, prae altero languet. REITZ.

in Schol. col. 1. *l.* 5. Εἰς τὸ αὐτὸ) Incipit ſcil. novum in eundem locum Scholion. SOLAN.

ibid. l. 8. Ὃς Κριὸς) Ita fabulam de aureo vellere ſatis frigide ἐμυθολόγησεν Heraclitus de incredibilibus c. 24. CLER.

ibid. l. 13. Ἐφῶτε) Leg. ἐφοῖτα. REITZ. Weſſeling. melius ἐφ' ᾧ τε. IDEM *in Addend.*

ibid. col. 2. *l.* 5. Δύνῃ) Sic V. etiam, corrupte. Lege δυνήσῃ. SOLAN.

ibid. l. 21. Σύν τε δῦ') Ex Il. K, 224. SOLAN.

Pag. 290. *l.* 2. Ἀφωνότερος. — ἰχθύων). Ariſt. 2 de an. adimit omnibus piſcibus vocem, excepto ſcaphro & porco fluviatili. Veteres autem quemvis piſcem vocabant ἔλλοπα, quod vocem edere non poſſet. Unde Plut. in Symp. & Athen. exiſtimant, Pythagoricos a piſcibus abſtinuiſſe ob ἐχεμυθίαν. COG.

ead. l. 3. Ὄναρ πλουτῶν) Simile protulit Cic. in Salluſt. Paſtor quidam apud Theocr. in Ecl. IX: — — ἔχω δέ τοι ὅσσ' ἂν ὀνείρῳ Φαίνονται, πολλὰς μὲν ἴδις πολλὰς δὲ χιμαίρας. *Poſſideo, quaecunque ſolent ſub nocte videri. In ſomnis, vim magnam ovium, multaſque capellas.* COGN. Pro κατ' ὄναρ. Non ſemel habuimus T. I. Et ſatis notum eſt. REITZ.

ead. l. 5. Ζεῦ τεράστιε) Τεράστιος Ζεὺς Sophocl. in Oedip. Oed. Colon. Ζεῦ ἀλεξήτωρ τίς ποτ' ὁ πρεσβύς; Heſych. ait, Τερασκόπους Θεοὺς Deos eſſe ſignorum ac prodigiorum effectores. COGN.

ibid. Ἡράκλεις ἀλεξίκακε) Alciphr. III, Ep. 47 pr. Ἑρμῆ κερδῶε, καὶ ἀλεξίκακε Ἡράκλεις, ὑπεσάθην. Ubi Bergl. hoc primum eſſe Herculis epitheton ex Luciani h. l. Ariſtoph. Schol. & Apoll. Rhod. docet. REITZ.

ead. l. 14. Ἀχιλλέως ἵππος) Hom. Il. T, in fine. COGN. i. e. v. 404. SOLAN.

ibid. Ξάνθος) Iunone ſuggerente: αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη. LEED.

ibid. Μαχρὰ χαίρειν) Conf. ſupr. Iov. Conf. c. 32 f. Et infra c. 23. REITZ.

Pag. 291. *l.* 6. Ἀργοῦς) Dicitur fuiſſe prima navis, in qua Iaſon cum 54 heroibus Theſſalis navigavit Colchos ad rapiendum vellus aureum, dicta ab eiuſdem nominis artifice;

alii ab ἄργον, quod eſt velox. Facta eſt ex arboribus Dodonae ſilvae Epiri Iovi ſacrae, quibus olim oracula reddebantur: unde poëtae finxerunt, hanc navem fuiſſe vocalem. Apoll. L. IV Argon. COGN.

ead. l. 7. Φηγὸς) Vocalis haec arbor nonnunquam δρῦς vocatur, nonnunquam φηγός. Nec id mirum: ſpecies enim τῆς δρυὸς ἡ φηγός, ſi Pauſaniae credamus. Sic enim ille in Arcad. Ἀρκάδων δ' ἐν τοῖς δρυμοῖς εἰσιν αἱ δρῦς διάφοροι, καὶ τὰς μὲν πλατυφύλλους αὐτῶν, τὰς δὲ φηγοὺς καλοῦσι. Sophocles etiam *ſagum* appellat, Trach. 175; verſu autem 1175, δρῦν. LEED.

ibid. Αὐτόφωνος) Quid hoc ſit, & quando oracula dici coeperint αὐτόφωνα, ex Noſtro diſcas Ἀλεξ. cap. 26: vix enim apud alium invenies. SOLAN.

ead. l. 8. Εἰ βύρσας εἶδες ἐρπούσας &c.) Nihil ad hunc locum Gilb. Cognatus commentatur, qui tamen de Argus navis carina & Dodonae quercu ſatis multa, quae tamen omnibus nota ſunt. Non venit illi in mentem locus Homeri, ad quem hoc loco alluſit Lucianus, Odyſſ. M: Τοῖσιν δ' αὐτίκ' ἔπειτα θεοὶ τέρατα προὔφαινον, Εἶπον μὲν βόες, κρέα δ' ἀμφ' ὀβελοῖς ἐμε-μύκει, Ὀπταλέα τε καὶ ὠμά. βοῶν δ' ὡς γίνετο φωνή. Id portentum nempe factum eſt, quando Ulyſſis ſocii fame coacti ſolis boves mactavere. PALM. Homer. Od. M, 395. SOLAN.

ead. l. 13. Ἐχεμυθήσειν) Alciphr. III, p. 406, τὴν ἐχεμυθίαν ὑποσημαίνων, *ſilentium* Pythagoricum *ſubindicans*. Notter Lexiphan. c. 9. REITZ.

Pag. 292. *l.* 10. Παραδοξότατόν σοι λόγον ὅτι λέγω) In Flor. Cod. deeſt λόγον. Sed ſimilibus originationibus gaudere Lucianum ſupra monui. BOURD. Vid. de his cognatorum verborum additionibus Ienſ. ad Iov. Conf. ubi πομπὰς πέμπειν, & ſexcenta ſimilia. Quare & hic λόγον ante λέγω non ejicio cum *Fl.* REITZ.

Pag. 293. *l.* 13. Μεμηχάνητο) Correxerat Solan. ἐμεμηχ. Sed nihil opus eſſe augmento addito, ſaltem in his temporibus, plus ſatis inculcatum ad Alex. c. 22, pro Imag. c. 3 & 19, & 1 Ver. Hiſt. c. 13, ubi exemplorum dedi affatim; quae ſi non ſufficiant, adde Weſſel. ad Diod. Sic. L. 2, cap. 8, N°. 63, qui duodecim etiam teſtimonia neglecti augmenti afferens, ad Iungerman. ac Dukerum remittit. Quomodo Cod. L. hic habeat, non ſatis aſſequor ex annotatione eiuſdem Solani, in inferiore marg. *Iuntinae* ſic adſcripta: ἐμεμ— L. ἐπεποίητο. Nam praeter conſuetudinem ſic iam literam Codicis inter duo verba inſerit. Interim, eum omnino voluiſſe ἐμεμηχάνη-

το legi, certum eſt, quod praeterea ἐ ipſi etiam textui appoſuerit. Coniicio tamen, in L. prius verbum cum augmento fuiſſe ſcriptum, eiuſque gloſſam ἐπεποίητο vel margini eiuſdem adpictam, vel ipſi quoque contextui infartam. REITZ.

ibid. Ἀφεθέντα δὲ, ὡς ἀφείθη, τὸν Ἄρην ἀγαναπῆσαι κατὰ τοῦ Ἀλεκτρυόνος) Mirum, ni illud ὡς ἀφείθη ſit gloſſema τοῦ ἀφεθέντα. Ego certe ita exiſtimem. Narrat Micyllus fabulam Galli, eum in coelo cum reliquis Deis viventem, Martis praecipue ſtudioſum fuiſſe; in cuius gratiam cum vigilias ageret, dum ille cum Venere concumberet, indicaturus, ſi vel Sol, vel alius quiſquam accederet, ſomno fuiſſe oppreſſum, atque ita concumbentes illos a Sole fuiſſe Vulcano proditos. Tum vero Martem, ubi vinculis eſſet ſolutus, quibus a Vulcano cum Venere eſſet comprehenſus, prae indignatione mutaſſe Gallum in avem. IENS. Ὡς ἀφείθη) Tam manifeſta haec eſt explicatio praemiſſi participii ἀφεθέντα, ut vix mihi temperarim, quin contra edd. omnes eieciſſem. Sed ne temerarius videar, uncis ut ſuſpectum ſecluſi. REITZ.

ead. l. 14. Τὸν Ἄρην) Utrovis more dici Ἄρην & Ἄρη, ex Grammaticis notum. Vid. infra Δημοσθένην & Δημοσθένη, ad Demoſth. Encom. cap. 2 & 9. Ideoque a vulgata non receſſi. REITZ.

Pag. 294. *l.* 8. Πυθαγόραν Μνησ.) Addidit ed. *P.* Μνησαρχίδην Σάμιον, quod etiam in P. invenitur. Quod ideo genuinum exiſtimo, quia mox a Micyllo Μνησάρχου παῖς vocatur. In eodem Codice pro οἶσθα ἄρα, legitur ἀκούεις τινὰ Π. SOLAN.

ibid. Μνησαρχίδην Σάμιον) Samii Mneſarchi annulorum ſculptoris, de quo Laërt. COGN.

ead. l. 10. Ὃς ἐνομοθέτει) De diſciplina Pythagorica Gell. L. I, c. 9; L. IV, 11. Ovid. XV Metam. COGN.

ead. l. 11. Μήτε κρεῶν γεύεσθαι) Senec. Ep. 19. COGN. Ariſtoxenus apud Laërtium p. 219 A. ait, eum πάντα τὰ ἄλλα συγχωρεῖν ἐσθίειν ἔμψυχα, μόνων δὲ αὐτὸν ἀπέχεσθαι ἀρατήρος βοὸς, καὶ κριοῦ· a quibus, niſi cui abſunt alia, quis non abſtinet? LEED.

ead. l. 12. Γοῦν — ἀποφαίνων) Non agnoſcit ἄπονον *Fl.* ed. quod reliqui omnes impr. ante ἀποφαίνων habent. SOLAN.

ibid. Ἐκτράπεζον ἄπονον) Legendum videtur ἄπονον ἐκτράπεζον. GUYET. Si καὶ additum uſquam inveniſſem, tranſpoſitionem Geſneri etiam in textum recepiſſem. Iam vero & aliquid addere, & tranſponere ſimul, non ſum auſus; ſed ſatis

habui lectionem *Fl.* revocare, ſenſum optimum exhibentis. Interpres Pariſinae, intellectui conſulturus, ἄπονον reddiderat *ſalubre & parabile.* REITZ.

ibid. Ἄπονον ἀποφαίνων) Diu aeſtuavi, quid ſibi vellet hic τὸ ἄπονον, quod eo, quo ſpectatur, loco prorſus non convenit; donec tandem ex ed. Florentina, quae hac voce omnino caret, didici, eam abeſſe debere ab hoc loco, & haud dubie ab ſomniantibus vel typothetis vel librariis inculcatam; quod propter affinitatem priorum ſyllabarum in ἀποφαίνων facile potuit contingere. Ut meam tibi mentem candide aperiam, lector, opinatus eram ego, pro ἄπονον legendum eſſe ἀπόῤῥητον. Ἀπόῤῥητα ſcilicet ea ſunt, quae religionis cauſa dici, vel fieri ſunt vetita. Sic pag. ſeq. eoſdem hos κυάμους, ſi edantur ab ave, vocat Gallus οὐκ ἀπόῤῥητον τροφήν. Sic οὐρανὸς apud Noſtrum de Sacrificiis c. 9 f. dicitur ἄβατος καὶ ἀπόῤῥητος τῷ ξυντῶν γένει. Nimirum vox ἀπόῤῥητος propria fuit de iis ſacris, quae erant μυστικὰ, & vulgo enuntiari vetita. Sic τέλεται ἀπόῤῥητοι apud Noſtrum in Amoribus c. 42, & ἐξαγορεύειν ἀπόῤῥητα dicebantur, qui ſacra Eleuſinia enuntiabant. Vide Noſtrum in Reviv. c. 33. Sed, ut ante dixi, non liquet, vel ipſum ἄπονον, vel pro eo quodcunque aliud ab Luciano profectum eſſe: quare furcillis exigatur ea vox. IENS. Duas habeo de hoc loco coniecturas: unam, ut ἄπονον tranſponamus, & adiiciamus copulam, hoc modo, ἥδιστον ἐμοὶ γοῦν ὄλον καὶ ἄπονον, eo ſenſu, quem in interpretatione poſui. Ἄπονον certe hoc ſignificare poſſe, nemo facile negaverit: verumne ſit? alia quaeſtio eſt: ſed ad noſtram rem ſatis eſt, modo futor ita putaverit. Certe alvum facile tranſire κύαμον, etiam illi non negant, qui flatulentum eſſe aiunt. Altera coniectura noſtra eſt, an forte legendum ſit ἄπωνον, qua ratione locum ſervare poſſet ſuum, & iungi cum ἐκτράπεζον. Nempe ἄπωνον ſignificare puto contrarium nominis εὔωνος· quemadmodum hoc denotat facile emtu, parabile, vile; ita ἄπωνον fuerit, quod non proſtat venale, nec proinde emi facile poteſt. Sed coniectura utraque eſt: qua melius quid afferri opto. GESN.

ead. l. 15. Εὔφορβος) Nobilis Troianus, Iliaco in bello a Menelao occiſus, cuius animam Pythagoras in ſe immigraſſe affirmabat. Ovid. L. XV Metam. COGN. Non ſolus hoc Lucianus tradidit. Res eſt omnibus ex Ovidio aliiſque nota. SOLAN.

in Schol. col. l. 1. Καί τι) Corrupta haec. Lege ὅτε pro καί τι. SOLAN. Καί τοι rectius legit I. I. Wetſtenius. REITZ.

Pag. 295. *l.* 3. Ἐκεῖνος αὐτὸς) Paraphrasis est huius versus: Ἐκεῖνος· οὗτος εἰμί· λοιδορεῖ δέ μοί. BOURD.

ead. l. 6. Τοῦτ' αὖ μακρῷ ἐκείνου τερατ.) In Flor. Cod. ταῦτα μ. ἐ. τερατωδέστερα. BOURD.

ead. l. 7. Μνησάρχου παῖ) Herodot. IV, 159 f. & supra initio huius capitis. SOLAN.

ead. l. 9. Ταναγραῖος) A Tanagra Boeotiae mediterraneae urbe, de qua Ptolem. L. III, c. 5, Plin. L. X, cap. 2. COGN. Varro de R. R. III, 9, & Colum. VIII, 2. LEED. Vide Plinium X, 21, de gallis Tanagraeis, quos fortissimos fuisse ait. Et adde, quae Noster habet de certaminibus gallorum apud Athenienses Γυμν. cap. 37. SOLAN. Nimirum *Tanagram galli patriam* suam non minus ac *Rhodum nobilitarunt.* Plin. X, 21, 24. Add. Colum. VIII, 2, 4 & 13. GESN.

Pag. 296. *l.* 1. Ἧκον) Quod Solanus ἦκα coniecerit, eius rei causam aliam non video, quam euphoniam. REITZ.

ead. l. 3. Ἄλλῳ) Antea legebatur ἄλλο. Mutavit *Par.* merito, sed sola. SOLAN. Servavi quidem Parisinae ed. lectionem, & Solano monenti parui; licet suspicer & eius editorem tamen ἄλλο legisse, cum in versione dederit, *cum aliud quiddam sit.* Credoque, eum id inter corrigenda typographorum specimina ex arbitrio mutasse, quod sic melius cum dativis proximis conveniat: eademque ratio me movit, ut meliora sequerer; alioqui vulgata facile defendi posset. REITZ.

ibid. Ἢ Πυθαγόρα) Ἢ Πυθαγόρα ὅτι παραινεμπέναι καὶ τὸ ἴσον ἀσεβικέναι κυάμους φαγόντα, ὡς ἂν εἰ τὴν κεφαλὴν τοῦ πατρὸς ἐδηδόκεις. *Aut si Pythagoras, peccasse, & aeque impium fuisse, si fabas edisti, ac si patris caput comedisses.* Nimirum, quia Pythagorei a fabis abstinebant, quod illorum magister eas parentum capitibus esse similes docebat. Superius in dialogo Menippi & Aeaci, cum Menippus dixisset, in pera sua non nisi fabas esse, quas nolit edere Pythagoras, respondet hic: Δὸς μάγον, ἀλλα παρὰ νεκροῖς δόγματα· ἔμαθον γάρ, ὡς οὐδὲν ἴσον κύαμοι, καὶ κεφαλαὶ τοκήων ἐνθάδε. *Da modo. Apud inferos aliae sunt opiniones. Didici enim, hic fabas & caput parentum nihil habere similitudinis.* Ubi nescio, cur interpretes vertant κεφαλαὶ *testiculos*: quamvis non ignorem, alios hanc quoque tradere causam, cur Pythagoras fabis abstinuerit, quia virides fabae similes sint ἀνδρείοις μορίοις, ut loquitur Lucianus in *βίων πράσει.* Sed de capite parentis Clem. Alexand. 3 Strom. Οὐδὲ μὴν ὅτι ἀνθρώπου κεφαλῇ ἀπείκασται κύαμος κατὰ τὸ ἐπίκλινον, Ἴσον τοι κυάμους τρώγων, κεφαλάς τε το-

κύων. Fabas, inquit, prohibuiſſe Pythagoram, quod ſit legumen flatus excitans, *non quod parentis capiti ſit ſimile, ut velit ille verſus, Idem eſt, fabas atque caput patris edere.* GRAEV.

ead. l. 4. Φαγόντα) Scribere debuit φαγόντι. Sed innumera ſunt, quae huius farinae admiſit. SOLAN. Paulo inclementius Solanus pronuntiat; quaſi per errorem ita ſcripſerit Noſter, pro φαγόντι. Immo cum dativo abſurdus ſenſus erit, *qui fabas edit, fabas edenti ſimilis eſt;* & dativus quidem convenit cum praemiſſis, accuſativus vero ad infinitivum ἠσεβηκέναι reſpicit, pro ὡς φαγὼν ἠσέβηκας. Et ſi innumera talia inveniuntur, & quidem quorum ratio conſtructioque ſatis appareat, id linguae genio proprium eſſe ſtatuendum potius, quam pro incuria habendum. Alia res foret, ſi nihil convenientiae inveniremus. Exempla quaedam alia videbimus infra hoc Dial. c. 26, ubi ſimiliter praecedente dativo ſequitur accuſat. cum infin. κίνδυνος, ἐμοὶ μὲν — ἁμάξαι ἐντεμόντα. REITZ.

ead. l. 5. Κεφαλὴν) Vide N. Δ. XX, Clem. Alex. Strom. III, Ovid. Met. XV, v. 2, A. Gell. XI, 4. LEED.

ead. l. 11. Ἐν ὅσοις — ἐβιότευσα βίοις) Βίος generaliter de vitae genere victuſque quaerendi ratione etiam Alciphr. I, 29, p. 120, χρηστοτέρῳ γὰρ ἤθει κέχρησαι τοῦ βίου, *probioribus enim moribus, quam pro iſto* (ſcil. meretricio) *vitae genere, uteris.* Plura ibi ſimilia affert Bergler. Alias ὁ βίος etiam *homines* vertendum, vid. apud Noſtrum Amor. 20 & cap. 33, & Tim. § 25 &c. De uſitata autem repetitione verbi cognati ſatis dictum alibi, ut ad Alex. c. 32. Et paulo ante Iov. Trag. c. 22. Sed haec adeo ſunt frequentia, ut poſtea ſilentio praeterire ſit animus, niſi qua obiter eodem lectorem ablegare neceſſitas cogat. REITZ.

Pag. 297. *l.* 8. Ἀμεννὴν) Homer. Od. K, 521 &c. SOLAN. Ibi legimus — ἀμεννὰ κάρηνα, *imbecilla capita.* Adde Odyſſ. T, 560, — ἀμεννῶν εἰσιν ὀνείρων. Ac ſaepe alibi. REITZ.

ead. l. 15. Γάργαλον) Adſcripſerat Noſter, *V. Th. M.* Eius autem verba in ΓΑΡΓΑΛΙΣΜΟΣ ſunt: Γαργαλισμὸς μὲν εἶπεν, γάργαλος δέ. Λουκιανὸς ἐν τῷ Μίκυλλος, ἢ ἀλεκτρυών· τοιοῦτον γάργαλον παρείχετό μοι τὰ ὁρώμενα. REITZ.

Pag. 298. *l.* 1. Ἡράκλεις, δεινόν τινα φὴς τὸν ἔρωτα τοῦ ἐνυπνίου, εἴγε πτηνὸς ὤν &c.) Pater voci octavae adſcripſit ὀνείρου, cum manifeſtiſſime appareat ex ſequentibus, auctorem ſcripſiſſe, vel in animo habuiſſe ſcribere maſculino genere; nec tamen ſequentia talia ſunt, ut ad τὸν ἔρωτα referri poſſint, ſed debeant ad ipſum ὄνειρον. Equidem hic locus ſimilli-

mus eſt Livianis illis XXVII, 27: *L. Caelius triplicem rei geſtae ordinem edit: unam traditam fama, alteram ſcriptam, tertiam quam ipſe pro inquiſita ac ſibi comperta affert.* Ubi poſſem ſuſpicari, τὸ *ordinem* veniſſe ex permutatis & contractis literis pro *rationem.* Sed ſimile exſtare video in Varrone lib. 1 R.-R. c. 12: *Sin cogare ſecundum flumen aedificare, cavendum, ne adverſum eum ponas,* quaſi putaſſet ſe ſcripſiſſe *fluvium* vel *amnem.* Item in Vitruvii praefatione libri VII: *Itaque quoniam ſexto volumine privatorum aedificiorum rationes perſcripſi, in hoc, qui ſeptimum tenet numerum, de expolitionibus exponam.* Ceterum ſequentia verba καὶ ὅρον ἔχων τῆς πτήσεως τὸν ὕπνον imprudenter & inepte vertunt, *metaſque volandi praeſcriptas habeat ſomnium.* Ita apud interpretes inſomnium habet metas volandi ſomnium; quae quis intelligit? Lucianus de ipſo ſomno id dicit, & poſſe tamdiu circumvolare ſomnium, donec duret ſomnus, recte & elegantiſſime ſtatuit. GRON. Ἐνυπνίου) Quis dixerit, ſtudione an parum attenta mente ſic dederit Lucianus? At quia enallagae huiuſcemodi ſunt frequentes, de quibus ſupra non ſemel monuimus, etiam hic nihil ſine Codicum auctoritate mutaſſim. Conf. ad 2 Ver. Hiſt. c. 37, Tyran. c. 8, Imag. c. 9, aliaque, quae forſan ex Indice patebunt. Nec vitii poteſt eſſe ſuſpectum, propter verſum, hoc Theocriti Eid. XX, 31, Καὶ πᾶσαί με φιλεῦντι· τὰ δ' ἀστυκὰ μ' οὐκ ἐφίλασεν, *Omnes mulieres me amant; urbanae vero me non amant.* Ubi πᾶσαι refertur ad γυναῖκες verſu proximo praemiſſum: ἀστυκὰ vero eodem referendum, refertur ad intellectum κοράσια vel ſim. etſi earum nulla mentio facta. REITZ.

ead. l. 2. Εἴγε πτηνὸς ὤν) Ὑποσόλοικον, ut etiam mox illa, μελιχρὸς οὕτω καὶ ἐναργὴς φαινόμενος &c. Neque dixeris, haec referri ad vocem ἔρωτα, diſconvenit enim. Plane quidem hoc Luciani feſtinantis, & de re ipſa magis, quam dictione, cogitantis παράρραμα. MARCIL. Πτερὸν ὄνειρον vocat Eurip. Phoeniſ. 1539, & iterum Iph. Taur. p. 416 C. Virg. etiam Aen. VI f. SOLAN.

ead. l. 3. Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα) Vid. Zenod. qui Phyllo Opuntio fines aſſignatos tranſgreſſo originem proverbii tribuit. Mercur. de Gymn. II, 11. (per plana loca contituatis ſaltibus ſaltabant . . . . terminum, quem attingere magnam, praeterire maximam laudem fuiſſe veriſimile eſt, τὰ ἐσκαμμένα vocatum.) Vide Plat. Κρατύλῳ, ed. Baſ. p. 58 B. SOLAN.

ead. l. 4. Ἐνδιατρίβει ἀνεωγόσι τοῖς ἀφθ.) Thom. Mag. haec eodem modo habet in ΑΝΕΩΓΕΝ. REITZ.

ead. l. 6. Τριτόβουτος) Habuimus etiam in Quom. Hiſt. cap. 31. Cur *Salm.* id hic mutaverit, neſcio, niſi quod operarum culpa accidiſſe arbitror. REITZ.

ead. l. 7. Ἕτοιμος λέγειν) Additamentum videtur. GUYET.

ibid. Τὸ μεμνῆσθαι, καὶ διεξιέναι τι) Praeeuntibus Mſſ. Regg. 2955. & 3011. eiecimus illud τι, quod male vulgo legebatur poſt μεμνῆσθαι. Non agnoſcit etiam *B.* 4.

ead. l. 11. Τὸ νῦν) Non tanti feci omiſſionem *Fl.* (quae c. 9 eod. modo ἄχρι pro τὸ ἄχρι habet) ut articulum abiicerem, qui adeſt in cett. & mox cap. 20 f. πλὴν τὸ νῦν &c. Nimis tritum eſt; adverbiis temporis aeque ac adiectivis adverbialiter poſitis ſic addi articulum, pro κατὰ τὸ νῦν, quam ut quis exempla deſideret; frequentius autem in πρὸς τὸ νῦν, μέχρι τοῦ νῦν, quam ſic abſolute. Recte tamen ſic dici τὸ νῦν, aeque ac τὸ παλαιὸν, olim, τὸ ἑωθινὸν, mane, & ſimil. quae ante vidimus, Iov. Trag. c. 15; facile colliges ex Diod. Sic. L. II, c. 1, τὸ τηνικαῦτα. Item L. I, cap. ult. v. 43. Vid. plura in not. Weſſel. Adde Act. Apoſt. IV, 29, καὶ τὰ νῦν Κύριε ἔτισδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν. Alciphr. III, p. 318 f. — μαλακῶς ἔχει τὰ νῦν. Theocr. Eid. I, 15, Οὐ θέμις — τὸ μεσαμβρινὸν — Συρίσδεν, non licet circa meridiem cantare. Τὸ τελευταῖον tandem, bis in c. 55, L. III Diod. Sic. Item τὸ πρωτοῦ ibidem & apud alios. REITZ.

ead. l. 12. Ἐλεφαντίνων πυλῶν) Somnia vana emitti per portam eburnam, vera per corneam, vid. etiam ap. Virgil. Homeri ſomnia imitantem. Aen. VI, 894: *Sunt geminae ſomni portae* &c. REITZ.

in Schol. col. 1. *l.* 3. Ὑπὲρ) Περὶ editum, correxit Solan. Et mox pro φαυλότερος ἐγένετο, dedit Φαῦλός τις, ex *Coll.* quod ſic quidem exhibui, quia rectius altero, nondum tamen accuratum; ſed vel Φαῦλος ſcribendum, vel cum Suida (quem ſequerer, quia ex eo plurima compilavit Scholiaſtes) Φάυλλος. REITZ. Cl. Weſſeling. monuit videndum Zenob. VI, 23, & ibi Schott. IDEM *in Addend.*

ibid. l. 6. ν' πόδας) Forſan κ' ſcribendum. Certe non ν'. SOLAN.

Pag. 299. *l.* 1. Πυθαγόρα) Atqui duas Hom. Od. T. Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσιν ὀνείρων. Virg. VI Aen. *Sunt geminae ſomni portae* &c. COGN.

ead. l. 2. Ὅμηρος) Od. T, 560. SOLAN.

ead. l. 10. Ἐκείνου) Τοῦ χρυσοῦ ſcil. GUYET.

ibid. Καὶ μέταλλα ὅλα χρυσίου κεκομίσθαι μοι δοκεῖν) In-

terpres: *& solidas auri venas mihi videris adduxisse.* Μέταλλα ὅλα χρύσεια, *totas auri fodinas*, aut *auraria metalla.* Metalla Latinis & Graecis scriptoribus sunt loca, unde metalla effodiuntur. Iustinus de Philippo VIII, 2: *Auraria in Thessalia, argenti metalla in Thracia occupat.* Sic *damnari ad metalla.* GRAEV.

ead. l. 11. Κεκοιμῆσθαι) Ita *Fl.* & L. nisi quod in hoc mendose scriptum est κεκοιμῆσθαι. Vide Ἰκαρ. c. 1 extremo. In reliquis κεκομίσθαι. SOLAN.

Pag. 300. *l.* 6. Ἄριστον μὲν ὕδωρ) Pind. Ol. 1, 1. SOLAN.

ead. l. 10. Ὥσπερ τοῦ τούμου) Ὥσπερ οὖν τούμόν. MARCIL. Recte quidem lectionem, quam invenit, malam, corrigit Marcil. Sed cum pro illo του iam γὰρ habeamus, mutatione nihil amplius opus erit. REITZ.

ead. l. 13. Εὐκράτης) Verum fuisse nomen, ob infanda, quae in ipso fine de eo narrantur, non arbitror. Vide tamen Φιλοψ. c. 5, ubi nomen idem occurrit. SOLAN.

ead. l. 14. Λουσάμενον) Vera hic observatur verbi medii potestas, i. e. *cum laverim me*; quam in hoc verbo praeclare ab activo distinguit Long. Past. I, p. 35 f. (p. vero 27 ed. Moll.) λούει τὸν Δάφνιν ἡ Χλόη — καὶ αὐτὴ ἐλούσατο τὸ σῶμα. Noster supra c. 3, ὑμᾶς ἀπολογουμένους τῷ Ἄρει. Quod & media & passiva forma potest exponi. Sed post Kusteri de verbis mediis laborem, plura de his addere nolim. Dabitur alias occasio ostendendi, in multis verbis promiscue usurpari medium, reciproca, & activa sive transitiva potestate. REITZ.

ibid. Ἥκειν ἐκέλευε τὴν ὥραν) Pro πρὸς vel κατὰ τὴν ὥραν, ut in Ev. Ioan. IV, 52, χθὲς ἑβδόμην ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός. Plura omitto sciens. Neque addam etiam ἐπὶ τὴν ὥραν dici, quod Gronov. demonstrat ad Arr. 2, 2, No. 10. REITZ.

Pag. 301. *l.* 4. Ἀθλητῇ) Sub Pythagorae ipsius persona: primum enim fuisse aiunt, qui πυγμῇ secundum artem Olympiae certavit & vicit Ol. XLVIII. Diog. Laërt. in Pyth. p. 225 E. & Aft. *ἀναγρ.* apud quos de hoc certamine plura. Eius victoriam ad Ol. LI refert Syncellus. Haec ex Loydio de Olympionicis &c. Consule de ea re R. Bentleii, & Henr. Dodwelli controversiam; illum dissertatione de Phalar. Epist. 52, hunc de aetate Pyth. p. 153. Prior de philosopho intelligit; posterior de alio. SOLAN.

ead. l. 8. Ὀμπρον ἀμβροσίην) Hom. Il. B, 56. SOLAN.

ead. l. 13. Προάγοντα) Κωλύει γὰρ οὐδὲν αὖθις σε δειπνεῖν, ὥσπερ ὄνειρόν τινα τοῦ δείπνου ἐκείνου προάγοντα, καὶ ἀναμιμνῃσκόμενον τῇ μνήμῃ τὰ βεβρωμένα. Latinus interpres: *Nihil*

enim prohibet, quo minus denuo coenes, ſi velut illius coenae ſomnium reducas, & quae tum ederis, rurſum commemoratione quaſi rumines. Προάγειν num eſt *reducere?* immo id eſt *educere, producere.* Non poteſt haec vox hic locum habere. Legendum, ut legitur in optimo Codice, *ἀναπλάττοντα, ſi veluti coenae illius ſomnium imagineris, animo concipias.* Nam ἀναπλάττειν eſt φαντάζεσθαι, *imaginari, animo deformare.* GRAEV.

Pag. 302. *l.* 6. Ἑστιῶ γενέθλια) Sic ἑστιᾶν γάμους, *epulas nuptiales celebrare*, Ariſtoph. Av. v. 131, & Ael. V. H. VIII, 7. pr. REITZ.

ead. l. 8. Μαλακῶς ἔχοντα) Phraſi eadem utitur Alciphr. III, Ep. 19, p. 318: Ὁ δὲ σύργαστρος μαλακῶς ἔχει τὰ νῦν, *ſubulcus vero iam aegrotat.* REITZ.

ead. l. 11. Προσκυνήσας) In Flor. Cod. deeſt προσκυνήσας. BOURD. Προσκυνήσας non agnoſcit *Fl.* ed. neque in P. exſtitiſſe veriſimile eſt, cum ſileat Collatio. Et ſane abſurdum videtur & contra Graecorum morem; niſi de Diis intelligamus, quod minime patiuntur verba Graeca. De Simone tamen infra cap. 14. dicit, ὑφ' ἁπάντων προσκυνούμενος, ſed in maius haud dubie rem extollens. SOLAN. Tria illa participia ἀκούσας, προσκυνήσας, εὐχόμενος, me non adeo offendunt, cum ſimilia dederim ad Tox. c. 2; quam verbum ipſum προσκυνήσας, de quo recte Solan. ſentit, id contra morem Graecorum eſſe, qui ne reges quidem adorare voluerint, ut notum ex hiſtoria Iſmeniae Thebani, ap. Ael. I, 21, qui Perſarum regem adorare nolens, ne in patrios mores peccaret, humi proiecit annulum. Poteſt tamen eodem modo rem exaggeraſſe, ut infra l. c. Sed & Liban. Ep. 78, ἐκείνοις δὲ παντάχοῦ προσκυνεῖν. Conf. not. Wolfii no. 11. Ita ut Lucianus etiam pro ſtilo ſui temporis hoc verbo uſus videri poſſit, non reſpiciens ad morem antiquum. REITZ. Verbum προσκυνεῖν hic me non offendit. Actum iam erat tempore huius ſcenae de illa libertate Graeca. Vid. Lucian. Nigrin. c. 21. GESN.

ead. l. 12. Ἠπίαλον) Vid. ad Scholiaſten notata. Adde eodem modo uſurpantem, non adeo pro horrore, qui febrem algidam antecedit, quam pro febre ipſa, quae eſt cum horrore perpetuo, Alciphr. III, pag. ult. καὶ ἠπιάλῳ συσχεθεὶς, εἰς τὴν ἕω ἀπέψυξε. Ubi vel adeo vehemens notatur febris, ut inde altero die exſtingueretur aeger. Vulgatum ἐπιάλῳ enim nihili eſſe, recte notat Bergler. l. c. REITZ.

ead. l. 13. Ἐφεδρος) Vid. Spanh. ad Ioſeph. Ant. XVI, c. 3, § 3, ubi Ioſephus ait: διὸ καὶ καθάπερ ἔφεδρόν τινα τὸν Ἀντί-

πατρον εἰσήγαγεν. Ad quae verba ille: *Appositè hic ἔφεδρος Antipater, quasi tertiarius in duorum fratrum vicem subsidiarius, iuxta Scholiast. ad Aiac. Soph. v. 618*: ἔφεδρος δὲ παρεσκευασμένος, ὅταν δύο τινὲς παλαίωσι, παλαίειν τῷ νικήσαντι. *Hinc Lucian. in Gallo &c. Vide plura, quae noto de hac voce ad Aeschyl. Choëph. v. 861*, μόνος ἦν ἔφεδρος Δίσσος μέλλει θεὸς Ὀρέστης. *Idem vero hic Zonaras pag. 245 B.* ὡς ἔφεδρόν τινα τὸν Ἀντίπατρον εἰσήγαγεν. *Infra ἀλωσ. L. 1, c. 42*, ὥσπερ ἐπιτείχισμα τοῖς υἱοῖς. Addo Aristoph. Ran. v. 804: — ἔμελλεν — Ἔφεδρος καθεδεῖσθαι κἂν μὲν Αἰσχύλος κρατῇ, Ἕξειν κατὰ χώραν. εἰ δὲ μὴ, περὶ τῆς τέχνης Διαγωνιεῖσθ' ἔφασκε πρὸς γ' Εὐριπίδην. REITZ.

ead. l. 15. Συνεχὲς ἐπισκοπῶν, ὁπόσα πουν τὸ στοιχεῖον εἴη.) *Subinde respiciens, quot pedum esset solarii umbra.* Rectè sic Salmuriensis interpolator. Alii ineptissime. Veteres enim tempus metiebantur pedibus ad proprii corporis umbram. Pollux lib. VI, c. 8: τῇ σκιᾷ δ' ἐτεκμαίροντο τὸν καιρὸν τῆς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὁδοῦ· ἦν καὶ στοιχεῖον ἐκάλουν. καὶ ἔδει σπένδειν, εἰ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον εἴη. *Umbra vero tempus ad coenam eundi indicebant; quam & στοιχεῖον vocabant. Et στοιχείῳ decem pedum existente libandum erat.* Legendum autem ἔδει σπεύδειν, *properandum erat* ad coenam, cum umbra decem pedum esset; quia tum erat legitimum coenae tempus. Sic mensurabant tempus diei ante horologiorum inventionem, de quo multis disputat maximus virorum Salmasius in Exerc. Plin. Aristophanes in Ἐκκλησ. (v. 648.) Σοὶ δὲ μελήσει Ὅταν ᾖ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον λιπαρῶς χωρεῖν ἐπὶ δεῖπνον. *Tibi vero curae erit, cum decem pedum umbra erit, ad laute prandendum ire.* GRAEV.

in Schol. col. 1. l. 1. Σὺν τριβακῷ) Verum Scholion fuit ἐν — τρίβωνι) Σὺν τρίβωνι. SOLAN.

ibid. l. 2. Ἠπίαλον) Hoc Scholion antea ad πλευρῖτιν referebatur, quod minime ferendum. Ad hanc igitur referri voluimus, quamvis in enarratione sciamus esse, quod Medici reprehendant. Confirmatur autem emendatio nostra, auctoritate C. SOLAN. Tamen & Hesych. Ἠπίαλος, ῥίγος, πρὸ πυρετοῦ, ἐκαλοῦντο δὲ οὕτω καὶ οἱ ψυχροί. Ἠπιάλων, ῥίγων, τὸ γὰρ πρὸ τοῦ πυρετοῦ ῥίγος ἠπιαλὸν φασιν. Cui & assentitur Galenus. Vid. Foes. Oecon. Hippocr. qui rectè docet, & febrem algidam sic vocari: quamvis alii pro *febre miti* accipiant; quod hic locum non habet, quia male precantis est sermo. Immo pro febri ipsa hic valet generaliter; vid. not. ad textum Luciani. REITZ.

ibid. col. 2. l. 4. Εἰσερχόμενος) Vid. Lucian. Ἑρμ. cap. 40. SOLAN.

Pag. 303. l. 1. Ὁποσάπουν) Veteres ad umbrae longitudinem gnomonis puta alicuius ſolarii, aut forte ſui ipſorum corporum metiebantur horas diei. Id fieri poſſe oſtendit Schronerus in gnomonices ſuae p. 78. At tunc pedes neceſſe eſt, ut varii eſſent, nunc breviores, nunc longiores, iuxta gyrorum varietatem, quos per Zodiacum ſol facit. LEED. Vide Κρανοσ. c. 8, & Λεξ. c. 4. Salmaſ. Plin. Ex. 446 B. & 455, quem conſultavit Dion. Petavius Diſſ. Var. VII, 7. Poll. I, 72; VI, 48 &c. Suid. δεκάπουν. & Ariſt. pag. 744, & Athen. 8 C. & Caſaub. ad eius lib. VI, c. 10. SOLAN.

ibid. Τὸ στοιχεῖον) *Litera* redditum erat in *Par.* Sed gloſſa haec margini addita: *Gnomonem horologii intelligit.* Ego *literam* recte quidem verti agnoſco; ſed *numerum* tamen intelligendum, ſ. umbrae menſuram, novi, quia numeros Graecorum literis exprimi ſolitos, manifeſtum eſt. REITZ.

ead. l. 3. Ἀποῤῥίψας) Quia de balneo ſermo eſt, ubi ſordes repurgantur, quod ἀποῤῥύπτεσθαι apud Plut. dicitur, (v. p. 868 B.) emendandum putaram, & legendum ἀποῤῥύψας. Sed quia alibi etiam eandem vocem uſurpat Noſter, Ἰστ. α', cap. 30, mutatam noluimus contra Codd. fidem. Omnis morae impatiens raptim lavat. Vide etiam Polyaen. Strat. IV, pag. 237 C. Adde Iambl. No. 74, & 77 A. —σπίλους. SOLAN. Ἀποῤῥίψας pro *celeriter proripio* poſitum eſſe, non modo exempla ab Solano adducta, ſed & praemiſſa πρὸς τάχος, ſuadent; quare non mutarim in ἀποῤῥύψας. Nam & ſic ἐκπίπτω de eo, qui de lecto ſubito deſilit, *ſe deiicit*, habuimus Aſin. cap. 54. REITZ.

ead. l. 5. Ἀναβολὴ) Ἀπέρχομαι κοσμίως μάλα ἐσχηματισμένος, ἀντιστρέψας τὸ τριβώνιον, ὡς ἐπὶ τοῦ καθαρωτέρου γένοιτο ἡ ἀναβολή. *Abeo nitide admodum cultus, ſic obverſo pallio, ut, qua eſſet parte puriſſimum, ea videretur.* Sic interpres. Nec reprehendo, nec hic audio veterem Codicem, qui pro ἀναβολὴ legit μεταβολή. Sed ἀναβολὴ eſt ipſum pallium. Gloſſae ἀναβολή, *amictus, amiculum.* Inferius in Timone: τὸ σχῆμα εὐσταλὴς, καὶ κόσμιος τὸ βάδισμα, καὶ σωφρονικὸς τὴν ἀναβολήν. *Cultu decorus, atque ornatus inceſſu, ac pallio modeſte compoſito.* Sic alibi eidem ἀναβεβλημένος εὐσταλῶς eſt, qui incedit pallio decore compoſito. GRAEV.

ead. l. 14. Ἀρχιβίου) Nomen videtur fictitium. SOLAN. Alciphr. III, Ep. 55, p. 406: Ἀρχίβιος ὁ Πυθαγορικὸς ὤχρον ἐπὶ

τοῦ προσώπου πολὺν ἐπιβεβλημένος. Num uterque fictus ſit, dicere per feſtinationem non habeo. Nam quod Grammaticus hoc nomine Suidae commemoretur, huc nihil facere arbitror. REITZ.

In Schol. col. 1. *l.* 5. Οὕτως δὲ) Conſuetudo poſtularet οὕτω, ſequente conſona. Sed nihil muto, quia & in optimis auctt. interdum ſic ſcribi video, ut Diod. Sic. II, cap. 50 ſub init. οὕτως φλογώδης. Item Alciphr. III, p. 348, οὕτως τήν. Et viciſſim οὕτω ſeq. vocali. Plura dabo alias. REITZ.

Pag. 304. *l.* 1. Τὰ καθήκοντα) *Officia*; & ſic recte idem interpres in Convivio ſeu Lapithis vertit, τὰ καθήκοντα εἰδέναι, *qui officia norunt*. BOURD.

ead. l. 4. Πρὸς ἡμῶν) Flor. πρὸς ἡμᾶς. BOURD.

ead. l. 6. Ἐθέλῃς) Ita correximus ex Mſſ. Regg. 1428. & 3011. cum vulg. legeretur ἐθέλεις.

ead. l. 10. Θεσμόπολιν) Verum nomen. Stoicus is philoſophus, de quo Noſter nominatim Μισθ. c. 33 & ſeqq. & ſine nomine in Ἑρμ. vide not. ad c. 11. SOLAN.

ead. l. 14. Ἅμα λέγων) Etſi abeſſe queat λέγων, recte tamen ſic additur participio, quod vel Lexicographi obſervarunt. Confer μεταξὺ eadem ſtructura Iov. Conf. c. 4. Et de Salt. c. 11 pr. REITZ.

ibid. Χεῖρας ὑφέγων αὐτῷ) Hanc ſcripturam ſecutus eſt interpres. In aliis tamen Codd. legitur χειραγωγῶν τὸν Θεσμόπολιν ἐπερειδόμενον τ. οἰκ. BOURD.

Pag. 305. *l.* 1. Κελεύσω) Flor. κελεύω. BOURD.

ead. l. 2. Ἐν τῇ γυναικωνίτιδι — ἐστιᾶσθαι) Angl. ἐστιᾶσθαι. De hoc loco Heinſ. ad Heſiod. BOURD.

ead. l. 3. Χώραν ἔχῃς) Sic fere ſupra pro Imag. c. 9, κατὰ χώραν ἐᾷν, *ſuo loco relinquere*. Et Long. Paſt. II, pag. 75, κατὰ χώραν ἔμενεν (τὰ πρόβατα.) REITZ.

ibid. Λύκος χαυὼν) Fab. Aeſopi. SOLAN. Qui neſcit, videat fabulam eius 138, inſcriptam Λύκος καὶ γραῦς· vel Avian. F. I. REITZ.

ead. l. 7. Νὴ Δία) Erunt, qui non dubitabunt μὰ Δία ex P. & L. reſcribere. Nec ego multum refragarer. Μὰ Δία enim negatione adiuncta dici amat, vid. notas ad Dial. Mort. XX fin. immo per ſe fere negat; cum νὴ Δία affirmantis ſit. Diſtinxit Ariſtoph. Ran. 790, — κ' οὐκ ἐβάλλετο Μὰ Δί' item v. 800, Μὰ Δί' οὐκ ἐκεῖνος dicens. Sed ibid. medias inter has negationes, v. 793. — Νὴ Δί' οὐράνιον γ' ὄσον affirmative pronuntians. Plura ex eod. facile congeri poſſunt, quia frequen-

tiſſime omnium hac formula utitur. Idem obiter Ienſius monuit ad Abdic. cap. 2. Et non opus eſt probare, Νὴ affirmantis tantum eſſe. Sed μὰ tamen etiam cum affirmatione legas, ita ut ſimpliciter notet, *per Iovem*. Sic apud Alciphr. L. II, 4 pr. μὰ τὴν Καλλιγένειαν, ἐν ᾗ (ἧς) νῦν εἰμι, κατέχαιρον. Ad quae Bergl. *Alias uſitate negantis particula iurandi; hic in affirmatione, quod raro fit. Non deſunt tamen exempla. Apud Ariſtaen. I, Ep. 10. Apud eund. I, Ep. 14. — Ita & Plutarch. in Alcib. pag.* 206, ἀνάγκην οὖσαν αὐτοῖς καὶ ναυμαχεῖν, καὶ πεζομαχεῖν, καὶ μὰ Δία, τειχομαχεῖν. *Ubi alius poſuiſſet* νὴ *pro* μὰ &c. Addo Ariſtoph. Plut. 187, καὶ ναὶ μὰ Δία, τούτων γε πολλῷ πλείονα. Verum cum contra, etiam ſemel, quod ſciam, Ariſtoph. νὴ addat negationi, Theſm. v. 647, καὶ νὴ Δία, τιτθούς γ', ὥσπερ ἡμεῖς, οὐκ ἔχει· apud Noſtrum vero duplex illa negatio οὐκ ἀπραγμόνως, *non ſine moleſtia*, revera ſit affirmatio id factum eſſe cum moleſtia; tanto minus vulgatum damnare ſum auſus. REITZ.

ead. l. 8. Περιβύσαντες) Adſcripſit Solanus, videnda ſupra Quom. Hiſt. c. 22. Sed ibi legas πολλὰ παρενεβέβυστο. Quid tum? REITZ.

ead. l. 11, Κατακλίνουσι) Εἶτα μηδενὸς ἀνεχομένου πλησίον κατακεῖσθαι αὐτοῦ, ἐμὲ κατακλίνουσι φέροντες, ὡς ὁμοτράπεζοι εἴημεν. In Mſ. ὑποκατακλίνουσι· quod minime damnandum. *Cum*, inquit, *nemo vellet accumbere iuxta eum, me ibi collocarunt infra ipſum, ut in eodem lecto iaceremus.* Sic hic locus interpretandus. Ὁμοτράπεζοι ſunt, qui in eodem lecto triclinari cubant. In ſingulis lectis tres accumbere ſolitos, nemo humanior paulo neſcire poteſt. GRAEV.

ead. l. 12. Ὁμοτράπεζοι) Non hoc ſolum videtur velle Micyllus, eodem ſe in lecto accubuiſſe: ὁμόκλινον enim dicturus erat, vel ὁμοκλινῆ. Sed menſae ſocietatem indicat non illam modo communem, verum etiam peculiarem. Nempe menſa etiam minor ſupellex, tabula, lanx, in qua uni vel duobus ſua cibi portio apponitur. Notum eſt Virgilianum illud Aen. VII, 115, *Heus etiam menſas conſumimus*; ubi appareret e locis Dionyſii Hal. atque Lycophronis a Cerda laudatis, eandem vim eſſe Graeci τράπεζα. Firmantur his ea, quae ad Petron. c. 34, p. 137, de privis id genus menſis dedit Burmannus. GESN.

Pag. 306. *l.* 1. Ἀρετήν τινα) Supra Tim. c. 9. Infra de Mort. Peregr. c. 3. Bis Accuſ. c. 11, & paſſim. REITZ.

ead. l. 4. Κέρατα) Conf. Dial. Mort. I. SOLAN. Ibi autem,

RIGGS LIBRARY,
Georgetown College, D. C.

c. 2, habemus, καὶ κέρατα φύουσιν ἀλλήλοις· deque his ſophiſticis argumentationibus actum ibid. in nott. Cognati, Vorſtii, ac Solani noſtri. REITZ.

ead. l. 6. Συνείρει) Σύνειρε. GUYET. Non improbarem, ſi plures Codd. addicerent; licet ſatis frequenter alibi ſit monitum, non opus eſſe ſemper ſimilia tempora connecti. REITZ.

ead. l. 11. Ἄκουε) Scribendum, ἄκουε δὲ ἤδη καὶ τὸ ἐνύπνιον. Sic Mſ. GRAEV.

ibid. Δή) Conf. ſupra Iov. Conf. c. 51 pr. SOLAN.

ead. l. 17. Ἀέναον) Sine dubio Solan. quaeſivit, num quae ἀέννααν haberet. Ita enim plerumque ſcribitur. Ideoque ceteras edd. excuſſi, & cum in ἀέναον conſentire viderem, ita dedi; licet Steph. id poëticum dicat, cum in proſa ἀέννααος dicatur. REITZ.

Pag. 307. *l.* 3. Ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους) Conf. ſupra de Merc. cond. c. 3. SOLAN.

ead. l. 4. Καὶ προέβαλον πολλοὶ) Alciphr. paulo aliter III, p. 300, εἶτα οἰκετῶν ἐφέπεσθαί μοι στίφος (ἐδόκουν) &c. REITZ.

ead. l. 6. Δακτυλίους βαρεῖς ὅσον ἑκκαίδεκα) Videtur de duplicato annulorum numero dicere. Annuli enim plerumque octo in digitis, ut inferius Icaromenippo. MARCIL. Alciphr. I. c. Ἔφκειν δὲ καὶ τὸ χεῖρε δακτυλίων πεπληρῶσθαι, καὶ πολυταλάντους λίθους περιφέρειν. Ubi Bergl. Lucianea comparans ait: *Videtur Lucian.* πολυταλάντους *de pondere accepiſſe, dum ipſe* βαρεῖς *dicit. Quod magis apparet in Amoribus c.* 41, *ubi alium Alciphronis locum* (qui eſt Epiſt. XI, L. III) *imitatur, ubi de inauribus, quarum* πολυτάλαντον βρίθος *dicit*, multorum talentorum pondus, *ſatis hyperbolice.* Immo ſtudio luſit Lucian. in πολυτάλαντος, quia quando de aureis annulis ſermo eſt, gravitas & pretium quaſi unum & idem ſunt. Τάλαντον autem & pondus & certam pretii ſummam ſignificare, quis neſcit? REITZ.

ead. l. 7. Ἐξημμένος) Antea in omnibus legebatur ἐξημμένους. Sed mox videbis, vere Lucianeum eſſe, quod repoſui; cum χρυσὸν . . . ἐξημμένος τῶν βοστρύχων de Euphorbo dicet, c. 13. Conſule Συμπ. c. 42, & Ἐπ. Κρον. c. 4. Nam quae ita apponebantur in partes diviſa, *efferri* ut dicantur, non ſinunt veterum mores. SOLAN. Ἐξημμένους) Ne Solani diligentiam defraudem, dicam, ipſum adſcripſiſſe legendum ἐξημμένος, optime, ut mox cap. 13 pr. Et Catapl. c. 3, τινα, καὶ πήραν ἐξημμένον, non —μένην. Ita enim amat conſtrui & hoc verbum & καταρτάομαι, ſolemni ellipſi praep. κατὰ, vel hyp-

allage, quod indicavi ad Amor. c. 41. Sic Aſin. c. 48, ἐπὶ βάλλομαι στρώματα πορφυρᾶ, & ſexcenta ſimilia. Quare parum abfuit, quin in ipſum textum reciperem. REITZ. Quod Solanus probe divinarat legendum ἐξαμμένος, id iam Luciano reddidimus auctoritate Mſ. Reg. 3011.

ead. l. 9. Τὸ δεῖπνον ἄρτι συνεκομίζετο) Verbum hoc, ad mortuorum curam & ſepulturam pertinens, non ſine lepore ad finem coenae, & ciborum ablationem refertur, cum ſaturati cibo convivae ad laetiores invitatiunculas & pocula uberiora tranſeunt. Hunc τῶν φιλοτησιῶν locum fuiſſe, cum Heſychii deſcriptio docet, πρόποσίς τις μετὰ τὸ δεῖπνον ὑπὲρ φιλίας, tum ille Socratis & Phocionis charientiſmus de cicutae poculo, apud Aelianum V. H. I, 16, & XII, 49. Itaque probavi etiam lectionem, quam habent *Ald.* 21 & *Hag.* utraque ἐκκομιζομένου. GESN.

ead. l. 10. Ὁ πότος συνεκροτεῖτο) Ut in Nigrin. BOURD. At Scholiaſt. τὸ ποτὸν neutrum facit; quod etiam uſitatum, ut ſupra 1 Ver. Hiſt. c. 23, ποτὸν δὲ αὐτοῖς ἐστιν &c. ubi idem ex Ceb. tab. quoque probavi. Adde infra Icarom. c. 7. & Et Diod. Sic. L. III, c. 33, v. 89, ubi τοῦτο τὸ ποσὸν in variantt. quoque eodem modo probatur. Ὁ πότος autem maſc. ſatis obvium & a Lexicographis iam ſat multis firmatum ex aliis Luciani locis, aliiſque auctt. Differentiam autem pro ratione accentus, quam Scholiaſt. tradit, Ammonius quoque habet. Sed utrumque maſc. gen. effert, ſcribens: Πότος βαρυτόνως, καὶ ποτὸς ὀξυτόνως διαφέρει. Πότος μὲν γάρ ἐστι βαρυτόνως τὸ συμπόσιον· ὡς Μένανδρος, Πότοι συνεχεῖς, κύβοι. ὀξυτόνως δὲ αὐτὸ τὸ ἔκπωμα· ὡς Δημοσθένης — Βρωτοῦ καὶ ποτοῦ μεταλαβεῖν. Sic iam πότος & ποτὸς, & ποτὸν neutro genere uſurpatum probum eſt: at neutrum τὸ πότον unde probetur, non habeo; nec probabile puto: nam ποτὸν revera neutrum eſt adiectivi ποτὸς *potabilis;* at cum ὁ πότος ſit ſubſtantivum tantum, non credo & eadem ratione τὸ πότον dici poſſe. Quare primum Scholii verbum in πότος mutandum cenſeo. REITZ.

ead. l. 11. Φιλοτησίας προπίνοντα) Videdul. Capitol. in Vero, quem ait convivas ita donaſſe. SOLAN.

ibid. Ἐν χρυσαῖς φιάλαις) Sic *bibere in poculo*, pro ex, habuimus ſupra, Deor. Dial. VI, § 2, ἐκπώματι πίνειν. Item de Merc. cond. cap. 26 ἐν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ πίνειν. Quod etiam Latinis uſitatum offendi in libello de Ambiguis. Sic etiam Athenaeus XI, pag. 483, cap. 10, πίνουσιν ἐν πιθάκναις· cum duobus ante verſibus dixiſſet, πίνουσιν ἐκ κερα-

μέων ποτηρίων. Sed ἐν Graecis ibi frequentius, quam ἐκ. REITZ.

ead. l. 12. Εἰσκομιζομένου) Veterem ſcripturam ἐκκομ— mutavit editor Salmurienſis in εἰσκομ—. Recte. SOLAN.

ead. l. 14. Ἀνέρρωμαι) Vid. ſupra de hoc verbo, ad Aſin. cap. 40. Et conf. rurſum, ſi lubet, Alciphronem, ſatis iam indicatum, qui dulce ſomnium galli cantu ſimiliter interruptum ait. REITZ.

Pag. 308. *l.* 5. Τὸ πολὺ) Ita Mſ. Reg. 2955. In edd. deeſt artic.

ead. l. 8. Ἐξήεις πυκεμίσαν) Hom. Il. P, 51. SOLAN.

ead. l. 11. Διαδεδεμένους) Ἀναδεδεμένους L. Utrumque probum. SOLAN.

ead. l. 12. Παρίστασαι χαριτεσσιμοίας) Parvae ſunt duae labes, quae videntur a typographis profectae, ſed quae tamen omnes inquinant editiones, in quibus ſcribitur χαρίτεσιν ὅμοιαι, pro χαριτέσσιν ὁμοίαι· & ὅτι χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο, pro ἐσφήκωντο. Sic enim apud Homerum Il. P, v. 51, cuius ſunt, ut liquet, verba. GRAEV. Χαρίτεσιν antea legebatur, quod verſus reſpuit, ideoque Homerum ſecutus mutavi. Vid. Il. P, 16. Et ad verba ſeq. vid. eund. ibid. v. 52. SOLAN.

ead. l. 14. Ἐσφήκωντο) Mendoſe in multis, iiſque recentioribus, legebatur, ἐσφήκοντο. At *Fl. Ven.* utraque *Ald.* & *Fr.* & ipſe Homerus, uti reſtituimus, habent. SOLAN.

Pag. 309. *l.* 2. Ὡς ποτε) Omnes praeter *B.* ὥς (*P.* autem ὁπότε.) Atqui melius & ad ſcripturam propius ὡς ποτε. SOLAN. Scripturam ed. *P.* ὁπότε exhibentis non ſpernd, neque ab ea diſceſſiſſem, niſi inſta ſuſpicio eſſet, eam ex coniectura ſic emendaſſe ceterarum ὡς ποτε. REITZ.

ead. l. 13. Ἤλουν) Ὅτε τὸ ἔτος ἤλουν τοῖς Κρόνοις, δύο τόμους τοῦ ἀλλᾶντος ἐμβαλών. *Cum duobus extorum fruſtis iniectis lotamen coquerem Saturnalibus.* Ἐλέω quidem mutuatur ſua tempora ab ἑλέω, ſed quod dudum repudiarant Atticorum aures, ut οἱ γραμματικῶν παῖδες docuerunt. Itaque pro ἤλουν malebam olim ἤλον, ſed poſtea Mſ. mihi oſtendit legendum eſſe ἤλπσα, & pro τόμους, τεμάχη. Sed ἀλλᾶντες ſunt *botuli*, *farcimina*, non inteſtina. GRAEV. Ἐλέω rarum eſſe Grammatici aiunt, non plane damnant ideoque imperf. inde formatum ſervavi quidem, facile tamen permittens, ut ἤλπσα cum duobus Codd. legat, cui libuerit. Utitur praeſ. inf. ἐλεῖν ab ἑλέω Aret. Cappad. L. 2 Morb. Acut. c. 2, p. m. 97 A. Verum is Attice non ſcripſit, & futurum ſecundum eſſe aliquis contendat. Sed poteſtate praeſentis tamen ibi uſurpa-

tur. Ἑψεῖν vero dici de eo, qui quid coquendum curat, ait Caſaub. ad Athen. L. IV animadv. cap. 15 verſus fin. In ipſo vero Athen. ſub init. eiuſd. cap. ἑψεῖν quoque praeſens eſt, φαχὴν ἑψεῖν — μεμαθήκειν, ter eod. cap. ac deinde ſaepe occurrit. Apud Diodor. Sic. I, cap. 84, praef. ἑψῶντες legitur, quaſi foret ab ἑψάω, ideoque Weſſel. N°. 29 ἑψοῦντες malit, uti recte eſt ibid. c. 80. Quod autem Caſaub. dicat ἕψω eſſe, *coqui curo*, id ita verum credo, ut ſaepe facere quis aliquid dicitur, qui id per alium facit. Et ſic *lentes coquere* dicetur dominus, qui id ſervis imperat. Nam ἕψω per ſe eſſe *coquo*, probarem, ſi quid opus foret, ex Pind. Ol. A, — ἐν σκότῳ καθήμενος ἕψοι (γῆρας), & ex aliis. Sed acute philoſophantes reſponderent, nec ſervus coquit, ſed olla, furnus, ſol, ignis, coquit. Verum has argutias auditor ſanus riſu exciperet. REITZ.

Pag. 310. *l.* 1. Σιμὸν) In P. & *I.* Σίμωνα, prave. SOLAN.

ibid. Κεραμεοῦν τρύβλιον) Generaliter pro quolibet fictili. Sumitur tamen pro ſacris fictilibus, qualia Numae fictilia: & ita videtur interpretari τρύβλιον Heſych. ποτήριον μυστηρίου. BOURD.

ead. l. 7. Λαϊζομένους ἡμᾶς) Active & paſſive uſurpari λαΐζομαι vid. Duker. ad Thucyd. III, cap. 85, quem adeundum monebat Hemſterh. REITZ.

ead. l. 13. Ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε πρώην, ἅπαντα ἐκεῖνα κατὰ τοὺς νόμους, Σίμων ὁ τὰ ῥάκια τὰ πιναρὰ, ὃ τὸ τρύβλιον περιλείχων, ἅσμενος ἐξελαύνει, ἁλουργῆ καὶ ὑσσινοβαφῆ ἀμπεχόμενος) Et quae ſequuntur. Hic aliquid excidit. Sententia enim hiat, nec eſt, unde pendeant ἅπαντα ἐκεῖνα κατὰ τοὺς νόμους. Salmurienſis quidem interpres multa infarcit, alia omittit, & cetera miſere vertit: *Poſtquam vero pridie mortuus fuiſſet, omnes illas pecunias iuxta leges, Simon ille gaudens effert, purpurea hyſginoque tincta veſte indutus.* Ποῦ κεῖνται in Graecis Simon *ille gaudens effert?* Nam ἅσμενος ἐξελαύνει aliud eſt, ut ſtatim videbimus. Cur omiſit τὰ ῥάκια τὰ πιναρὰ, ὃ τὸ τρύβλιον περιλείχων. Poteratne flagitioſius in hoc loco interpretando quiſquam verſari? Nec melius Eraſmus: *At ſimul ac mortuus eſt nuper, univerſis illis opibus iuxta leges Simon ille, qui coria patria, qui patellam circum lingebat, gaudens purpura oſtroque circumtectus.* In his nulla ſententia. Ad prima autem verba ἅπαντα ἐκεῖνα κατὰ τοὺς νόμους addendum εἶλε, quod vitio librariorum intercidit, aut ſimile quiddam. In ſequentibus quoque aliquid periit: ὃ τὰ ῥάκια τὰ πιναρὰ nihil habent, unde

pendeant, & nihil ſignificant. Sed ex Mſ. haec iactura egregie ſarcitur, qui in prioribus unum aut plura verba periiſſe luce meridiana clarius oſtendit, quamvis & ipſa συνέχεια & ratio ſatis indicet. Sic autem in vetere Codice hic locus ſcribitur: Ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε πρῶην, ἅπαντα ἐκεῖνα κατὰ τοὺς νόμους καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥάκια περιβεβλημένος τὰ πιναρὰ, ὁ τὸ τρύβλιον περιλείχων &c. Pulchre ſane & vere. Sic igitur locum totum ſcribe & verte: ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε πρώην, ἅπαντα ἐκεῖνα κατὰ τοὺς νόμους .... Σίμων. Καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥάκια περιβεβλημένος πιναρὰ, ὁ τὸ τρύβλιον περιλείχων ἄσμενος ἐξελαύνει ἀλουργῇ καὶ ὑσγινοβαφῇ ἀμπεχόμενος. *Poſtquam vero pridie mortuus eſt, omnia illa ſecundum leges* cepit *Simon. Et nunc ille, qui pannis ſordidis indutus erat, qui catinum lingebat, hilaris equo vehitur, purpurea, & coccinea veſte amictus.* Ἄσμενος ἐξελαύνειν eſt laeto & alacri animo equo vehi: ἐλαύνειν eſt, ſubaudito ἵππον, *equitare.* Ut apud Latinos *vehere* ſc. ſe equo, pro *vehi*, frequenter legitur, ſic & ἐξελαύνειν, & ἐπεξελαύνειν. Herodot. ἐξήλαυνε ἐς ἥθεα τὰ ἑαυτοῦ, *equitavit ad ſuam domum.* Ἐξελαύνειν proprie Germanis & Belgis eſt *uitriden.* Hyſginus quidem color differt a coccineo, cum ſit medius inter purpuram Tyriam & coccinum, poteſt tamen *coccineus* verti. Hyſginus enim color conficiebatur ex purpura, quae coccino ſuperinducebatur, ut dudum docuere viri doctiſſimi. Vide Salmaſ. exercitat. Plinian. GRAEV. Puto ego, Graevii Codicem, ut alias in hoc dialogo, ita hic, librarii ſedulitatem paſſum. Nam illud quidem, ὁ τὰ ῥάκια τὰ πιναρὰ, ita Lucianeum eſt, ut qui illi ereptum eat, non noſſe virum videatur: oſtenderunt copioſe viri docti ad Νεκρ. 10, 4. Sed neque non commode (in ſutoris praeſertim ſemidocti ſermone familiari, & ad ſapientiam oſtendendam abrupto) iungi videntur iſta ἅπαντα ἐκεῖνα ἐξελαύνει. Quae abſconderat Drimylus, quae attingere auſus non fuerat, ea Simon *exigit*, protrahit e tenebris, & prodire in lucem atque conſpectum iubet, dum illis qua domi, qua in publico, utitur &c. Si τῷ ἐξελαύνει placeat ſolemnem illam, in equo vel curru procedendi ſignificationem ſervare: tunc ἄσμενος illud iungendum cum περιλείχων, & intelligendum ad ἅπαντα ἐκεῖνα, & quae ſequuntur, verbum ἔχει. GESN. Non improbamus cum cl. Bel. de Ball. ſcripturam Mſſ. Regg. 2955. & 3011. ſic exhibentium: ἅπαντα ἐκεῖνα κατὰ τοὺς νόμους Σίμωνός ἐστι· καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥάκια τὰ πιναρὰ, ὁ τὸ τρύβλιον περιλείχων (περιέλων vult idem vir cl. ſine cauſa) ἄσμενος ἐξελαύνει. Nihil tamen vul-

gatam mutavimus, ex qua ſenſum haud abſurdum elicuit Geſnerus.

ead. l. 14. Τὰ πινάρια) Legendum videtur ὁ τὰ ῥάχια τὰ πιναρὰ ἡμφιεσμένος; aut ſimile quid. GUYET. Immo intelligitur, ut bene monet Geſner. Exempla dedere Ienſ. aliique ad Mort. Dial. X, § 4. Conf. infr. Bis Acc. c. 14, ὁ τὴν σύριγγα. REITZ.

ibid. Τὸ τρύβλιον) Quia & paulo ſupra, & infr. c. 29, & alibi hoc accentu in edd. Luciani exaratum invenio, ita relinquo. Malim tamen τρυβλίον cum Iung. ad Poll. VI, Segm. 85. Ut βιβλίον aliaque diminutiva trifyllaba ſolent eſſe paroxytona. REITZ.

ead. l. 15. Ἄσμενος) Pone comma poſt ἄσμενος. KUSTER. Ego in περιλείχων ἄσμενος mendum latere puto. SOLAN.

ibid. Ἐξελαύνει) *Currus vectus in publicum prodit* &c. Male interpres. GUYET. Vidi ſignificatum iam Guyetus idem, quod Graev. Ita ſimplex ἐλαύνειν pro *proficiſci*, Thucyd. VIII, cap. 108, ἀναζεύξας ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς Ἴωνας, *ſolvens* (navim) *properabat in Ioniam.* Aelian. V. H. I, γρυπὸς ἐλαύνει Πέρσας βασιλεὺς, *cum rex in Perſidem equitat.* Ibid. cap. 33, Πύρρος ἐξῆς ἐλαύνουσι τὴν Περσίδα, *Pyrrhum ſequentes Perſidem equitant.* Quae conſtructio ne durior videatur, confer Luciani Rhet. praec. c. 5, ἐρήμην πολλὴν ἐλάσαντες. Et Alex. c. 46 ἐς γῆν πρώτην ἐλαύνεσθαι. Item ἐπελαύνειν pro *adventare*, in Calom. Hiſtr. c. 3. Ἐξελαύνειν autem rurſus hoc Dial. c. 2, ἐξελαύνουσα βλεπόμενον — ἄρχοντα. REITZ.

ibid. Ὑσγινοβαφῆ) Ὕσγινον, plantae genus, cuius ſuccus violaceum vel purpureum tradit colorem. Qualis autem ea ſit, utrum hyacinthus, an vaccinium, an coccus, an glaſtum, non conveniet inter auctores. Sunt, qui dicunt, ὑσγῖνον eſſe plantam, & ὕσγινον, quae exinde ſit, rubram aliquam, quae non purpuream, ſed rubram eſſe magis congruit ſorti huic loco; nam differunt, opinor, inter ſe πορφυρᾶ καὶ τὰ ὑσγινοβαφῆ. LEEDS. Aelian. V. H. III, cap. 9, Ἐν αὐτοῖς τοξόται χίλιοι, φλόγινα ἐνδεδυκότες καὶ ὑσγινοβαφῆ. Ubi Periz. ex Salmaſ. Exerc. Plin. p. 572 docet, colorem ὑσγινοβαφῆ medium fuiſſe inter coccum & purpuram, propiorem tamen purpurae. Plura Salmaſ. l. l. REITZ.

Pag. 312. *l.* 3. Ἐγὼμὲν ἴσως προσόντα) An non προϊόντα; Ut infra in hoc libello, ὥστε ἐγὼ μὲν προϊοίμην, οἱ μὲν πολλοὶ προσεκύνουν. GRON.

ead. l. 9. Αἱ δὲ ἀπειλοῦσιν ἀνελεῖν αὐτὰς) Non reprehendo vulgatam, αἱ δὲ ἀπειλοῦσιν ἀνελεῖν αὐτάς, ſed magis tamen

probo libri veteris ſcripturam, in qua *αἱ δὲ ἀπειλοῦσιν ἀνηρτήσειν αὐτὰς, minantur ſe ipſas ſuſpenſuras.* Hae ſunt & minae & facinora mulierum perdite amantium. In hoc ipſo Luciano non unum eſt exemplum. GRAEV.

ead. l. 14. Ὦ *χρυσὲ*) Homer. Il. Ξ, 214. Eur. fr. Belleroph. 70, v. 6, Addend. Vide not. ad *Tim.* c. 24. Pro *βροτοῖς* autem legitur hic *κτέρας*, quod obſervandum. Apud Athenag. legitur *ἄξιγμα* pro *δ*—. Leopard. 44. Apud Grotium *δεξ*—. SOLAN. Dedimus interpretationem prioris verſiculi Euripidei apud Senecam Ep. 115, ſervati etiam a Barneſio fragm. Belleroph. v. 70. Qui nimirum etiam ultimam vocem non poſuit *κτέρας*, ſed *βροτοῖς*, quam ſubſtituere fortaſſe, qui inſolentiam illius vitarent. Eſt ceteroqui *κτέρας* apud Heſychium *κτῆμα*, quod probe huc convenit. Alterum verſiculum & ad Incerta retulit Barneſius v. 387, & in Add. Belleroph. v. 6, ubi etiam ita vertit: *Aurum eſt, quod homines vincit imperio ſuo.* GESN.

ibid. Κάλλιστον κτέρας) In Euripide *κ. βροτοῖς*. BOURD.

ibid. Κτέρας) Κτέρας hic locum habere non videtur. GUYET. Recipiatur ergo pro eo *βροτοῖς* ex Eurip. vertaturque: *Aurum res iucundiſſima mortalibus.* REITZ.

Pag. 312. *l.* 12. Λοιδορεῖσθαί σοι) Suſpecta videtur Solano haec fuiſſe lectio, quod aſteriſco appoſito ſignificavit. Sed λοιδορεῖσθαι videtur paſſivum eſſe, & σοι pro ὑπὸ σοῦ valet, quid. προάγεις με πρὸς τὸ λοιδορεῖσθαι ὑπὸ σοῦ ſive ἵνα σοι λοιδορῶμαι. Quid cauſae lateat, cur igitur improbarit, non ſatis aſſequor. An quia λοιδορούμαι plerumque medium eſſe ſolet, an quia dativum amat & λοιδορεῖσθαί τινι activa poteſtate dici ſolet, hic vero λοιδορεῖσθαί μὲ dici viſum fuerit? Vix credo, quia μὲ ad προάγειν pertinere, ſatis videre potuit. Sed melior occaſio erit hoc diſcutiendi ad Icarom. c. 30 f. ubi activum λοιδορεῖν, quod alias accuſativo iungitur, manifeſto confundebatur cum dativo in edd. REITZ.

Pag. 313. *l.* 1. Ἀπόλλωνος) Pythagorae animam ab Apolline ad homines miſſam, ut res certiſſima, de qua οὐδεὶς ἂν ἀμφισβητήσειε, affirmat Iamblichus in vita Pythag. c. 2. *Priorem eſſe corpore* a Pythag. docuit Plato Tim. ed. Baſ. 1556, p. 478, l. 40. *Alatam* eſſe, Phaedone p. 204, l. 33. LEED. Vide N. Δ. XX, & Diog. Laërt. poſt pag. 507 B. SOLAN. Servat decorum Lucianus. Volebat ſuſpicionibus quibuſdam homines inducere Pythagoras, ut crederent, ſe eſſe Apollinem. Vid. Iamblichus ſ. 177, & Porphyr. ſ. 28. GESN.

ead. l. 3. Κατασίκην) Memorat Clem. Alex. Strom. III, Philolaum Pythagoricum ſic dixiſſe, μαρτυρέονται δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ θεολόγοι τε καὶ μάντεις, ὡς δι᾽ τινὰς τιμωρίας ἃ ψυχὰ τῷ σώματι συνέζευκται, καὶ καθάπερ ἐν σώματι τούτῳ τέθαπται. Huius ſententiae Orpheum eſſe auctorem, tradit Plato Cratyl. p. 55, l. penult. LEED.

ead. l. 12. Μύρμηξ Ἰνδικὸς) De qua Prop. III, 13: *Inda cavis aurum mittit formica metallis.* Et mira de eadem narrat Plin. XI, 31, cui non multum abſimile narrat etiam Herodotus in Thalia. LEED. Quaſnam formicas Indicas, quae aurum effodiant, tradiderint vetereſ, ex Aeliano diſces de anim. III, 4. De his etiam Philoſtr. 229, ubi in nota habes auctorum loca de iis, quae nos, ubi de Gryphibus, cum aliis inſuper attulimus, ad Ἐν. δ. ultimum. SOLAN.

ead. l. 14. Εἶτα ὤκνουν ὁ κακοδαίμων ὀλίγου τῶν χρημάτων ἥκειν ἐς τὸν βίον, ἐξ ἐκείνου ἐπισιτισάμενος) Salmurienſis: *Itane neglexi infelix vel pauca fruſta in vitam importare, cum illo eſſem alitus.* Sed ἥκειν χρήματα ἐς βίον ſignificatne *fruſta importare in vitam?* In ed. Baſileenſi Graeca 1555 legitur, ὀλίγων τῶν χρημάτων ἥκειν. Conſtat ſane, ἥκειν conſtrui cum ſecundo caſu, ut apud Herodotum εὖ ἥκω χρημάτων, *ſum pecuniosus, dives.* Εὖ ἥκω φρενῶν apud eundem, *ſum prudens.* Sed tum ſemper εὖ aut πόρρω, adiunctum habet. Quod conciſe dicunt εὖ ἥκειν τῶν χρημάτων, integrum eſt, εὖ ἥκειν ἐπὶ πολὺ τῶν χρημάτων. Sed hic habere locum non poteſt, ne nunc dicam ὀλίγον legi in Mſ. Flor. *Ald.* ceteriſque edd. In Florentina vero ed. ſcribitur ἥκων pro ἥκειν. Inde mihi perſuaſi, excidiſſe & hic verbum φέρειν. Et legendum ἥκειν φέροντα, *omiſi ferre in vitam.* Eſt loquendi genus, ut multa huius generis alia, Graecis peculiare: ἥκω φέρων eſt *fero.* Iſaeus, οὐ γενομένας διαθήκας ἥκει φέρων, *non affert factas teſtamenti tabulas.* Apud poëtas vero, inprimis apud Homerum, infinita talium locutionum ſunt exempla. GRAEV. Baſileenſis editio, ὀλίγων τῶν χρημάτων. Idque ſanius. Ceterum verba haec ita verſa vulgo leguntur, *Itane neglexi infelix vel paucula fruſta in vitam importare, cum illo eſſem alitus?* Sed profecto haec verſio a mente ſcriptoris eſt alieniſſima. Rogarat Micyllus Pythagoricum ſuum gallum, quis ipſe antea fuiſſet; reſpondebat gallus, eum (Micyllum) fuiſſe μύρμηκα Ἰνδικὸν, ex iis, qui aurum effodiunt. Tum vero pauperculus Micyllus, *Itane ego infelix pigratus fui in vitam venire, pauculis inde fruſtis pro commeatu mecum ſumtis?* IENS. Nihil deeſt ad ſenſum, modo aliter conſtruantur verba,

quam adhuc factum, aut leviſſima tranſpoſitione iuventur, ad quam Geſneri verſio pronum iter monſtrat. Quod enim Graevius φέροντα ingerit, concederem, ſi plane opus eſſet, &, ſi φέρων dixiſſet, bene haberet, idque voluit, credo, ſed non attendit ad ſequentem nominat. ἐπισιτισάμενος. Conf. ſupr. Alex. c. 6, ἐπεσιτίσαντό τε τὰ ἀρκοῦντα. Arrian. L. III, cap. 20 f. ἐπισιτισάμενος δὲ αὐτόθι, ὅτι ἔρημον τὴν πρόσω χώραν ἤκουεν. Noſtrum infra Icar. c. 11, & Bis Accuſ. c. 28 pr. ἐπεὶ δὲ ἱκανῶς ἐπεσιτίσατο. Unde videbis, non eſſe *alo, comedo*, ut vulgo cum Lexicographis vertebatur, ſed *in viaticum capio*, ſ. de frumento mihi proſpicio. REITZ.

cad. l. 15. Ἥκειν — ἐπισιτισάμενος) Supple partic. ἄγων, aut φέρων. LEED. Vide N. Δ. I, Ἐπισκ. c. 20, & Eurip. Orch. 1323. De ἐπισιτ— vide Ἱκαρ. c. 11. SOLAN.

ibid. Τόνδε) Admiſimus ex Mſ. Reg. 3011.

Pag. 314. *l.* 5. Ἐπ' Ἰλίῳ) Omnes edd. praeter Venetas, ἐν Ἰλίῳ, quod & ferri poterat, quia Troianus Euphorbus. Vide Συμπ. c. 35. SOLAN. Ἐν Ἰλίῳ) Non auſus ſum ἐπ' recipere, quia mox poſt verſum hinc ſextum eodem reſpiciens ἐν Ἰλίῳ rurſus ait; & quamvis pugna revera non *intra*, ſed ad Ilium geſta ſit, tamen & ἐν ſic utitur Homer. quem indicavi ad Quom. Hiſt. c. 28. Ubi Lucian. etiam ἐν Εὐρώπῃ, & c. 38, ἐν Ὀλύνθῳ pro ἐπί. REITZ.

ibid. Ἀποθανὼν ὑπὸ Μεν.) Hom. Il. P, 47 ſeqq. SOLAN.

cad. l. 6. Χρόνῳ ὕστερον) Diog. Laërtius Hermotimum & Pyrrhum piſcatorem Delium fuiſſe, antequam Pythagoras eſſet, tradit p. 215 B. A. Gellius poſt Pythagoram Pyrandrum fuiſſe, deinde Callicleam Deam, deinde feminam pulchra facie meretricem, cui nomen fuerat Alce. IV, 11. (Vide Menag. ad Diog. Laërt. l. c. p. 26 D. E.) Aethalidem praeter alios inſerit Porphyr. N°. 45, & Tertullianus de anima. Noſter inter Euphorbum & Pythagoram vacuum ponere videtur. De Pythag. Euphorbum ſe probante vide Iambl. N°. 63, & 134, & Diog. Laërt. l. c. SOLAN.

in Schol. col. 2. *l.* 3. Καείγυπτοί τε ἔται τε) Hom. Iliad. Π, 456. SOLAN.

Pag. 315. *l.* 1. Ἐγὼ δὲ τοσοῦτον) Scribe: ἐγὼ δὲ τοσοῦτόν σοι φημὶ ὑπερφυὲς μηδὲν γενέσθαι τότε. Et ſic legit interpres Latinus, quamvis omnes edd. Graecae μηδέ. GRAEV. Μηδὲν P. & L. uti emendare iuſſerat Graevius. In impr. μηδὲ, aut diſiunctim μὴ δέ. SOLAN.

cad. l. 7. Ἀφίδναις) Diodor. Siculus habet in ſingulari Ἀ-

φίδναν, IV: φοβηθεὶς ὁ Θησεὺς ὑπεξέθετο τὴν Ἑλένην εἰς Ἀφίδναν, τῶν Ἀττικῶν πόλεων. LEED.

ead. l. 9. Τοὺς τότε) Recte addita haec sunt, ut ad Euphorbum referantur, non ad Pythagoram. SOLAN.

Pag. 316. *l.* 2. Πάτροκλον) Hom. Il. Π, 808. SOLAN.

ibid. Ἀπέκτεινα) Non peremisti, o bone, vulnerasti tantum: Hector peremit, v. 818 & seqq. LEED.

ead. l. 4. Ὁ Μενέλαος &c.) Hom. Il. P, 47 seqq. SOLAN.

ead. l. 11. Βίβλους τὰς Ὥρου) Orum aiunt regem Aegypti fuisse, nescio quot annos ante urbem Romanam conditam. Gilb. Cognatus eos Ori duos libros, opinor, vult, qui annexi Pierii Valeriani Hieroglyphicis, scripti primi fuerunt ab Oro isto, ut ibi vocatur, Apolline, in lingua Aegyptiaca, in Graecam autem a nescio quo Philippo versi. Isidis autem librorum meminit Plato in II Dial. de Legumlatione, vocatque Τῆς Ἴσιδος ποιήματα, τὰ τῶν πολλῶν τούτων σεσωσμένα χρόνου μέλη. LEED.

ibid. Καὶ αὖθις εἰς Ἰταλίαν) Καὶ αὖθις εἰς Ἰταλίαν ἐκπλεύσας, οὕτω διέθηκα τοὺς κατ' ἐκείνους Ἕλληνας, ὥστε θεὸν ἤδον με. Interpolator: *Et cum in Italiam rursum vela fecissem, eo affectu Graecos eius temporis imbui, ut me Deum praedicarent.* Palmerius cum vidisset, in ultimis verbis labem haerere, censebat legendum esse, ὥστε ὡς θεὸν ἰδεῖν με. Sed una immutata literula vidi puer fere, scribendum esse, ὥστε θεὸν ἡγόν με, *ut me pro Deo duxerent*, seu *haberent*. Et vere me vidisse, Mss. postea declaravit, qui eandem servavit scripturam. GRAEV.

ead. l. 12. Τοὺς κατ' ἐκείνα) Τὰ χωρία· ut Aristoph. Nub. II, 1, οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα, *non alia sunt praeter haec loca*. LEED. Κατ' ἐκεῖνα Ἕλληνας) L. Bos de Ellips. p. 94 putet hoc loco ait, perperam interpretem haec Luciani vertisse, *Graecos eius temporis*; hoc enim dici κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους. Sed κατ' ἐκεῖνα dici pro κατ' ἐκείνα μέρη τῆς γῆς. Adeoque & hic reddendum, *Graecos, qui isthic erant*. Id quod pluribus demonstratum videas ibid. REITZ.

ead. l. 13. Ὥστε θεὸν ἰδὼν με) Lego, ὥστε ὡς θεὸν ἰδεῖν με. PALM.

ead. l. 14. Ἀναβεβιωκέναι) Diog. Laërtius p. 219 A. B. ex Hieronymo quodam refert, Pythagoram descendisse εἰς ᾅδου, atque ibi vidisse Hesiodi & Homeri animas, nescio quas poenas luentes. LEED.

ead. l. 15. Χρυσοῦν τὸν μηρὸν) Iambl. in vita Pythag. N°. 94, & Diog. Laërt. p. 216 E. λέγεται δὲ αὐτοῦ ποτε γυμνω-

δέντος τὸν μηρὸν ὀφθῆναι χρυσοῦν. Porphyrius ait, id eum oſtendiſſe Abaridi ſacerdoti Apollinis, ante opinanti, ipſum eſſe Apollinem, ut eo viſo pro certo haberet. LEED.

Pag. 317. *l.* 6. Περὶ αὐτῶν) Sic *Fl.* ed. melius, quam ut in reliquis eſt ὑπέρ. SOLAN. Ὑπὲρ αὐτῶν) Lubens admitterem περὶ cum *Fl.* ſi plures addicerent. Sed ὑπὲρ nondum reiicio cum Solano, qui id iam delerat: nam etſi norim, qui differat ὑπὲρ & περὶ, tamen didici, ſaepe ὑπὲρ poni, ubi & περὶ locum haberet, aeque ac apud Latinos *ſuper* pro *de* vel *circa*, ut nimis notum ex Virg. Aen. I fin. *Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.* Ita Diogen. Laërt. videtur τῷ περὶ ſubſtituiſſe ὑπὲρ, in prooem. pag. 8, Segm. 10 pr. Τὴν δὲ τῶν Αἰγυπτίων φιλοσοφίαν εἶναι τοιαύτην, περί τε θεῶν καὶ ὑπὲρ δικαιοσύνης, i. e. *philoſophiam de Dīis & iuſtitia.* Aelian. XII, 52 pr. Ἰσοκράτης ὁ Ῥήτωρ ἐλέγετο ὑπὲρ τῆς Ἀθηναίων πόλεως, ὁμοίαν εἶναι ταῖς ἑταίραις. REITZ.

Eadem l. 9. Οὐδὲν ὑγιές) Vide Iambl. N°. 105 & 227, ubi fatetur, ridicula ils videri, qui rationes myſticas ignorent. SOLAN.

Eadem l. 11. Οὕτω δὲ ἂν ξενίζοιμι) Ante ξενίζοιμι, μᾶλλον intelligendum relinquitur. Conf. nos ſupr. ad Dial. pro Lapſ. c. 12, Quom. Hiſt. c. 17, & Phal. I, 1; item πλείους poſt ὅσῳ omiſſum c. 8, ibique notata. Pro Imag. c. 17 &c. Anacr. Od. XI, 11, Ὅσῳ πέλας τὰ μοίρης, *quo magis mors appropinquat.* Ubi μᾶλλον quidem praecedenti orationis membro praemiſſum, altero tamen facile repetendum. Ita comparativus adiectivi poſt ὅσον intelligendus in Long. Paſt. III, 118, ἡ φωνὴ τοσούτῳ ἐπαύετο βράδιον, ὅσον ἤρξατο, *ſonus deſinebat tanto ſerius, quanto inceperat*, i. e. quanto *ſerius* inceperat. Adde Hippocr. S, 2, aph. 16, Τὰ μὴ ἐκβαρὰ τῶν σωμάτων, ὁκόσῳ ἂν θρέπτικώτερον ᾖ, μᾶλλον βάλλεται ubi etſi ſequitur μᾶλλον, tamen poſt ὁκόσῳ idem tacite ſupplendum relinquitur; & ſic diſtinguo haec aphoriſmi verba, non comma cum Foeſio poſt μᾶλλον ponens. Sic ante ἢ intelligendum μᾶλλον, ap. Alciphr. III, Ep. 70, p. 444, Ἀττικῆς στωμυλίας καὶ ξένης, ἢ κατὰ τοὺς χωρίτας ἑπτάπλων. Plura Gesner. ad Iov. Conf. c. 7, ubi inter exempla, quae affert, aptiſſimum hoc ex eiuſd. Dial. fin. ἐβουλόμην ἂν ἕνα τοιοῦτον ἔχειν — ἢ μυρίους μοι Βαβυλῶνας ὑπάρχειν. Sed quo plura? cum poſteriorīs huius ellipſeos tot iam produxerit teſtimonia L. Bos de Ellipſ. p. 327—9. Prioris autem, poſt ὅσῳ, nullum. Ut autem ad priorem ellipſin non attendiſſe animadvertimus Meibomium in Epicteto, (ſupra pro Lapſ. c. 12) ita ad alteram non attendiſſe videtur interpres Hero-

diani I, 17, 16, dum haec verba, *συντίθενται φθάσαι τι δράσαντες ἢ παθεῖν*, reddit: *conſtituunt, aut faciendum ſibi quamprimum, aut patiendum aliquid.* Cum deberet: *Conſtituunt aliquid audere potius, quam pati*, ſive, *maluerunt praevenire, quam praeveniri;* ſequitur enim, eos Commodum veneno ſuſtuliſſe, ne ipſi mortem ſubirent, quam is minabatur. Latinis eodem modo *magis* vel *potius* omittere, haud infrequens. Tacit. de mor. Germ. c. 6 ſ. *Cedere loco — conſilii, quam formidinis arbitrantur.* Salluſt. Catil. 48, 5, *Tanta vis hominis leniunda quam exagitanda videbatur*, ubi plura Cort. Adde Gron. Duker. ac Drakenb. ad Liv. I, XXV, § 13, Ienſ. Lectt. Luc. p. 278—9, & Wopkens Lect. Tull. p. 224. De poteſtate autem verbi *ξενίζομαι*, pro inſolenti & peregrina re perturbari, vid. Iac. Elſner. ad Ep. Divi Petri IV, 4, ubi *ἐν ᾧ ξενίζονται* hoc Luciani aliorumque teſtimoniis firmatur. REITZ.

Pag. 318. *l.* 1. Ἐν τῷ μέρει) Similis locutio eſt apud Ariſtoph. Ran. I, ubi Scholiaſtes exponit *ἐν τῷ ἴσῳ μέρει·* & II, 1, Veſp. in Fam. Chor. ubi exponi poſſe videtur *ἐν τῷ ἑτέρῳ μέρει, ex altera parte*, vel *viciſſim*. LEED.

ead. l. 5. Ἀποδυσάμενος) Υ & ν toties male confunduntur in edd. vett. ut vix opus ſit monuiſſe, aut ad edd. attendiſſe, ſi ſenſus alterutrum poſtulat. REITZ.

ead. l. 7. Ἀσπασίαν) Meretricem etiam-factam tradit A. Gellius, ſed aliam, nempe *Alcen:* quem vide IV, 11. SOLAN.

ead. l. 15. Καινεὺς) Vid. Ant. Liberalem Met. c. 16. Elatus rex erat Lapitharum. SOLAN.

Pag. 319. *l.* 4. Ὦπυιεν) Forſan ὤπυιεν. GUYET. Ὦπυιεν) Vox non inhoneſtae ſignificationis. Heſychius exponit ἐγάμει. LEED. Sic *Fl.* ſola. In reliquis ὤπυιεν. SOLAN. Ὦπυιεν & ſcribi curavi ſupra, Eun. cap. 12, ubi itidem edd. vulgo ι medium omiſerant. In *l.* hic eſt ὤπυιεν, iota initio ſubſcripto, quod tamen manu perperam additum, non impreſſum ſuſpicor. Ignoſce, lector, Crenianae huic diligentiae. Interim ὀπύω ſine ι eſt ap. Ariſtoph. Ach. v. 254, — ὡς μακάριος Ὅς τις σ' ὀπύσει. Quod neſcio anne poëticum ſit, ad corripiendam ſyllabam. REITZ.

ead. l. 5. Ὁρᾷς) Sic melius P. & L. quam in impr. οἶδας. SOLAN.

ead. l. 7. Εὐριπίδης) Locus eſt Medeae v. 250: Ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα Στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ. Laudat Barneſius verſionem Ennii, *Nam ter ſub armis malo vitam cernere, Quam ſemel modo parere.* GESN.

ead. l. 9. Στῆναι) Τοι excidiſſe videtur, στῆναί τοι, ἢ ἅπαξ &c. GUYET. Non male olfecit Guyet. aliquid ad verſum deeſſe; at cum in Eurip. legatur, Στῆναι δέλοιμ' ἂν μᾶλλον ἢ ἅπαξ τεκεῖν, patet, non ipſum verſum, ſed ſententiam tantum eius ab Luciano eſſe excerptam. Quare in vulgata nihil mutaverim. REITZ.

ead. l. 10. Καὶ μὴν ἀναμνήσω σε, ὦ Μίκυλλε, οὐκ εἰς μακρὰν ὠδίνουσαν) Inſcite vertunt: *immo praemoneo te, paulo poſt puerperam fore.* Senſus enim eſt: *equidem in mentem tibi revocabo, o Micylle, quando non multo abhinc tempore parturies:* id ſatis liquet, tum ex iis, quae antecedunt, tum ex iis, quae ſequuntur. L. BOS.

ead. l. 11. Ὠδίνουσαν) Ὠδίνουσαν legendum, ut ſit futuri temporis. GUYET. Aſſentior Guyeto, nil tamen mutavi. Amat futurum εἰς μακρὰν, vid. Ariſtoph. Theſm. 389, & Veſp. 452. Alciphr. I, Epiſt. 35 f. οὐκ εἰς μακρὰν ἀνιασομένοις. Sed praeſens hic nil habet incommodi. REITZ.

Pag. 320. *l.* 1. Σὲ οὖν) Unde habeat, haud facile dictu eſt: neque tamen adeo abſurde ſua ſolet comminiſci, ut nihil prorſus veri ſubſit. De Pythagora autem quid vere ſenſerit Noſter, ſerio in Alex. exponit c. 4. Hic autem Polycratem intelligit, cuius aetate vixiſſe traditur. Vide Iambl. N°. 11. Adoleſcebat enim Pythagoras cum &c. Diog. Laërt. pag. 214 D. SOLAN.

ead. l. 2. Ἀσπασίαν γενέσθαι τῷ τυράννῳ) Iac. Elſner. haec Luciani verba, ad illuſtranda Apoſtoli illa ad Roman. VII, 3, afferens vertit, *Aſpaſiam nupſiſſe tyranno*, atque idem ſignificare putat, quod Apoſtolo ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ. Sed minus profecto accurate. Nam primo non videtur attendiſſe, quod Lucian. haud ita multo ante Aſpaſiam vocet meretricem, ut erat; neque eſſe confundendam cum Aſpaſia, quam Cyrus ſibi iunxit, de qua Aelian. XII, 1, quamque probe diſtinxit Loydius in Lex. Hiſt. Geogr. Deinde, aliam eſſe verborum Luciani ſtructuram, qui vult, *tune, galle, exſtitiſti Aſpaſia tyranno?* unde minime conſequitur, verbum γίνεσθαι τινὶ hic ſignificare, *nubere alicui*, etſi caſu accidat, ut de coniunctione cum viro hic etiam ſermo ſit: nam ſi illud σε modo praepoſitum & omnino cum γενέσθαι cohaerens conſideraſſet, vidiſſet ſane, vulgarem τοῦ γενέσθαι hic eſſe ſignificationem. Interim alia Elſnerus habet teſtimonia, unde nubendi ſenſus probatur. REITZ.

ead. l. 3. Τίς δὲ δή) Scripturam hanc ſuppeditarunt Mſſ.

Regg. 2955. & 3011. Edd. non conſentiunt, quarum pars tantum τίς δὲ, aliae τίς δ' ἢ habent.

ead. l. 6: Διοσκόρω) Ita impr. In Coll. Διοσκούρω, uti & Ἐτ. Δ. XIV ſcribitur. SOLAN. Infra Dial. Mer. XIV f. iterum τὼ Διοσκόρω. At in Merc. Cond. c. 1, & alibi, Διοσκούρους, & ſic fere perpetuo ſcribitur; vid. exempla compluria in praelonga illa, ſed pererudita nota Hemſterhuſii, ad Deor. Dial. XXVI, § 1, de ovo Caſtoris & Pollucis agente. Steph. faretur, etiam Διόσκορος ſcribi, licet nullum afferat exemplum. Sed Διόσκουρος tantum habent Suid. Heſych. Poll. REITZ.

ead. l. 10. Μακρὸν) Mſſ. Μακρὸν δ' ἂν γένοιτο καταριθμεῖσθαι ἕκαστα. GRAEV.

ead. l. 12. Ἥσθην γὰρ τῷ βίῳ) Refert gallus, ſe, cum primum fuiſſet Euphorbus, deinceps in alia corpora tranſmigraſſe: hinc enim ſe fuiſſe Pythagoran, dein Aſpaſiam, Philoſophum, Regem, Pauperem, Satrapam, Equum, & multa alia animalia; denique ſaepe gallum: *nam*, inquit, *delectabat hac vita*, galli nempe. Veram itaque huius loci ſcripturam opinor eſſe, ἥσθην γὰρ τούτῳ τῷ βίῳ. Neque enim, quamvis magnam ſaepe articulus ὁ vim habeat, puto eum hic ſic ſimpliciter ſufficere. IENS. Mſſ. Regg. 2955, & 3011. ἥσθην γὰρ τοιούτῳ τῷ βίῳ, quod recepimus.

Pag. 321. *l.* 2. Αὐτῶν.) Duce *Fl.* expunxerat Solanus hoc αὐτῶν, & fateor, recte poſſe abeſſe. Interim quia non inſolitum ſimili modo abundans pronomen, & facilius accidit, ut tale quid ab ſcribis pro abundante habitum omittatur, quam ut non inventum addatur, nondum ab lectione ceterarum edd. veterum, quae αὐτῶν, una cum reliqq. Codd. habent, recedo. Exempla ex Diod. Sic. dedit Weſſeling. in nott. ad lib. I, c. 97, ubi miſerabilis pleonaſmus in verbis, πίθον εἶναι τετρημένον, εἰς ὃν — ὕδωρ φέρειν, εἰς αὐτὸν, prae quo haec Luciani vel elegantia ſunt. Sed ut αὐτῶν hic in Luciano abundare videtur, ita, retento illo, ἃς ἔχουσιν abundare aliis videbitur; ſed hoc firmatum ex Daviſio vid. ad Iov. Trag. cap. 2, cuius verba cum ibi non addiderim, pauca hic ſubiiciam. Ex Soph. Ai. Flag. 18 affert: Ὁρᾷς, Ὀδυσσεῦ, τῶν Θεῶν ἰσχὺν, ὅση; Electr. v. 954: Παρουσίαν μὲν οἶσθα καὶ σὺ που φίλων, Ὡς οὔτις ἡμῖν ἔστιν &c. Polyaen. Strat. VIII, c. 8: Τὸν βασιλέα τὸν Πορσίναν οὐκ εἰδὼς ὅστις ἦν. Lucian. Iov. Trag. l. c. τὴν αἰτίαν τῆς λύπης ἥτις ἐστί σοι &c. quae apud Daviſ. ad Cic. Nat. D. I, c. 26, videre licet. Abundat & alio modo pronomen apud Noſtrum de Merc. Cond. cap. 19 pr. τοῦτο μὲν ἥδιστον

ἐκεῖνο δεῖπνον. Alii pleonaſmi notabuntur infra Icar. cap. 1, ubi διοπετὴς ἐξ οὐρανοῦ. Sed vid. de hoc pleonaſmo notas ad Dial. Mar. III. (Vol. II, pag. 354 ſqq. h. ed.) REITZ.

ead. l. 10. Τὸ νῦν) Conf. ſupra huius Dial. c. 6 m. REITZ.

Pag. 322. *l.* 5. Τὸν ἀγρὸν τέμωσιν) Reſpicitur ad arbores ac ſegetes, quas hoſtis ſuccidit. Thucyd. VI, 7, τῆς τε γῆς ἔτεμον οὐ πολλὴν, καὶ σῖτον ἀνεκόμισαν. REITZ.

ead. l. 6. Ἐμβαλόντες) Intellecto ἑαυτούς. Eſt autem hoc verbo huic ita proprium, ut fere perpetuo ſic abſolute ponatur, quando pro *invadere*, ſ. iniicere ſe aliquo, ponitur. Indicarunt quidem, ſed exempla vix dedere Lexicogr. Hinc id tironum gratia monuiſſe fas eſto. Thucyd. II, cap. 84 pr. δόκησιν παρέχοντες ἐμβαλεῖν, *opinionem praebentes invadendi*, quod Schol. ibi recte exponit, προσπεσεῖν. Idem VI, 70, καὶ ἐσβαλόντες ἐς τοὺς ὁπλίτας. Et ſaepiſſime alibi. Arr. I, c. 2 m. Ἀλέξανδρος δὲ — Φιλώταν — προσέταξεν ἐμβάλλειν. Ibid. ὡς δὲ ἡ τε φάλαγξ πυκνὴ ἐνέβαλλεν ἐς αὐτούς. Idem V, 16 f. αὐτὸν κατὰ κέρας ἐμβαλεῖν σπουδὴν ποιούμενος. Et ſic alternis fere paginis. Horodian. VI, 5, 11, τὸ στρατιωτικὸν — ἐμβαλὸν εἰς τὴν Μήδων χώραν. Eadem ratione προσβάλλειν IV, 16, ἐπάγειν, & ſimilia paſſim obvia. Thucyd. I, 49 pr. προσβάλλειν ἀλλήλοις, *in ſe mutuo irruere*, proelium committere. Adde Noſtr. de Salt. c. 76, προσβαλεῖν τείχεσι. Liban. Ep. 12, p. 3 f. προσβάλλοντα νοσήματα, *morbi, quibus infeſtor*. Sed deſino congerere, quae inveniuntur ὅσα κόνις. REITZ.

ead. l. 12. Εἰσφέρειν) Locutio manca. Supple χρήματα εἰς τὸν πόλεμον ἀπὸ τῶν οὐσιῶν τοὺς πολίτας, ut Plutarchus in caſu non abſimili. Non inuſitatum tamen eſt pro *tributum ſolvere*, ſolum dicere εἰσφέρειν, ſine ulla adiectione. Atque hinc eſt, quod εἰσφορὰ ſit idem ac τέλεσμα, *tributum*. LEED.

ead. l. 14. Οἰσυΐνην) Vide Thucyd. IV, 8, & Virgil. VII, 632, — *flectuntque ſalignas Umbonum crates*. Has deinde corio veſtiebant. Vid. N. Δ. XIV. Apud Tacitum etiam Ann. II, 27, ſcuta Germanorum dicuntur fuiſſe *viminum textus*. SOLAN.

Pag. 323. *l.* 8. Οὐδὲ λόγου μεταδιδοὺς) Ad oſtraciſmum, puto, & tacita illa teſtarum, ut Romae tabellarum, ſuffragia reſpicit. *Vindicem tacitae libertatis tabellam* vocat Cicero de L. Agrar. 2, 2. GESN.

ead. l. 13. Οὔτε πράγματα ἔχεις λογιζόμενος, ἢ ἀπαιτῶν, ἢ τοῖς καταράτοις οἰκονόμοις διαπυκτεύων, καὶ πρὸς τὰς φροντίδας λογιζόμενος) Vertunt: *neque ſupputandis, aut repetendis pecuniis occuparis, neque cum ſceleratis diſpenſatoribus conflictaris*,

neque curis diſtraheris. Sed cui perſuadebit, πρὸς φροντίδας λογίζεσθαι eſſe *curis diſtrahi?* ne dicam, τὸ λογιζόμενος eſſe in eadem περικοπῇ repetitum inſcite, & in ultimis verbis eſſe ἀπροσδιόνυσον. Optime Mſ. καὶ πρὸς τὰς φροντίδας μεριζόμενος, *& talibus curis diſtractus, talibus curis preſſus.* Μερίζεσθαι πρός τι eſt *alicuius rei particípem fieri.* Obvia ſunt exempla. GRAEV.

ead. l. 15. Τοσαύτας φροντίδας μεριζ.) P. L. & *P.* ed. τοσαύτας. P. & L. μερ—. In impreſſis reliquis τὰς φ. λογιζ— Conf. Διϊκ. c. 2, πρὸς τοσαύτας φροντίδας διῃρημένος. SOLAN.

Pag. 324. *l.* 1. Ἐπαναστὰς περὶ δείλην ὀψίαν, λουσάμενος ἢν δοκῇ) Vertunt: *Sero ſurgis exepuſculo, &, ſi libuerit, lavaris.* Praeſtat *ſera veſpera.* Duplex enim erat veſpera, prior, & ſerior. Veſpera prior ſtatim erat a prandio, poſterior, cum ſol occideret, Atticis, δείλη, πρωΐα, καὶ ὀψία. Suidas: Δείλη ὀψία ἢ περὶ δύσιν ἡλίου. δείλη πρωΐα, ἢ πρὸ ἀρίστου ὥρα, ἢ μετὰ τὸ ἄριστον. *Sera veſpera circa ſolis occaſum. Veſpera prior, quae eſt a prandio.* Nam verba ἢ πρὸ ἀρίστου ὥρα, ſunt tanquam inſulſa delenda. Heſych. δείλη πρωΐα, ἢ μετ' ἄριστον ὥρα. δείλη ὀψία, ἢ περὶ δύσιν ἡλίου. *Veſpera prior eſt tempus a prandio. Veſpera ſerior, quod eſt circa ſolis occaſum.* Hinc & *ſerus veſper* Latinis. Varro: *Neſcis, quid ſerus veſper vehat.* GRAEV.

ead. l. 2. Σαπέρδην τινα, ἢ μαινίδας, ἢ χρομμύων κεφαλίδας) Cum ſic notabiliter mutet numerum Lucianus, iniqui ſunt interpretes, qui eum non ſequuntur, ut facit ſane & Eraſmus, vertens, *& maenide piſciculo,* & Benedictus *vel maenide;* cum Lucianus clare iſta numeri varietate ſubindicet, unam maenida ad coenam ſatis non eſſe, ſed ſaperdae non niſi maenidas pares eſſe. Unde & brevem maenam dixit Martialis. GRON.

ead. l. 11. Ἐπιλάβηται) Sic ſupra Nigr. § 29 f. ἡ ἱππομανία — ἐπείληπται. Ubi Solanus huius verbi poteſtatem, quae hic & illic eſt, *corripi morbo,* recte contra Gronov. aſſerit. Vid. Foeſ. Oecon. Hipp. ex quo vel ſolo hic ſignificatus ſatis patet. Adde tamen plura de eodem verbo monentem Bergler. ad Alciphr. I, pag. 9, activa & med. forma; nam Alciphr. εἰ χειμὼν ἐπιλάβοιτο, ut hic ap. Lucian. *Thucyd. vero active* καὶ τὴν φυλακὴν ὁ χειμὼν ἐπέλαβε, oppreſſit. *Herodot. VIII*, 115, ἐπιλαβὼν δὲ λοιμὸς τότε τὸν στρατὸν — ἔφθειρε. *Dio Chryſ. de Regno II*, δι' ἣν ἐπιλαβοῦσαν νόσον. Adderem Herodian. 2, ἡμέρας ἐπιλαβούσης, *die ingruente;* item Diod. Sic. alioſque, ſi quid opus crederem. REITZ.

Pag. 325. *l.* 1. Μακρὰ οἰμώζειν) Μακρὰν vulgo legebatur, quod praeeunte Cod. mutare non dubitavi, quia uſus ſic poſtulat. Vid. ſupra Iov. Conf. c. 32. Et hoc Dial. c. 2, ubi μακρὰ χαίρειν etiam, non μακράν. REITZ.

ibid. Ταῖς ἰατρικαῖς περιόδοις) Conf. ſupra Nigr. § 22 f. ἰατροῖς περιέχουσιν ἀφορμὰς περιόδων, ibique notam Bourdelotii. REITZ.

ead. l. 6. Ὁ Ἴμερος) Conf. Imag. c. 21. SOLAN.

ead. l. 9. Τὸν Δαίδαλον) Supra Imagin. cap. 21 p. med. SOLAN.

Pag. 326. *l.* 1. Ὅταν ὁ Κροῖσος περιτετιλμένος) Affert eodem modo Th. Mag. v. τίλλω. SOLAN.

ead. l. 3. Ἢ Διονύσιος καταλυθεὶς τῆς τυραννίδος, ἐν Κορίνθῳ γράμματα διδάσκει) Salmurienſis: *Aut cum Dionyſius tyrannide abdicatus Corinthi literas docet.* Latinis *abdicare magiſtratum* dicitur is, qui ſponte illum deponit, & exuit ſe ipſe dignitate: *abrogatur* vero magiſtratus ei, qui illo ab alio exuitur. Mallem igitur, *abrogata tyrannide*, aut *exutus tyrannide.* Sed Mſ. non inſcite, ἢ Διονύσιος καταδύσης τῆς τυραννίδος ἐν Κορίνθῳ γραμματιστὴς διδάσκει, μετὰ τηλικαύτην ἀρχὴν παιδία συλλαβίζειν ἀναγκάζων. *Aut Dionyſius, poſtquam exſtincta eſt tyrannis, Corinthi Grammatiſta docet, poſt tantum imperium pueros ſyllabas connectere cogens.* Γραμματισταὶ enim dicebantur, qui pueros docebant prima elementa Grammatices: Grammatici vero, qui poëtas & alios ſcriptores interpretabantur. Pro ἀναγκάζων idem Codex διδάσκων, quod non probo, quia modo id vocabulum praeceſſit. Sed mox rectius in illo exaratur: ποίου ποτὲ ἐπειράθης ἐκείνου τοῦ βίου, quam in vulgatis ποίου τινὸς ἐπειράθης ἐκείνου τοῦ βίου, *quale illud vitae genus eſſe olim expertus es.* Nam τινὸς ἐκείνου non bene iunguntur. GRAEV.

Pag. 327. *l.* 1. Ἐν ταῖς μάλιστα) Conf. infra Ἀποφρ. cap. 14 f. SOLAN. Immo vide notam Hemſterh. ad T. I, Somn. § 2. REITZ.

ead. l. 6. Καὶ ἡ ἄλλη τῆς ἀρχῆς) Cum recenſuiſſet regiarum divitiarum affluentiam, ſubiicit, καὶ ἡ ἄλλη τῆς ἀρχῆς τραγῳδία πᾶσα ἐξ ὑπερβολῆς ἐξωγκωμένη. Vertunt: *reliquaque omnis tragoedia principatus, ſupra quam credi queat, ingens.* Quid ſit *tragoedia principatus ingens*, quaerant, quibus libet ληρεῖν, & tempus perdere. Vertendum, *reliquuſque regius omnis apparatus, ſupra modum ingens: τραγῳδία ἀρχῆς* eſt *regii faſtus choragium*, omnia, quibus reges ſuperbiunt, & ſuam oſtentant

potentiam. Amat hoc vocabulum Lucianus, ut ſuperius notavimus. GRAEV.

ead. l. 10. Τὰ τέγη) De tectis veterum planis, neque, ut ſunt plerumque noſtra, faſtigiatis, vide, ſi lubet, Caſaubon. ad Athen. IV, 12; indeque frequenter ſpectatum eſſe, ex eodem, ſi neſcias, diſces. SOLAN.

ead. l. 12. Τοὺς προπέμποντας) Alios conſcenſis tectis aedium magni aeſtimaſſe, ſi illis liceret videre τοὺς προπέμποντας, τοὺς ἑπομένους, *anteambulones, & a tergo ſequentes.* Optime Mſ. τοὺς προπομπεύοντας, qui ante me ibant, pompam quaſi regiam ducentes. Nam προπέμποντας, eſt *praemittentes.* GRAEV.

Pag. 328. *l.* 1. Ὁ μὲν Ποσειδῶν &c.) Senarii duo ſic legendi:

Ὁ μὲν Ποσειδῶν, ἢ Ζεὺς ἐστι πάγκαλος
Χρυσοῦ τε καὶ ἐλέφαντος ἐξειργασμένος. GUYET.

ibid. Ἢ Ζεύς ἐστι) Hoc quoque vitioſum eſt in verbis mox ſequentibus, ἢ Ζεύς ἐστι πάγκαλος χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ξυνειργασμένος, *aut Iuppiter omnibus partibus decorus, auro & ebore compactus.* Sed unde pendet χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος; Mſ. ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος. Quis dubitet ſic ſcribendum? GRAEV.

ibid. Χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ξυνειργασμένος) Mſ. Graevii p. 879 ed. Amſt. ἐκ χρυσοῦ. Utrumque probum. Quod vulgata lectio habet ἐλλειπτικῶς, id liber Mſ. plene exhibet. Solent nempe Graeci ſaepiſſime materiam, unde quid factum ſit, ponere in ſecundo caſu, per ellipſin praepoſitionis ἐκ vel ἀπό. Sic ſupra in Pro Imag. c. 23 dicuntur δημιουργήματα λίθου, καὶ χαλκοῦ, καὶ ἐλέφαντος πεποιημένα. Infra in Philopſ. cap. 17, σιδήρου πεποιημένος· & ſaepius alibi. Aelianus IX Ποικιλ. 14, μολίβδου πεποιημένα. Integra locutio exſtat in Noſtri Hermot. c. 39 pr. ὁ δὲ φιάλην, ὁ δὲ στέφανον (ἔχει) καὶ ὁ μὲν χαλκοῦ, ὁ δὲ ἐκ χρυσοῦ· pag. praecedenti ſimpliciter dixerat, ἀλλ' οἱ μέν, χαλκοῦ· οἱ δὲ ἀργύρου· οἱ δὲ χρυσοῦ· οἱ δὲ κασσιτέρου εἶναι αὐτὸ (τὸ ζητούμενον) φάσκουσι. In Dial. Mort. XI, c. 3, εἶχεν δὲ πάνυ καρτερὰν (βακτηρίαν) ἐκ κοτίνου ποιησάμενος. Aeſchylus in Prometheo v. 239: Σιδηρόφρων τε κἀκ πέτρας εἰργασμένος. Per ἀπὸ dixit Lucianus ſupra in Aſino c. 53 pr. κλίνη ἦν μεγάλη, ἀπὸ χελώνης Ἰνδικῆς πεποιημένη. IENS. Conf. ſupra de Sacrif. c. 11, & paſſim. SOLAN. Quamquam recte ἐκ poſſit addi, ut Diod. Sic. I, c. 64 m. ἐκ λίθου κατασκευάζειν & ἐκπληροῦν, tamen ſecutus ſum numerum Codd. & edd. longe maiorem, qui ἐκ omittunt: eſt enim genitivus materiae, quem uſitatiſſima ellipſi praepoſ. ἐκ & ἀπὸ ſolere efferri, no-

tiſſimum. Vide 1 Ver. Hiſt. cap. 7, & L. 2, c. 33, ἡ δὲ κεράμου πεποιημένη, & ad utrumque locum obiter notata. Nam ſatis ſuperque eſt exemplorum in nota Ienſii & L. Bos de Ellipſ. p. 277. Et ex ſolo Luciano plus quinquaginta proferre poſſem. Miror itaque, qui Graev. interroget, unde pendet χρυσοῦ; & neceſſario ἐκ addendum eſſe credat. Solanus vero, cum ad Dial. de Sacrif. remittit, id ideo non facit, ut ἐκ inſertum velit; nam ἐξ ὑδῶν ἐλέφαντος ibi legas, quod nihil huc facit: ſed tantum, ut luxum hunc ſimili ratione ibi deſcriptum commonſtret. Nemo autem redarguet, ſpero, me verſum ex Guyeto non reſtituiſſe, cum nec ex praemiſſo verſu pateret, Lucianum ſenarios proferre voluiſſe. Nam Ζεὺς ἐστὶ ſpondeum facit male. REITZ.

ead. l. 4. Μοχλοὺς) Audi, quid de Coloſſo omnium longe maximo Plin. XXXIV, 7: *Spectantur intus magnae molis ſaxa, quorum pondere illud ſtabiliverat conſtituens.* SOLAN.

ead. l. 6. Καὶ πίτταν ὑπόπηλον) Sequitur pervenuſta comparatio tyrannorum cum Coloſſis & ſtatuis affabre factis a praeſtantiſſimis artificibus, ſed in quibus intus nihil videamus, niſi vectes, clavos, ſtipites, καὶ πίτταν ὑπόπηλον, hoc eſt, ſi fides interpretibus, *picemque ſublitam.* Sed Mſ. καὶ πίττων, καὶ πηλὸν, & *picem*, & *lutum.* Ὑπόπηλος eſt vocabulum nihili, quod nuſquam legitur. Dicendum fuiſſet πήλινος. Sed quid moramur vera lectione inventa? Sic ſe ſcripſiſſe paulo poſt oſtendit quoque, ubi Micyllus dicit, οὐδέπω ἔφησθα τὸν πηλὸν, καὶ τοὺς γόμφους, καὶ μοχλοὺς, οἵτινες εἶεν τῆς ἀρχῆς. *Nondum oſtendiſti lutum, & clavos, & vectes regni.* GRAEV.

ead. l. 7. Μυῶν πλῆθος) Lego μυῶν πλῆθος ἢ μυγαλῶν, id eſt, *ſoricum & murium araneorum copia.* Nam ſorices & mures aranei melius conveniunt, quam muſcae. PALM. Μυῶν) Vide ſupra ad Z. Τρ. cap. 8. Hirundines etiam infeſtaſſe ſtatuas Deorum, narrat Clem. Alexandr. p. 21 B. SOLAN. Cur μυῶν legam, vid. omnino ſupra Iov. Trag. c. 8, ubi καὶ μυῶν ἀγέλας ſimiliter pro μυιῶν dedimus: tum vero, quia rodentibus curis, de quibus hic cap. proximo ipſe praemiſit, melius conveniunt *mures*, quam *muſcae*; immo quia muſtelae adduntur hoc loco, quae mures maiores dicuntur, earum ſocii erunt *mures*, non *muſcae*; etſi aliter viſum Weſſel. Obſ. p. 51, qui haud aegre ferat ab ſe diſcedi. De *muribus* in templis Hom. Batr. 174, Plut. Syll. p. 455. REITZ.

ead. l. 12. Ἐξελαύνειν) Conf. ſupra notata ad cap. 14 huius Dial. REITZ.

ead. l. 13. Καὶ προσκυνούμενον) Confer ſupra huius Dial. cap. 9 med. ibique notata. Sed adde Wolf. ad Liban. Epiſt. 78. REITZ.

ead. l. 14. Ἔσεσθαι οὕτως) Lege ὄντως. GUYET.

ibid. Κολοσσιαίῳ) Hoc praetuli, ut verius, & quia ſic ſupra Imag. c. 17, atque alibi, ſcribitur. REITZ.

Pag. 329. *l.* 2. Δήγματα) P. δήματα. Veteta utraque δείγματα, unde coniicio ſcriptum fuiſſe δείματα. SOLAN. Cum in *I.* eſſet δείγματα, Solanus delere ὀξ. δείματα inde fecerat; idque non modo adſcriptum erat marg. *A. I. W.* ſed & marg. *Hag.* ex quo Solanus id accepit, poſuit, quodque mihi ſeſe ita probat, ut fere in coniectum receperim; ſed cum Geſnerus vulgatam ſervans dederit *morſus*, quod quidem ſenſum ſatis planum exhibet, nolui quidquam immutare. At ſi δείματα legamus; gradatio bipartita longe elegantiorem faciet ſermonem; nam *pavor* plus eſt, quam *metus*: adeoque metus ac pavores, ſuſpiciones & odia, ſeſe conſequentur iuſto ordine. Et ſic inſidiae & ſomnus interruptus. REITZ.

ead. l. 11. Οὐδὲ γὰρ — Ἀγαμ.) Πειμένα λαῶν, aut quid ſimile hic deeſſe videtur. GUYET. Hom. Il. K, 3. SOLAN. Ubi cum ποιμένα λαῶν addatur, poteſt Luciano inferere, quiſquis neceſſarium putat. Ego non addidi, quia nimis arroganter factum foret, nec ſenſus id requirit. REITZ.

ead. l. 14. Λυδῶν) Croeſum. Vid. Xenoph. Cyrop. VII, p. 108, 14, & Herodotum, & Noſtrum T. εἰκ. c. 20. SOLAN.

ibid. Τῶν κωφῶν) Dixi ad ὑπὲρ τῶν εἰκόνων, ſive ad Apolog. pro Imaginibus. (c. 20.) MARCIL.

ibid. Πέρσην) Xerxem. Vid. Xenoph. Ἀναβ. SOLAN.

ead. l. 15. Δίων) Dionyſium. SOLAN.

Pag. 330. *l.* 1. Κοινολογούμενος) Conf. ſupra Nigr. cap. 14 med. (iam eſt c. 24.) Et Dear. Iudic. c. 2. SOLAN.

ibid. Παμμενίων) Alexandrum ipſum. Conſule Curtium VII, 2, & Diodor. Sic. XVII. SOLAN.

ead. l. 2. Πτολεμαῖον) Non eundem Ptolemaeum, nam *Ptolemaeus Lagus* erat, qui Perdiccae moleſtiam creavit: cui autem Seleucus? *Ptolemaeus Ceraunius*. V. Iuſt. XXVII, 2. LEED.

ead. l. 8. Ἐλπίζειν) Sic Virgil. Aen. I, 547, IV, 419. Ariſtoteles Rhet. 5 opponit δέος τῷ φόβῳ, non ἐλπίδα. LEED. De mali exſpectatione ἐλπίδα vidimus ſupra Tyran. c. 3, & alibi. Ἐλπίζω vero Long. Paſt. I, pag. 7, (al. 5 f.) de quavis exſpectatione: οὐδὲν εἰδέναι, ὧν ἤλπισεν, ἀλλὰ τὴν μὲν δεδοῦσαν πάνυ ἀνθρωπίνως τὴν θήλειαν εἰς ἄφθονον. REITZ.

ibid. Ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀπέθανεν) Sic fere Imag. c. 1, ὑπὸ τινὸς πάσχειν. Diod. Sic. p. 297 f. (ed. Baſ.) θανάτῳ περιέπεσεν ἀν, ὑπὸ τοῦ πλήθους. Aelian. XII, 55, τοὺς ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων — ἀποθανόντας. At hoc poſſet intelligi, quod ipſorum pedibus fuerint conculcati. Sed quid obſtat, etiam alia mortis genera ideo translate per ὑπὸ deſignari, quia caeſus ordinario ſuccumbit. Et ita Homerus millies ait, *ſub* meis manibus domabitur, cadet. REITZ.

Pag. 331. *l.* 1. Ὁ δὲ κίνδυνος.) Adſcripſerat Solanus conf. Συγγρ. p. 413, i. e. Quom. Hiſt. c. 45. Ibi autem ſimili ſtructura κίνδυνος μέγιστος legitur, ex Cod. L. pro vulgato κίνδυνον μέγιστον. REITZ.

ibid. Εἰ παρολισθαῖ.) Εἰ παρολίσθοι ſcripſi. GUYET. Immo ſi neceſſario ab ὀλισθαίνω deducendum eſſet; ſed cum & ab ὀλισθέω poſſit, nihil in accentu muto. Vid. Scoti Grammat. p. 489, atque alibi. REITZ.

ead. l. 3. Αἱμάξαι.) In his quoque verbis maculae ſunt eluendae veteris Codicis ope, quae ſic edunur: ὁ δὲ κίνδυνος ἐμοὶ μὲν εἰ παρολισθοῖ τὸ σμιλίον, καὶ ἁμάρτοι τῆς τομῆς τῆς ἐπ' εὐθὺ, ὀλίγου τι αἱμάξαι τοῦ δακτύλου ἐντεμόντα. Latinus interpres: *Nam mihi hoc unum periculi eſt, ut ſi paululum aberret ſmilion, deflectatque a recta inciſione, ſummum ſecantis digitum exiguo tingat ſanguine.* Αἱμάσσειν non conſtruitur cum ſecundo caſu. Sed legendum ex Mſ. αἱμάξαι τοὺς δακτύλους. ἐντεμόντα ὀλίγον τι· & vertendus totus locus, *mihi enim hoc unum periculum eſt, ut ſi ſcalpellum aberret, deflectatque ab inciſione recta, digitos leviter ſecando vulneret.* GRAEV. Aſſentior quidem Graevio δακτύλους ſcribi poſſe, aeque ac ſupra Tox. c. 37, licet alio cum verbo, ἐντεμόντας τοὺς δακτύλους. Interim ex vulgata lectione non ſequitur, αἱμάξαι hic eſſe conſtructum cum ſecundo caſu; qui potius pendet ab ὀλίγον, & ita intelligenda vulgata, ἐμοὶ μὲν κίνδυνος, — ἐντεμόντα αἱμάξαι ὀλίγου τι τοῦ δακτύλου. Cumque velit extenuare ſuum periculum, haud abſurda ſic eſt vulgata; quare nihil mutavi, eoque minus iam immuto, quod his ſcriptis video, Geſner. etiam ſic vertiſſe. Neque quiſquam ſpero ἐντεμόντι malit, propter μοὶ, qui meminerit ἐντεμόντα αἱμάξαι nihil aliud eſſe, quam ὡς vel ὅτι ἐντεμὼν αἱμάξω, uſitata accuſativi cum infinitivo ſtructura, cuius exempla vel magis intricata vidimus alibi. Sed plane ut hic, ſupra c. 4 f. ἐξεύρεσθαί σοι ἀνάγκη. — καὶ ἠσθενηκέναι φαγόντα· quod fruſtra improbabat Solanus noſter. Et cur, quaeſo, hoc magis durum eſt, quam Latinorum,

non licet mihi otioſum eſſe, pro, ut otioſus ſim. Eadem ratione ἔξεστι, quod dativum poſtulat, habet accuſ. ſeq. infin. Luc. VI, 4. Vid. nos ad de Sacrif. c. ult. f. Addo Aelian. XIV, 18, ubi nominativo praecedente, accuſativus tamen cum infin. ſequitur: nam πολλῷ ait, γὰρ ᾤετο πικροτέραν, ὡς τὸ εἰκὸς, εἶναι τιμωρίαν ἐκεῖνος, ἐν Ὀλυμπίᾳ θεώμενος — ὀπτᾶσθαι, ἢ ἀλεῖν μύλῃ παραδοθέντα. Noſter Iov. Conf. c. 7 f. οὐ γὰρ ἀποχρῆσαι αὐτοῖς τὸ ἀθανάτους εἶναι, ubi & ἀθανάτοις εἶναι fine τὸ dicere potuiſſet. Sed quo plura in re facili? Alia, quae annotavi, dabo, ubi tempus permittet, locuſque poſtulabit. Alios interim accuſativos pro nominativis poſitos vide apud Kuſterum ad Ariſtoph. Plut. v. 55, & 220, & 531. REITZ.

ead. l. 8. Ξίφη ἐλεφαντόκωπα) Heliod. lib. 2. BOURD. Regi ſcenico tribuit Micyllus ξίφη ἐλεφαντόκωπα, καὶ ἐπίσειστον κόμην, *eburneis capulis gladios, & comam ventilantem*, ſic interpres. Sed hoc nullus mortalium intelligit. Κόμη ἐπίσειστος eſt *coma promiſſa*, quae flagellat cervices, *coma vaga & volucris*, ut Tertullianus loquitur, quae motu corporis aut aurae facile movetur. Pollux IV, 19, ubi agit de perſonis Comicis: τῷ δὲ ἐπισείστῳ στρατιώτῃ ὄντι, καὶ ἀλαζόνι, καὶ τὴν χροιὰν μέλανι, καὶ τὴν κόμην, ἐπισείονται αἱ τρίχες. *Militi vero, qui a coma dicebatur ἐπίσειστος, & iactabundo, eſt color & coma niger, moventur* ſeu *vibrantur capilli.* Philoſtratus in imaginibus deſcribit Cyclopem, χαίτην ἀνασείοντα ὀρθὴν, καὶ ἀμφιλαφῆ πίτυος δίκην, *iactantem erectos crines & multos inſtar quercus.* Talis ἐπίσειστος κόμη mihi videtur conſpici in Alexandri Magni nummo, quem cum alii, tum Iacobus Sponius nuperius attulit in Antiquitatibus curioſis Gallice editis. GRAEV.

ead. l. 10. Προσκρούσας — παρεῖχε) De hiſtrionibus regis perſonam gerentibus, ἢν δὲ, οἷα πολλὰ γίνεται, προσκρούσας τις αὐτῶν ἐν μέσῃ τῇ σκηνῇ καταπέσῃ, γέλωτα δηλαδὴ παρεῖχε τοῖς θεαταῖς. *Quod ſi, qualia plerumque accidunt, ipſorum aliquis impingens, media in ſcena cadat, riſum profecto movet ſpectatoribus.* Sic interpretantur. In Mſ. pro προσκρούσας habetur κενεμβατήσας, & pro παρεῖχε, παρέχοι. Vocabulum rarum eſt κενεμβατεῖν, *in locum vacuum venire*, ubi ſit cadendum, ut ſi quis putet ſe per ſcalas, illis ablatis, ex editiore loco deſcendere, neceſſe eſt ut cadat. Plutarchus in Flaminio, cum narraſſet, Graecos in ludis Iſthmiis, praeconis vocem, qua liberos illos eſſe iuſſerat, tanto excepiſſe plauſu, ut corvi ſupervolantes in ſtadium deciderint, cauſam huius rei reddit: αἰτία δὲ ἡ τοῦ ἀέρος ῥῆξις. ὅταν γὰρ ἡ φωνὴ πολλὴ καὶ μεγάλη

φέρηται, διασπώμενος ὑπ' αὐτῆς οὐκ ἀντερείδει τοῖς τετομένοις, ἀλλ' ὀλίσθημα ποιεῖ, καθάπερ κενεμβατοῦσιν. *Cauſa eſt diviſio aëris: cum enim multa & elata vox mittitur, diviſus ab ea non ſuſtinet volueres, ſed facit ut decidant, ut ſolet iis evenire, qui in locq vacua veniunt*, ubi nullum eſt ſolum, cui inſiſtunt, ubi eſt hiatus, ſicut in foſſis, & puteis. Non vero in ſcena plana illos hiſtriones, de quibus loquitur, cadere, ſed de altiore loco in humiliorem & depreſſiorem, oſtendunt ſequentia, ubi totum corpus gravi illorum κενοβατούντων lapſu vulnerari, & violari ait. Huius vocabuli vim cum non caperent ſcioli, ſuppoſuerunt notius & tritius προσκρούσας. Fuiſſe vero in theatris non unum locum, ubi hiſtriones poterant praecipites cadere in inferiora loca, liquet cum ex aliis antiquorum locis, tum ex Pollucis lib. IV, cap. 19, ubi agit de theatri partibus. GRAEV.

ead. l. 13. Αὐτῷ διαδήματι) Τὸ σὺν ἐλλείπει. GUYET. Bene Guyet. ait σὺν per ellipſin intelligi. Et vidimus alibi, ut ſupra 1 Ver. Hiſt. cap. 33. Neque id hic rurſus monerem, adeo eſt obvium, niſi incideret, Perizonium ad Aelian. I, cap. 3, fruſtra σὺν addere iubere, cum recte in Aeliani textu ſit καταπιεῖν αὐτὸν αὐτῷ τῷ καλάμῳ. Ellipſi prorſus eadem. Tria ſimilia dedit Bergl. ad Alciphr. pag. 12. Addo igitur, (quia & Spanhemium in eo erraſſe obſervat ille) ex Noſtro T. I, Tim. § 22, ἁρπασάμενός με αὐτῇ δέλτῳ. Soph. Ai. 56, Λείας ἁπάσας καὶ κατηναρισμένας, αὐτοῖς ποιμνίοις ἐπιστάτας. Hom. Il. Θ, 24, Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμι.— Arrian. II, c. 2 f. ὁκτὼ μὲν ναῦς αὐτοῖς ἀνδράσιν ἔλαβε. Noſter denuo Icar. c. 27, κατηνὸν αὐτῇ κνίσῃ. Et cap. 33, ἐπιτρίψονται αὐτῇ διαλεκτικῇ. Ne plura iam congeram. Nam vel centies in Luciano occurrit. REITZ.

ead. l. 16. Ῥάκια ἐύστηνα) Tangit ſcenicas veſtes ſervorum. Duplex veſtis in ſcena, liberorum & ſervorum, ut patet apud I. Polluc. c. 13, l. 7. Eorum, qui ſervos fingebant, veſtes centuculi ex parvulis pannis. Sic p. 1029, αἱ τραγικαὶ ἐσθῆτες ἐκ ῥακῶν πάνυ εὐτελῶν συγκεκομμέναι. Hinc *centuculum mimi*, apud Apul. Apol. 1. Hinc iocus ille Plautinus; *Conſutus tunicis huc advenio, non dolis.* BOURD.

ibid. Ἐμβάδων) Ex gloſſa natum κοθόρνων. Ἐμβάδων ſupra habuimus Iov. Trag. cap. 41 m. atque alibi. Vid. Indicem. REITZ. Anne & hic ἐμβάτων leg. quia de tragicis fermo? Vid. Adv. Indoct. c. 6. IDEM *in Addend.*

Pag. 332. *l.* 7. Τόγε κεφάλαιον) Supra Nigr. c. 1, ἐν κεφα-

λεία *summatim* est. Vid. ibi Bourdel. In Quom. Hist. c. 28 f. αὐτὰ δὴ τὰ κεφάλαια, *ipsa capita & summaria.* Item Char. c. 2, τὰ κεφάλαια τῶν γιγνομένων. Asin. cap. 29 pr. κεφάλαιον τῶν κακῶν, *summa, cumulus malorum.* REITZ.

ead. l. 9. Ἐμμεμετρημένος) Dicit Alectryon, nullam vitam humanam tranquilliorem esse, si modo sit μόναις ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις καὶ χρείαις ἐμμεμετρημένος, *naturalibus dumtaxat cupiditatibus & usibus circumscripta.* Sed quis dixit ἐμμετρέω, aut ubi legitur ἐμμεμετρημένος; Nusquam, quam in hoc loco, qui merito suspectus fuit viris doctis. Mf. noster scribit συμμεμετρημένος. Optime Thucydides lib. II, ἐν οἷς εὐδαιμονῆσαί τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ ἐντελευτῆσαι ξυνεμετρήθη, *quorum vita simul & mors felicitate circumscripta est*, hoc est, qui vivi & morientes fuerunt felices. GRAEV. Simplex μεμετρημένος quod *Fl.* habet, non displiceat, & sic supra de Merc. cond. c. 30 pr. καὶ ὕπνου μετρουμένην τὴν ἐπιθυμίαν. Alia de hoc verbo vid. notata ab Hemsterh. ad Nigr. c. 15. Conf. & pro Imag. cap. 21 f. REITZ.

Pag. 333. *l.* 2. Ἐκ παίδων) Modo plurali numero efferri, etsi de uno tantum homine sermo est, modo singulari, vid. supra Tox. c. 27. Plurali tamen fere frequentior. Diod. Sic. L. II, cap. 55 pr. ἐκ παίδων ἦν ἐζηλωκώς. Iterum sic ibid. &c. vid. supra. At singularis praeter Alciphr. ibi adductum, etiam est apud Nostrum, Tox. c. 57 med. ἑταῖρος ἐκ παιδὸς ὤν. Ac rursus apud Diod. Sic. III, cap. 32 f. ἐκ νηπίου — ἀποτέμνονται, pro ἐκ νηπίων. REITZ.

ead. l. 7. Ἐγώ σε ἰάσομαι) In Evang. Matth. XIII, 15, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς legimus, ubi I. Elsner. haec Luciani afferens monet, id in genere esse, *iuvabo, malo liberabo*, (immo & errore liberabo) Lucianumque similiter locutum in Fugit. & Catapl. Vid. igitur Fug. c. 5, & Cat. c. 7. REITZ.

ead. l. 11. Καὶ μὴν τοιχωρυχεῖν) Καὶ μὰν τοιχωρυχεῖν. MARCIL. Laborare hunc locum vidit Marcilius; sed remedium praesentius nobis Mf. offert, in quo legitur, εἰ μὴ καὶ τοιχωρυχεῖν γε σύ με ἀναγκάσεις; *Num tu me compelles parietes perfodere?* Praecedentia vero verba sic distinguenda sunt: πῶς τοῦτο, κεκλεισμένων θυρῶν; *quomodo hoc fieri poterit, clausis foribus?* GRAEV. Εἰ μὴ καὶ τοιχωρυχεῖν etiam P. & L. Ceterae a vulgatis non differunt, nisi quod in P. ἀναγκ— est, pro συναν— quae his mutatis satis iam commode habent; ideoque servavi. SOLAN.

ead. l. 15. Ἐπικαμπές ἐστι) Post τὸ ἐστὶ reponendum vide-

tur ἀποσπάσαι, vel ἀποτίλλοι, quod excidit librario. GUYET. Non credo excidiſſe ἀποτίλλοι. Sed medium galli ſermonem cupidus interrumpit Micyllus: continuatur autem orationis filum in ſeqq. ἀποσπάσας &c. Exempla eiuſmodi interruptionum apud Comicos ſunt obvia. In Terentio vel pueris nota. Similis ἀπαμάχησις occurrit rurſus Dial. ſeq. Icarom. cap. 11 fin. REITZ.

Pag. 334, *l.* 8. Ὁ δὲ αὖθις — τὰ καττύματα) Locus eſt, qui me diu torſit, praeſertim cum nihil in antiquo libro mihi eſſet praeſidii ad eum emaculandum. Nam inquinatum eſſe, nullus dubitabam. Quis enim haec interpretetur, ὁ δὲ, loquitur de Simone cerdone, qui luculentam creverat hereditatem, αὖθις περιτράξεται ἀποπίνων τὰ καττύματα. Vertunt, *at ille rurſum coria calceis aſſuenda obrodet, ebibetque.* Sericè aut Scythice ſi interpres locutus eſſet, aeque intelligeretur ac nunc intelligitur. Quid enim *ebibet?* quid bibere ad corii roſionem? Dein ubi in Graecis ſunt coria *calceis aſſuenda?* καττύματα ſunt ſoleae, quae calceis ſuppinguntur, & pedibus teruntur. At pro ἀποπίνων ſi legas, ut ſine dubio legendum, ἀποπινοῦν, omnes tenebrae diſcutientur, quae locum hunc reddiderant inexplicabilem. Πινόω eſt ſordibus inquino, maculo, ἀποπινόω eſt ſordibus purgo, emaculo. Heſych. ἀποπινοῦται, ἀπορυποῦται. πῖνος γὰρ ὁ ῥυπός. Ἀποπινοῦται eſt *ſordibus purgatur.* Πῖνος enim eſt *ſordes.* Sic hunc Heſychii locum emendandum vidit olim H. Stephanus, cum in editis libris legatur ἀπινοῦται· & recte Stephanum legiſſe, hic Luciani locus argumento eſt. Sententia igitur Graecorum Luciani verborum haec eſt: *at ille rurſum ſoleas obrodens ſordibus purget.* Nam ſutores etiam ore ſoleas crepidarum lingendo, & ſi quid dedecet dentibus abradendo, ut magis niterent, emundaſſe videntur. GRAEV. Sermo eſt de homine, qui cum fuiſſet ſutor, dives poſtea evaſerat. Huic bona ſua eripere vult Micyllus, atque adeo *ille iterum*, inquit, *circumrodet*, ἀποπίνων τὰ καττύματα. Haeſi ad hunc locum cum viro magno I. G. Graevio. Quid enim eſt ἀποπίνειν τὰ καττύματα; At ſagacitas eiuſdem viri cl. ſibi, mihi, & omnibus ad haec verba accedentibus, lectionem & ſenſum huius loci genuinum perveſtigavit, eruto ex Heſychio ἀποπινοῦται, ἀπορυποῦται, *ſordibus purgatur*, lectoque ἀποπινοῦν pro ἀποπίνων. Sed ego ſemper putavi, ſine dubio typorum vitio, ἀποπινοῦν pro ἀποπινῶν ſcriptum eſſe in viri cl. Animadverſionibus. Nam ἀποπινῶν requiritur, *ſordibus purgans.* Atque adeo nulla literarum mutatione, tranſpoſito

modo & immutato accentu, locus hic praeclare reſtitutus eſt. Ne tamen quid celem; ego, necdum viſa viri cl. animadverſione, cogitaveram ἀποπλύνων eſſe legendum. Sed cedo lubens meliori, & haud dubie certiſſimo. IENS. Lege ἀποτείνων. *Guyet.* Purgare aut eluere ſoleas ore non ſolent, quod audierim viderimve, ſutores, ſed hoc vetus illorum crimen eſt, ore illos & dentibus extendere coria. Martialis de ſutore, quem Simonis huius Lucianei archetypum dicas, adeo ſimilis eſt, IX, 74: *Dentibus antiquas ſolitus* producere pelles, *Et* mordere *luto putre vetuſque ſolum. Praeneſtina tenes* &c. Equidem non dubito, dediſſe Lucianum ἀποτείνων τὰ καττύματα, quod inter dictantem & ſcribentem, iotaciſtae ut ſunt Graeci a pluribus inde ſeculis, facillime in ἀποπίνων mutari potuit. Certe ſic interpretatus ſum. GESN. Ienſii emendatio ἀποπινῶν legentis commodiſſima eſt, quia mutatione leviſſima peragitur. Interim nihil in vulgata mutavi, quia ἀποτείνων quoque apprime appoſitum eſt. Graevii ἀποπινοῦν certe aut vitium eſt operarum, aut ipſe errorem hauſit ex Grammatica, quae vitioſius quotidie prodeunt. Veluti & in paradigmate verbi χρυσόω, in Grammatica Verweiana χρυσοῦν male legitur in partic. pro χρυσῶν, in tabula ab aliis adiecta, idque in edd. duabus tribuſve. REITZ. Haud male divinavit Geſnerus. ἀποτείνων legendum pro vulg. ἀποπίνων, quod minime erat ferendum. Quare cum Mſſ. Regg. 1428. & 3011. etiam id habeant, ſic reſcribere non dubitavimus.

ead. l. 12. Καταφωράσαι) Th. Mag. v. φωρῶ. SOLAN.

ead. l. 16. Ἀπότιλον) V. Th. Mag. v. τίλλω. SOLAN.

Pag. 335. *l.* 6. Παρὰ τὸν Σίμωνα) Florent. περὶ τὸν Σ. De hac mutatione nominum eleganter Caſaubonus ad Athen. c. 14, lib. 5. Mercer. ad Ariſt. pag. 241. BOURD. Παρὰ τὸν Σίμωνα *Fl.* ed. & *V.* 2. Bened. ἐπί. Reliqui impreſſi περί. SOLAN. Recte indicavit. Confuſe Bourd. REITZ.

ead. l. 10. Κλεῖθρον) Cum nihil varient edd. cur id appoſuerit Noſter, quod ſilentio ſatis indicari poterat, non aſſequor. Sed forſan ſuſpicatus eſt κλεῖστρον in quibuſdam eſſe, ut ſupra Tox. c. 57, quod ibi recte in κλεῖθρον mutatum. REITZ.

ead. l. 15. Ἀμαυράν γε) Sic impreſſi plerique; recte. *Ven.* utraque τε. SOLAN.

Pag. 336. *l.* 6. Τὰ δὲ ἑκκαίδεκα εἶδε Σωσύλος) Mſ. unam vocem, quam & exigit ſententia, interponit, quae recipienda eſt, τὰ δὲ ἑκκαίδεκα εἶδεν, οἶμαι, Σωσύλος, *at ſedecim vidit, opinor, Soſylus.* Nam ſe dubitare, non certo ſcire num vide-

rit, ex ſequentibus licet cognoſcere. Paulo inferius: *σιώπησον, ὦ Μίκυλλε, μὴ καταφωράσῃ παρόντας ἡμᾶς.* Vertunt: *Tace, Micylle, ne nos præſentes prodas in furto.* Quis furabatur? Atqui iam gallus praedixerat, furari non licere, nec quidquam rei alienae tangebant. Praeterea ubi in Graeco eſt, *in furto?* Iſta igitur verba dele, ſi Graeca recte velis intelligere. GRAEV.

ead. l. 7. Ὅλως γοῦν) Si quis Cod. ὅλος haberet, non ſpernerem: cauſam vid. ex not. noſtra ſequ. Satis tamen tolerabile eſt ὅλως. REITZ.

ead. l. 8. Περὶ τὸν Ἱππωνά ἐστιν &c.) Typographi vitium eſſe ducerem, niſi in omnibus edd. inveniretur. Scribendum enim περὶ τὸν ἱππῶνά ἐστιν &c. GRAEV.

ibid. Ἐπιμελὴς ἄλλως, οὐδὲ φιλόπονος ὤν) Delendum τ' & ſic interpungendum, ut vides, ne in ſenſum delabaris abſurdum, quem ſecutus prior interpres eſt. SOLAN. Quia nimis brevis eſt Solani nota, ſed ad veritatem facem praeferens, nonnulla addam. Verſio, quam ille abſurdam vocat, haec fuit: *Itaque de curando ſtabulo non eſt admodum ſollicitus, quamquam nec alias admodum laboris appetens.* Graeca enim ſic legebantur: ὅλως γοῦν περὶ τὸν Ἱππωνά ἐστιν οὐ πάνυ ἐπιμελὴς, ἄλλως τ' οὐδὲ φιλόπονος ὤν. Geſnerus ſic: *Etenim circa equile non valde iam diligens eſt, qui neque alias laborioſus ſit.* Nec poterat aliter ex vulgata, quam, diſtinctione mutata, & τε ejecto, nunc in ſenſum plane contrarium converti: rem enim ipſam flagitare puto, ut ſervus alias negligens ſtabuli, nunc theſaurum in ſtabulo latentem ſciens, plurimum in eo verſetur, ut ſub diligentiae praetextu occaſionem capiat ſubinde aliquid inde auferendi; nec enim ſimul & ſemel audebat aut poterat auferre. Hinc itaque nata hero furti ſuſpicio, & inſolitae rei admiratio, quod equiſonem olim parum curioſum ſui ſtabuli, iam adeo frequentem atque in purgando eo ſollicitum cerneret. Qui ſenſus ex verſione iam ſatis patet, prae quo priſtina lectio ſponte iam corruet: nec quiſquam, credo, argutari volet, ut vulgatum defendat, in quo nihil cum furti ſuſpicione cohaeret, niſi dixeris, *quia ex furto iam dives factus eſt, negligit ſtabulum.* At ut hoc per ſe nihili eſt, ita magis friget, ſi nova negatio ſubſequitur, *neque alias ſolet eſſe diligens:* quid ergo ſic praeter ſolitum facit? REITZ. Recte adminiſtratam curationem loci a corruptione laborantis arbitror. GESN.

ead. l. 10. Ὁ Τίβιος) Vid. ſupra Tim. c. 14 m. SOLAN. I. e. huius ed. c. 22. Servi nomen. REITZ.

ead. l. 12. Τἀμὰ — τοῦ κακοδαίμονος) *Sic noſtros vidiſti fletus ocellos.* LEED.

Pag. 337. *l.* 3. Σοὶ γὰρ ὅμοιος ἐγὼ καὶ τὰ τρύβλια ὑπὸ μάλης ἔχω) Elegantius & ἀττικοτέρως Mſ. τὰ τρύβλια ὑπὸ μάλης ἀπειμὶ ἔχων. De quo loquendi genere paulo ante monui. GRAEV.

ibid. Τὰ τρύβλια ὑπὸ μάλης) Alludit ad furtum Simonis, de quo ſupra cap. 14, ὃς τὸ τρύβλιον κεραμοῦν ὑφελόμενος ᾤχετο ὑπὸ μάλης ἔχων. GUYET. Mallem τρυβλία. Sed nihil mutavi. Vid. ſupra ad c. 14. REITZ.

ead. l. 4. Ἀπειμὶ ἔχων) P. etiam. Pro quibus in impreſſis tantum ἔχω. SOLAN.

ead. l. 10. Ἀριθμήσω ἀνθις) Theophraſtus in Charact. π. ἀπιστίας, κατὰ στάδιον numerantem pecuniam ſuum facit p. 51. SOLAN.

Pag. 338. *l.* 7. Γνίφωνα) Conf. ſupra Tim. c. ult. Λάχης, καὶ Γνίφων. Alciphr. III, Ep. 34 f. Φείδωνος καὶ Γνίφωνος μικροπρεπέστερα, ut recte Bergl. legit, noſtrumque etiam citat in Vit. Auct. cap. 23. Ubi habuimus, τὸ δὲ γνίφωνα εἶναι καὶ τοκογλύφον. Et ubi iam mallem edidiſſe Γνίφωνα, ut pateret nomen viri eſſe. REITZ.

ead. l. 9. Ὁρᾷς — τοὺς δακτύλους κατεσκληκότα) Ὁρᾷς ἐπαγρυπνοῦντα καὶ τοῦτον ἐπὶ φροντίδων, ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους, καὶ τοὺς δακτύλους κατεσκληκότα. Interpres: *Vides hunc etiam curis invigilantem, digitis contortis uſuras ſupputantem.* Sed δακτύλους κατεσκληκὼς, non eſt *contortis digitis*, ſed *cuius digiti contabuerunt.* Sic paulo ante de Simonide: καὶ κατέσκληκεν ὅλος ἐκτετηκὼς ὑπὸ φροντίδων, *& totus contabuit, & extenuatus eſt curis.* Sic igitur verte: *Vides hunc etiam vigilare prae curis, ſupputare uſuras, & eius digitos contabuiſſe*, ut ſolent eſſe hominum morbis aut curis confectorum digiti. Poſſes etiam vertere, *digitos eius occalluiſſe, callo fuiſſe obductos*, ſive *callo induruiſſe* aſſidua ſupputatione; & hoc malo. Mox neſcio, cur σίλφη Latine vertatur *ſilpha*, ut paulo ante σμίλιον, *ſmilium*, cum Latina lingua has voces ignoret, & in ea ſuppetunt commodae, nimirum *blatta*, & *ſcalpellum.* GRAEV.

ibid. Ἐπὶ φροντίδων) Sic omnes libri noſtri. Ego mallem ὑπό. SOLAN. Et ego cum Solan. malim ὑπὸ, ut ſupra cap. 29 paulo ante med. REITZ.

ead. l. 10. Καὶ τοὺς δακτύλους κατεσκληκότα) Tolerabile forte diviti incommodum, ſi digiti ſoli occalleſcant, tractanda multum pecunia. Sed blatta, culex, muſca fit, & iam eſt,

hic Gnipho, *totus contabuit*, ἐκτέτηκεν ὅλος, ut ſtatim dicetur. Quid igitur ſibi volunt hic digiti? ad computationem pertinent uſurarum. Puto nempe legendum, quod interpretatus ſum, ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους κατὰ τοὺς δακτύλους. Particulae καὶ & κατὰ quam facile in Mſſ. miſceantur, notum eſt. Si cui vel ſic audax nimium videatur mutatio; ponat per ἓν διὰ δυοῖν iuncta ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους καὶ τοὺς δακτύλους. Nam revera & *uſuras* & *digitos* numerat, qui uſuras computat digitis vel ad digitos. GESN.

ead. l. 12. Σίλφην) Conf. infra Ἀπαλ. c. 17. SOLAN.

Pag. 339. *l.* 4. Ὀνειροπολεῖς τὸν πλοῦτον) Supra Dial. Mort. V. f. etiam paſſive, τὸν ὀνειροποληθέντα πλοῦτον, ἀπολιπόντες. Long. Paſt. IV, pag. 129, (137) ὀνειροπολεῖ γάμους πλουσίους. REITZ.

ead. l. 5. Ἀπὸ τοῦ οἰκέτου) Subaudi περαινόμενον. GUYET.

ead. l. 14. Ἔστι) Ex *l.* ἔστο Solan. noſter ἔστω fecerat, ut cum χαιρέτω conveniret. Concederem, ſi pro ἐμοὶ γε etiam legeretur ἐμοὶ δὲ, quo indicaretur haec ſibi reſpondere. Iam vero nihil opus eſt, & accuratius inſpicienti apparet, illud ἔστο propius accedere ad reliquarum ἔστι, & errorem tantum typographicum eſſe, quia πλοῦτός ἔστο, accentu retracto, eadem aeque exhibet ac ceterae, adeoque editorem ne quidem in animo habuiſſe, ἔστω dare: quod tamen haud adeo religioſe obſervarem, ſi neceſſitas mutationem ſuaderet, aut aliae edd. bonae notae, vel Codd. ἔστω haberent. REITZ.

RIGGS LIBRARY,
Georgetown College, D. C.

Erratum

p. 260. *l.* 5. Ἐτεραλκεῖ, *leg.* Ἑταιρικεῖ.